RELIQUIÆ SACRÆ:

SIVE,

AUCTORUM FERE JAM PERDITORUM SECUNDI TERTIIQUE SÆCULI FRAGMENTA, QUÆ SUPERSUNT.

ACCEDUNT

EPISTOLÆ SYNODICÆ ET CANONICÆ NICÆNO CONCILIO ANTIQUIORES.

AD CODICES MSS. RECENSUIT, NOTISQUE ILLUSTRAVIT,

MARTINUS JOSEPHUS ROUTH, S. T. P.

COLLEGII S. MAGDALENÆ PRÆSES.

VOL. III.

OXONII,

TYPIS ACADEMICIS, IMPENSIS J. MAWMAN,

APUD QUEM LONDINI PROSTANT IN VICO LUDGATE HILL DICTO,

ITEM OXONII APUD J. COOKE.

1815.

LECTORI.

CUM vita hominum tam caduca et brevis sit, ut humana omnia jure habeantur incerta, hoc tertium volumen ante quartum et ultimum edere mihi visum est, ne forte orba demum pars operis prodiret, quæ cæteras e naufragio isto, ut ita dicam, tabulas, exceptis Latinis quibusdam Conciliis et Tractatibus, suo ambitu contineret. Interea in hoc tomo nonnulla posita sunt Opuscula, de quibus, priusquam legantur, cautio quædam aut monitio est adhibenda. Quo nomine commemorare convenit tria postrema Africana Concilia, quippe quæ stabilito more, certe apud Afros haud ita vetusto, rebaptizationem omnium hæreticorum et schismaticorum sanxerunt. At enim illis ipsis temporibus, etiam ante *plenarium* ab Augustino commemoratum *totius orbis concilium*, Romana aliæque plurimæ ecclesiæ baptismum nomine Divino prius celebratum iterare, veteri suo more servato, refugiebant. Et vero illa plenarii concilii commemoratione hoc saltem significari videtur, sancitum fuisse aliquid admissioni hæreticorum nonnullorum favens sine novo baptismo in uno ex quatuor primis Conciliis Œcumenicis, quæ præcipue utpote S. Scripturæ

consentanea occidentales ecclesiæ, [a] speciatim Anglica, admiserunt. Adde quod post Concilium Nicænum et ante Augustini tempora in ipsa Africa Catholici Donatistas non rebaptizabant; anabaptismum a Catholica disciplina alienum damnantibus legibus imperialibus et ecclesiasticis, quæ ad Africam pertinebant.

Venio nunc ad Ancyrani Concilii Canonem decimum tertium; de quo breviter monebo, me præter solitum in eodem exponendo fusiori oratione usum fuisse, nec tamen extra oleas vagante; cum hic solus fortasse ex omni germana antiquitate locus presbyteris potestatem ordinandi, quemadmodum canon legitur in codice ecclesiæ Romanæ, ῥητῶς tribuat; sed verbis illis Græcis adversantibus, quæ et jure recepta esse ostendi, et minime egere supplemento, quidquid multi timuissent. Quæ sane explicatio hoc præsertim tempore aliquid momenti habere possit. Neque enim est, quod non pigeat nos recentis ac magni παροράματος, quod nobis peperit disciplinæ antiquæ aut negligentia aut oblivio. Certe haud debuerat in numero nostrorum quidem sacerdotum quisquam haberi, atque ministrandi in sacris causâ ad exteras gentes mitti, nisi ordinatus ab episcopo, cujus duceretur per ordinem successionis auctoritas ex aliquo episcopo ab apostolis vel apostolicis viris ordinato.

[a] Vid. Canones Ælfrici sect. 33. Statuta Synodorum MS. Cotton. in Præfat. teste Seldeno in Op. De Decimis c. 8. Statutum Regni vetus primo Eliz. c. 1. ecclesiæque multi Apologistæ.

Sed manum de tabula, ne jurgiis ac litibus me implicem. Cum vero exempla mala, ubi cœperint, ibi raro consistant, ne forte posthac lætentur et exultent ecclesiæ nostræ adversarii, veteris disciplinæ in ordinationibus recte ipsi tenaces, hoc idcirco de gravi perquam re, quæ saltem ad disciplinam spectat, ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ scripsi.

Cæterum Notas, quæ in his oris raræ inventu sunt, doctissimi Coustantii ad Cornelii et Dionysii Epistolas, quamvis bene longæ sint, in serie ipsius operis præstandas esse duxi ; rejectis aliis nonnullis idque propter nimiam amplitudinem ad voluminis finem, quas ad duo Concilia Antenicæna apposuerant Justellus et Beveregius.

INDEX AUCTORUM,

QUI

IN HOC TOMO TERTIO COLLOCATI SUNT.

	Fragmenta. Pag.	Annotationes. Pag.
S. CORNELIUS - - -	3— 17	18— 65.
CONCILIA CARTHAGINIENSIA	69—107	108—174.
DIONYSIUS ROMANUS -	177—183	184—203.
PIERIUS - - -	207—212	213—215.
THEOGNOSTUS - -	219—225	226—230.
S. VICTORINUS - -	233—242	243—256.
S. PAMPHILUS MARTYR -	258—269	270—279.
S. LUCIANUS MARTYR -	283—290	291—296.
HYMNUS VESPERTINUS -	299	300—304.
THEONAS - - -	307—313	314—316.
S. PETRUS ALEXANDRINUS	319—349	350—372.
S. PHILEAS - - -	375—384	385—401.
CONCILII ANCYRANI CANONES	405—416	417—454.
CONCILII NEOCÆSARIENSIS CANONES - - -	457—461	462—481.
		482—505.

S. CORNELIUS.

S. CORNELIUS.

S. Hieronymus, *Lib. De Viris Illustribus*, cap. lxvi. p. 148.

[a] CORNELIUS, Romanæ urbis Episcopus, ad quem octo [b] Cypriani extant Epistolæ. Scripsit Epistolam ad [c] Fabium Antiochenæ ecclesiæ episcopum, de Synodo Romana, Italica, Africana: [d] et aliam de Novatiano, et de his qui lapsi sunt, [e] tertiam de gestis Synodi, [f] quartam ad eundem Fabium valde prolixam, et Novatianæ hæreseos causas et anathema continentem. Rexit ecclesiam [g] annis duobus sub Gallo et Volusiano; cui ob Christum martyrio coronato successit Lucius.

[a] Cornelius Fabiano qui A. 250. 20. Jan. martyrium subiit, successor datus An. 251. 2. Jan. fuitque episcopus Romæ ad A. 252. 14. Sept. quo Centumcellis in exilio obiit. Vide Jo. Pearsonii Annales Cyprianicos ad illos annos. Fabricius. Cornelium minime ante paschalem anni 251. diem ordinatum esse, pluribus argumentis colligit Tillemontius, uti monuit Coustantius ad *Rom. Pontif. Epist.* pag. 123. Nonnihil autem de Cornelii morte, sicca an cruenta fuerit, infra dicendum est ad Concil. Carthag. IV.

[b] Hæ universæ octo ad Cornelium epistolæ adhuc hodie exstant et inter S. Cypriani Opera leguntur, quemadmodum duæ Cornelii ad Cyprianum. Fabricius.

[c] Nonnullæ editt. et MSS. *Flavianum*, Rufin. *Fabianum*. Sed Eusebius vi. 43. et Nicephori Codices vi. 5. sequ. successorem Babylæ iterum iterumque Φάβιον appellant, et Codices quam-

plurimi quos Suffridus Petri et Marcianæus inspexere, *Fabium* non tantum hoc loco sed etiam infra cap. 69. Euseb. ἦλθον δ' οὖν εἰς ἡμᾶς ἐπιστολαὶ Κορνηλίου Ῥωμαίων ἐπισκόπου πρὸς τὸν τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας, Φάβιον, δηλοῦσαι τὰ περὶ τῆς Ῥωμαίων Συνόδου καὶ τὰ δόξαντα πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Ἀφρικὴν καὶ τὰς αὐτόθι χώρας. FABRICIUS.

[d] Hæc altera epistola Cornelii ab Eusebio non diserte commemoratur, sed illius loco epistola Cypriani et episcoporum Africæ, Ῥωμαϊκῇ φωνῇ Κυπριανοῦ καὶ τῶν ἅμ' αὐτῷ κατὰ τὴν Ἀφρικὴν ἐπισκόπων. Pro *Novatiano* Novati nomen habent Codices Eusebii, Rufini, Nicephori. Etsi Hieronymum plerisque in locis ubi Novatus hodie exstat Novatianum legisse haud dubitat Guil. Beveregius notis ad Synodicon magnum p. 70. FABRICIUS. De hujusce nominis scriptura fusius nos infra ad Cornelii Epistolam priorem ad Cyprianum. De Hieronymo autem verba Eusebii male intelligente videndus cl. Keil. ad Fabricii *Bibl. Gr.* tom. vii. p. 293. ed. novæ. qui insuper notat, nullam fecisse mentionem Hieronymum Cornelianæ epistolæ in causa Novati ad Dionysium Alex. scriptæ, quam commemorat Eusebius *H. E.* vi. 46.

[e] Euseb. ἄλλη τις ἐπιστολὴ συνῆπτο Κορνηλίου περὶ τῶν κατὰ τὴν Σύνοδον ἀρεσάντων. Synodum intellige Romanam mense Octobri A. 251. in causa Novatiani habitam, cujus meminit S. Cyprianus Epist. 55. ad Antonianum p. 103. FABRICIUS.

[f] Ex hac epistola Cornelii prolixa fragmenta Eusebius nobis vi. 43. conservavit, qui eam laudat his verbis: καὶ πάλιν ἑτέρα ἐπιστολὴ περὶ τῶν κατὰ Νόουατον πραχθέντων. Iterum Novatum vides pro Novatiano. FABRICIUS.

[g] Non sane integris, ut ex iis quæ initio hujus capitis dicta, apparet, licet Eusebius vii. 2. ubi Lucii etiam successoris meminit, ait Cornelium ad tres annos Romæ episcopatum tenuisse, illud tempus quo sedes a Fabiani martyrio vacavit, Cornelio ut videtur attribuens. Κατὰ δὲ τὴν Ῥωμαίων πόλιν Κορνηλίου ἔτεσιν ἀμφὶ τὰ τρία τὴν ἐπισκοπὴν διανύσαντος Λούκιος κατέστη διάδοχος.. Ita et alii veteres. Vide Schelstrateni Antiquitat. Ecclesiast. p. 196. seq. et 429. FABRICIUS.

S. CORNELII

MEDIO SÆCULO TERTIO

EPISCOPI ROMANI

EPISTOLÆ,

QUÆ SUPERSUNT.

EPISTOLA AD S. CYPRIANUM
CARTHAGINIENSEM EPISCOPUM.

CORNELIUS Cypriano fratri salutem. Ne quid minus ad pœnam futuram hujus scelerati hominis (Novatiani) deesset, prostratus virtutibus Dei, cum Maximus et Longinus et Machæus inde fuissent expulsi, denuo resurrexit, et sicut prioribus litteris tibi, quas per Augendum confessorem misi, significavi, puto Nicostratum et Novatum et Evaristum et Primum et Dionysium illo jam pervenisse. Invigiletur ergo ut omnibus coëpiscopis nostris, et fratribus, innotescat, Nicostratum multorum criminum reum, et non solum patronæ suæ carnali, cujus rationes gessit, fraudes et rapinas fecisse, verum etiam, quod est illi ad perpetuam pœnam reservatum, ecclesiæ deposita non modica abstulisse; Evaristum vero auctorem schismatis fuisse, et successorem plebi, cui ante præfuerat, Zetum in locum ejus episcopum esse constitutum. Majora vero et graviora hîc designavit malitia et inexplebili pravitate suâ, quam quæ illic apud suos semper exercuit, ut scias quales duces et protectores iste schismaticus et hæreticus lateri suo semper junctos habeat. Opto te, frater carissime, semper bene valere. Extat hæc Epist. apud S. *Cypriani Opera* ad p. 62. *ed. Baluzii,* sive *Benedictinorum,* Num. XLVIII. ad *Felli* autem numeros L.

presbyterum locum suum agnoscere jussimus. Cæteros cum ingenti populi suffragio recepimus. Omnia autem remisimus Deo omnipotenti, in cujus potestate sunt omnia reservata.

Hæc igitur, frater carissime, eadem hora, eodem momento ad te, per scripta transmisimus, et Nicephorum acolythum descendere ad navigandum destinantem ad vos statim dimisi, ut nulla procrastinatione habita velut præsens in isto clero et in isto populi cœtu Deo omnipotenti et Christo Domino nostro gratias ageres. Credimus autem fore, quinimmo pro certo jam confidimus, cæteros quoque qui in hoc errore sunt constituti in ecclesiam brevi reversuros, cum auctores suos viderint nobiscum agere. Has litteras puto te debere, frater carissime, et ad cæteras ecclesias mittere, ut omnes sciant schismatici hujus et hæretici dolum et prævaricationem de die in diem evacuari. Bene vale, frater carissime. Extat hæc Epistola, ubi supra, ad pag. 60. numero notata XLVI. in Felli autem edit. XLIX.

EX

EPISTOLA AD FABIUM

ANTIOCHENUM EPISCOPUM.

Lemma a Petro Coustantio in editione sua Rom. Pontificum Epistolar. præfixum.

I. Quomodo Confessores a Novatiano decepti fraudes ejus detexerint, et palam Ecclesiæ notas fecerint. II. Contra omnes leges ordinatus episcopatum sibi arrogat. III. Cleri Romani populique multitudine a schismate non deterretur. IV. Urgente infirmitate in lecto perfusus seu baptizatus, minime consignatus est. V. Persecutionis tempore presbyterum se negare mavult, quam fratribus subvenire. VI. Præter leges, clero ac plurimis de populo intercedentibus, per gratiam epi-

scopi ad presbyterium provectus fuit. VII. Quî corpus et sanguinem Christi porrigens, singulos sibi jurare cogat. VIII. Eum ab omnibus deseri.

α'. Ἵνα δὲ γνῷς ὅτι πρόπαλαι ὀρεγόμενος τῆς ἐπισκοπῆς ὁ θαυμάσιος οὗτος, καὶ κρύπτων ἐν ἑαυτῷ τὴν προπετῆ ταύτην αὐτοῦ ἐπιθυμίαν ἐλάνθανεν, ἐπικαλύμματι τῆς αὐτοῦ ἀπονοίας τῷ κατ' ἀρχὰς σὺν αὐτῷ τοὺς ὁμολογητὰς ἐσχηκέναι χρώμενος, εἰπεῖν βούλομαι. Μάξιμος πρεσβύτερος τῶν παρ' ἡμῖν καὶ Οὐρβανὸς, δὶς τὴν ἐξ ὁμολογίας δόξαν ἀρίστην καρπωσάμενοι· Σιδόνιός τε καὶ Κελερῖνος, ἀνὴρ ὃς πάσας βασάνους διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ ἔλεον καρτερικώτατα διενέγκας· καὶ τῇ ῥώμῃ τῆς αὐτοῦ πίστεως, τὸ ἀσθενὲς τῆς σαρκὸς ἐπιῤῥώσας, κατακράτος νενίκηκε τὸν ἀντικείμενον· οὗτοι δὴ οὖν οἱ ἄνδρες κατανοήσαντες αὐτὸν, καὶ καταφωράσαντες τὴν ἐν αὐτῷ πανουργίαν τε καὶ παλιμβολίαν, τάς τε ἐπιορκίας καὶ ψευδολογίας, καὶ τὴν ἀκοινωνησίαν αὐτοῦ καὶ λυκοφιλίαν· ἐπανῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν, καὶ ἅπαντα αὐτοῦ τὰ τεχνάσματα καὶ πονη-

Interprete Valesio.

1. Atque ut scias qualiter admirandus ille vir episcopalis loci cupiditate jampridem incensus, et præcipitem illam ambitionem suam tegens, diu omnes latuerit; dum confessores quos statim ab initio sibi sociaverat, velamentum vesaniæ obtendit, deinceps tibi edisseram. Maximus ecclesiæ nostræ presbyter, et Urbanus: ambo ex fidei confessione egregiam jam secundo laudem adepti; Sidonius etiam et Celerinus, vir qui cuncta tormentorum genera per Dei misericordiam fortissime sustinuit, et qui fidei suæ constantia infirmitatem corporis sui roborans, adversarium penitus debellavit: Hi omnes cum illum tandem cognovissent, et fraudem ejus ac versutiam, perjuria quoque atque mendacia, et abhorrentem ab omni societate feritatem, et lupinam quamdam in eo amicitiam deprehendissent, ad sanctam ecclesiam reversi sunt: cunctasque illius præstigias, ac nequitiam quam jampridem in-

ῥεύματα ἃ ἐκ πολλοῦ ἔχων ἐν ἑαυτῷ ὑπεστέλλετο, παρόντων ἱκανῶν τοῦτο μὲν ἐπισκόπων· τοῦτο δὲ πρεσβυτέρων καὶ λαϊκῶν ἀνδρῶν παμπόλλων, ἐξήγγειλαν ἀποδυρόμενοι καὶ μεταγινώσκοντες ἐφ' οἷς πεισθέντες τῷ δολερῷ καὶ κακοήθει θηρίῳ, πρὸς ὀλίγον χρόνον τῆς ἐκκλησίας ἀπελείφθησαν.

Εἶτα μετὰ βραχέα φησίν.

β'. Ἀμήχανον ὅσην ἀγαπητὲ ἀδελφὲ, τροπὴν καὶ μεταβολὴν ἐν βραχεῖ καιρῷ ἐθεασάμεθα ἐπ' αὐτοῦ γεγενημένην, ὁ γάρ τοι λαμπρότατος, καὶ δι' ὅρκων φοβερῶν τινῶν πιστούμενος τὸ μὴ δ' ὅλως ἐπισκοπῆς ὀρέγεσθαι· αἰφνίδιον ἐπίσκοπος ὥσπερ ἐκ μαγγάνου τινὸς εἰς τὸ μέσον ῥιφθεὶς ἀναφαίνεται. οὗτος γάρ τοι ὁ δογματιστὴς, ὁ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐπιστήμης ὑπερασπιστὴς, ὁπηνίκα παρασπᾶσθαί τε καὶ ὑφαρπάζειν τὴν μὴ δοθεῖσαν αὐτῷ ἄνωθεν ἐπισκοπὴν ἐπεχείρει, δύο ἑαυτῷ κοινωνοὺς ἀπεγνωκότας τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ἐπελέξατο· ὡς ἂν εἰς βραχύ τι μέρος, καὶ ἐλάχιστον τῆς Ἰταλίας ἀποστείλῃ· κἀκεῖθεν ἐπισκόπους τρεῖς,

tra se occultans, sese interim submittebat, præsentibus aliquot episcopis ac presbyteris et laïcis compluribus evulgarunt: ingemiscentes ac dolentes, quod a fraudulenta illa malignaque bestia inducti, aliquanto temporis spatio ab ecclesia recessissent.

Et paulo post addit:

2. Mirabilem quamdam frater carissime conversionem in eo mutationemque brevi temporis articulo factam conspeximus. Nam egregius ille vir, qui tremendis quibusdam sacramentis affirmaverat se episcopatum non concupiscere: repente tanquam ex machina quadam in medium projectus, episcopus apparuit. Et is qui se doctorem et ecclesiasticæ disciplinæ propugnatorem ferebat, cum episcopatum sibi a Deo minime concessum rapere ac vindicare conaretur, duos deploratæ salutis homines sibi socios adjunxit: ut eos in exiguam ac vilissimam Italiæ partem mitteret, atque illinc acci-

ἀνθρώπους ἀγροίκους καὶ ἁπλουστάτους, πλαστῇ τινι ἐπιχειρήσει ἐξαπατήσῃ· διαβεβαιούμενος καὶ διϊσχυριζόμενος δεῖν αὐτοὺς ἐν τάχει παραγενέσθαι εἰς Ῥώμην, ὡς δῆθεν πᾶσα ἥτις δή ποτε οὖν διχοστασία γεγονυῖα, σὺν καὶ ἑτέροις ἐπισκόποις καὶ αὐτῶν μεσιτευόντων, διαλυθῇ. οὓς παραγενομένους ἅτε δὴ (ὡς ἔφθημεν λέγοντες) ἀνθρώπους ἁπλουστέρους περὶ τὰς τῶν πονηρῶν μηχανάς τε καὶ ῥαδιουργίαν, συγκλεισθέντας ὑπό τινων ὁμοίων αὐτῷ τεταγμένων ἀνθρώπων, ὥρᾳ δεκάτῃ μεθύοντας καὶ κραιπαλῶντας, μετὰ βίας ἠνάγκασεν εἰκονικῇ τινὶ καὶ ματαίᾳ χειροθεσίᾳ ἐπισκοπὴν αὐτῷ δοῦναι· ἣν ἐνέδρᾳ καὶ πανουργίᾳ, μὴ ἐπιβάλλουσαν αὐτῷ ἐκδικεῖ. ἐξ ὧν εἷς μετ' οὐ πολὺ ἐπανῆλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἀποδυρόμενος καὶ ἐξομολογούμενος τὸ ἑαυτοῦ ἁμάρτημα· ᾧ καὶ ἐκοινωνήσαμεν ὡς λαϊκῷ, ὑπὲρ αὐτοῦ δεηθέντος παντὸς τοῦ παρόντος λαοῦ. καὶ τῶν λοιπῶν δὲ ἐπισκόπων διαδόχους εἰς τοὺς τόπους ἐν οἷς ἦσαν χειροτονήσαντες, ἀπεστάλκαμεν.

tos tres episcopos, homines plane rudes ac simplices, fraudulenta quadam molitione deciperet; constantissime affirmans ipsos quam primum Romam proficisci oportere, ut omnis undecumque orta discordia, ipsorum una cum aliis episcopis interventu atque arbitrio sedaretur. Qui cum advenissent, homines, ut jam diximus, simplicioris ingenii, nec in his perditorum hominum artibus ac fallaciis satis triti: eos ille a quibusdam sui simillimis quos ad id comparaverat, inclusos hora decima, temulentos et crapula oppressos, adumbrata quadam et inani manuum impositione episcopatum sibi tradere per vim cogit: eumque nullo sibi jure competentem per fraudem atque insidias vindicat. Nec multo post unus ex illis episcopis ad ecclesiam rediit, delictum suum cum lamentis ac fletibus confitens. Quem nos, cum universus populus pro illo intercessisset, ad communionem laïcam suscepimus. Reliquis etiam duobus episcopis successores ordinavimus, eosque in loca illorum direximus.

γʹ. Ὁ ἐκδικητὴς οὖν τοῦ εὐαγγελίου, οὐκ ἠπίστατο ἕνα ἐπίσκοπον δεῖν εἶναι ἐν καθολικῇ ἐκκλησίᾳ· ἐν ᾗ οὐκ ἠγνόει· πῶς γάρ; πρεσβυτέρους εἶναι τεσσαράκοντα ἕξ· διακόνους ἑπτά· ὑποδιακόνους ἑπτὰ, ἀκολούθους δύο καὶ τεσσαράκοντα· ἐξορκιστὰς δὲ καὶ ἀναγνώστας ἅμα πυλωροῖς δύο καὶ πεντήκοντα· χήρας σὺν θλιβομένοις, ὑπὲρ τὰς χιλίας πεντακοσίας· οὓς πάντας ἡ τοῦ Δεσπότου χάρις καὶ φιλανθρωπία διατρέφει. ὃν οὐδὲ τοσοῦτο πλῆθος καὶ οὕτως ἀναγκαῖον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας πλούσιός τε καὶ πληθύων ἀριθμὸς μετὰ μεγίστου καὶ ἀναριθμήτου λαοῦ, ἀπὸ τῆς τοιαύτης ἀπογνώσεώς τε καὶ ἀπαγορεύσεως ἐνέτρεψέ τε καὶ ἀνεκαλέσατο εἰς τὴν ἐκκλησίαν.

Καὶ αὖθις μεθ' ἕτερα τούτοις προστίθησι ταῦτα.

δʹ. Φέρε δὴ ἑξῆς εἴπωμεν, τίσιν ἔργοις ἢ τίσι πολιτείαις τεθαῤῥηκὼς, ἀντεποιήθη τῆς ἐπισκοπῆς· ἆρά γε διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀνεστράφθαι, καὶ πολλοὺς ἀγῶνας

3. Ergo ille evangelii vindex, ignorabat unum episcopum esse oportere in ecclesia catholica. In qua tamen sciebat (quomodo enim illud nescire potuisset) presbyteros quidem esse quatuor (sex) et quadraginta: septem autem diaconos totidemque subdiaconos: acoluthos duos et quadraginta: exorcistas et lectores cum ostiariis quinquaginta duos: viduas denique cum infirmis et egentibus plusquam mille et quingentas. Quibus universis gratia et benignitas Dei alimenta suppeditat. Et tamen tanta tamque necessaria in ecclesia multitudo: cœtus ille divinæ providentiæ copiis opulentus et numerosus, cum immenso ac pene innumerabili populo, ab hujusmodi desperatione et audacia illum deterrere et ad ecclesiam revocare non potuit.

Paucis deinde interjectis hæc addit.

4. Agedum, inquit, exponamus deinceps, quibus operibus et cujusmodi conversatione confisus, ad episcopalem locum aspiraverit. An ideo fortasse quod ab initio in ecclesia ver-

ὑπὲρ αὐτῆς ἀγωνίσασθαι, καὶ ἐν κινδύνοις πολλοῖς τε καὶ μεγάλοις ἕνεκα τῆς θεοσεβείας γεγονέναι; ἀλλ' οὐκ ἔστιν· ᾧ γε ἀφορμὴ τοῦ πιστεῦσαι γέγονεν ὁ σατανᾶς, φοιτήσας εἰς αὐτὸν καὶ οἰκήσας ἐν αὐτῷ χρόνον ἱκανόν. ὃς βοηθούμενος ὑπὸ τῶν ἐπορκιστῶν, νόσῳ περιπεσὼν χαλεπῇ, καὶ ἀποθανεῖσθαι ὅσον οὐδέπω νομιζόμενος, ἐν αὐτῇ τῇ κλίνῃ ᾗ ἔκειτο, περιχυθεὶς ἔλαβεν· εἴ γε χρὴ λέγειν τὸν τοιοῦτον εἰληφέναι. οὐ μὴν οὐδὲ τῶν λοιπῶν ἔτυχε, διαφυγὼν τὴν νόσον, ὧν χρὴ μεταλαμβάνειν κατὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας κανόνα· τοῦ τε σφραγισθῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου. τούτου δὲ μὴ τυχὼν, πῶς ἂν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔτυχε;

Καὶ πάλιν μετὰ βραχέα φησίν.

ε΄. Ὁ διὰ δειλίαν καὶ φιλοζωΐαν ἐν τῷ καιρῷ τῆς διώξεως πρεσβύτερον εἶναι ἑαυτὸν ἀρνησάμενος. ἀξιούμενος γὰρ καὶ παρακαλούμενος ὑπὸ τῶν διακόνων, ἵν' ἐξελθὼν τοῦ οἰκίσκου ἐν ᾧ καθεῖρξεν ἑαυτὸν, βοηθήσῃ τοῖς ἀδελφοῖς ὅσα θέμις καὶ ὅσα δυνατὸν πρεσβυτέρῳ κινδυνεύουσιν ἀδελφοῖς καὶ

satus est, et multa pro ejus defensione certamina subivit, multisque et gravissimis periculis religionis causa conflictatus est? Minime id quidem. Quippe cui causam atque initium credendi præbuit Satanas in ipsum ingressus, atque in ipso aliquandiu commoratus. Cumque ab exorcistis foveretur, in morbum gravissimum collapsus; dum jamjamque moriturus creditur, in ipso in quo jacebat lectulo perfusus, baptismum suscepit; si tamen hujuscemodi baptismum suscepisse dicendus est. Sed neque postquam liberatus est morbo, reliqua percepit quæ juxta ecclesiasticam regulam percipi debent: neque ab episcopo consignatus est. Hoc autem signaculo minime percepto, quo tandem modo Spiritum sanctum potuit accipere?

Et aliquanto post.

5. Qui persecutionis, inquit, tempore præ metu ac nimia vivendi cupiditate presbyterum se esse negavit. Admonitus enim et rogatus a diaconis, ut ex cubiculo in quo seipsum incluserat egressus, fratribus auxilio indigentibus succurreret, tan-

ἐπικουρίας δεομένοις βοηθεῖν· τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ πειθαρχῆσαι παρακαλοῦσι τοῖς διακόνοις, ὡς καὶ χαλεπαίνοντα ἀπιέναι καὶ ἀπαλλάττεσθαι· μὴ γὰρ ἔτι βούλεσθαι πρεσβύτερος εἶναι ἔφη· ἑτέρας γὰρ εἶναι φιλοσοφίας ἐραστής.

Ὑπερβὰς δ' ὀλίγα, τούτοις πάλιν ἐπιφέρει λέγων.

ϛʹ. Καταλιπὼν γὰρ ὁ λαμπρὸς οὗτος τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾗ πιστεύσας κατηξιώθη τοῦ πρεσβυτερίου κατὰ χάριν τοῦ ἐπισκόπου τοῦ ἐπιθέντος αὐτῷ χεῖρας εἰς πρεσβυτερίου κλῆρον· ὃς διακωλυόμενος ὑπὸ παντὸς τοῦ κλήρου, ἀλλὰ καὶ λαϊκῶν πολλῶν· ἐπεὶ μὴ ἐξὸν ἦν τὸν ἐπὶ κλίνης διὰ νόσον περιχυθέντα, ὥσπερ καὶ οὗτος, εἰς κλῆρόν τινα γενέσθαι, ἠξίωσε συγχωρηθῆναι αὐτῷ τοῦτον μόνον χειροτονῆσαι.

Εἶτ' ἄλλο τι τούτοις χείριστον προστίθησι τῶν τοῦ ἀνδρὸς ἀτοπημάτων, λέγων οὕτως.

ζʹ. Ποιήσας γὰρ τὰς προσφορὰς, καὶ διανέμων ἑκάστῳ τὸ μέρος, καὶ ἐπιδιδοὺς τοῦτο ὀμνύειν ἀντὶ τοῦ εὐλογεῖν τοὺς τα-

tum abfuit, ut hortantibus diaconis morem gereret. Quin potius ira et indignatione percitus, abiit ac discessit. Neque enim presbyterum se amplius velle esse respondit, sed alterius philosophiæ desiderio teneri.

Paucis deinde transcursis hæc iterum subjungit.

6. Nam cum egregius ille vir ecclesiam Dei reliquisset, in qua post susceptum baptismum presbyteri gradum fuerat consecutus, idque per gratiam episcopi, qui manus illi imponens eum ad presbyterorum ordinem evexit. Cui cum universus clerus multique ex populo refragarentur, eo quod non liceret quemquam ex iis qui urgente vi morbi in lectulo perinde ac ille, perfusi fuissent, in clerum assumi; postulavit ab iis episcopus, ut hunc solum ordinari a se paterentur.

Posthæc facinus quoddam subjungit omnium quæ ab illo commissa sunt longe gravissimum, ita scribens.

7. Etenim oblatione facta, portionem singulis dividens : dum eam tradit, miseros homines benedictionis loco jurare

λαιπώρους ἀνθρώπους ἀναγκάζει, κατέχων ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ τὰς τοῦ λαβόντος, καὶ μὴ ἀφεὶς ἔστ' ἂν ὀμνύοντες εἴπωσι ταῦτα· τοῖς γὰρ ἐκείνου χρήσομαι λόγοις. Ὅμοσόν μοι κατὰ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μηδέποτέ με καταλιπεῖν καὶ ἐπιστρέψαι πρὸς Κορνήλιον. καὶ ὁ ἄθλιος ἄνθρωπος οὐ πρότερον γεύεται, εἰ μὴ πρότερον αὐτῷ (ἑαυτῷ Syncel.) καταράσαιτο· καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν λαμβάνοντα τὸν ἄρτον ἐκεῖνον τὸ ἀμήν, οὐκέτι ἀνήξω πρὸς Κορνήλιον λέγει.

Καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν ταῦτα φησίν.

η΄. Ἤδη δὲ ἴσθι γεγυμνῶσθαι καὶ ἔρημον γεγονέναι· καταλιμπανόντων αὐτὸν καθ' ἡμέραν ἑκάστην τῶν ἀδελφῶν, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐπανερχομένων. ὃν καὶ Μωσῆς ὁ μακάριος μάρτυς, ὁ παρ' ἡμῖν ἔναγχος [b] μαρτυρήσας καλήν τινα καὶ θαυμαστὴν μαρτυρίαν· ἔτι ὢν ἐν κόσμῳ, κατιδὼν αὐτοῦ τὴν θρασύτητα καὶ τὴν ἀπόνοιαν, ἀκοινώνη-

cogit, manus ejus qui portionem accepit, ambabus suis manibus comprehensas retinens, nec prius dimittens quam jurati ista dixerint: ipsis enim utar illius verbis. Jura mihi per corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi, te nunquam meas partes deserturum, nec ad Cornelium esse rediturum. Ita miser ille non prius gustare sinitur, quam sibi ipse malum imprecatus sit. Et cum panem illum accipiens dicere debuisset Amen, ejus loco dicit: Non revertar deinceps ad Cornelium.

Et post alia rursus hæc addit.

8. Scias porro illum jam nudatum ac pene solum remansisse: fratribus quotidie eum deserentibus, et ad ecclesiam redeuntibus. Quem etiam Moses beatissimus martyr, qui nuper apud nos egregio et admirando martyrio perfunctus est; dum adhuc in vivis esset, audaciam ejus ac furorem perspectum habens, a communione sua separavit una cum quin-

[b] 1 Tim. vi. 12, 13.

τον ἐποίησε σὺν τοῖς πέντε πρεσβυτέροις τοῖς ἅμα αὐτῷ ἀποσχίσασιν ἑαυτὺς τῆς ἐκκλησίας.

Καὶ ἐπὶ τελει δὲ τῆς ἐπιστολῆς, τῶν ἐπὶ Ῥώμης παραγενομένων ἐπισκόπων, τῆς τε τοῦ Νουάτυ κατεγνωκότων ἀβελτηρίας, κατάλογον πεποίηται· ὁμῦ τά τε ὀνόματα, καὶ ἧς ὁ καθεὶς αὐτῶν προηγεῖτο παροικίας, ἐπισημηνάμενος· τῶν τε μὴ παραγενομένων μὲν ἐπὶ τῆς Ῥώμης, συνευδοκησάντων δὲ διὰ γραμμάτων τῇ τῶν προσειρημένων ψήφῳ, τὰς προσηγορίας ὁμῦ καὶ τὰς πόλεις ὅθεν ἕκαστος ὁρμώμενος ἐπέστελλε μνημονεύει. ταῦτα μὲν ὁ Κορνήλιος Φαβίῳ Ἀντιοχείας ἐπισκόπῳ δηλῶν ἔγραφε. Cornelii hæc attulit Eusebius in lib. vi. *Hist. Eccl.* cap. 43.

que presbyteris, qui se pariter cum illo ab ecclesiæ corpore abruperant.

Sub finem autem epistolæ, numerum recenset episcoporum qui in urbem Romam convenientes, amentiam Novati condemnaverant, nomina quoque illorum, et quam quisque regebat ecclesiam adscribens. Eorum item qui Romæ quidem minime adfuerant, superiorum tamen episcoporum sententiam literis suis approbaverant, vocabula simul et civitates unde singuli literas dederant, accurate commemorat. Et hæc quidem Cornelius Fabio Antiochensi episcopo per epistolam insinuavit.

DE

DUABUS QUIBUSDAM EPISTOLIS

A S. CORNELIO AD SE SCRIPTIS

Ita S. Cyprianus Ep. 55, *seu* 59, pag. 79. *ed. Benedictin.*

Cyprianus Cornelio fratri salutem. Legi litteras tuas, frater carissime, quas per Saturum fratrem nostrum acolythum misisti et dilectionis fraternæ et ecclesiasticæ disciplinæ et sacerdotalis censuræ satis plenas; quibus significasti Felicissimum hostem Christi non novum, sed jam pridem ob crimina sua plurima et gravissima abstentum, et non tantum mea sed et plurimorum coepiscoporum sententia condemnatum, rejectum a te illic esse, et cum venisset stipatus caterva et factione desperatorum, vigore

pleno, quo episcopum agere oportet, pulsum de ecclesia esse, de qua jam pridem cum sui similibus Dei majestate et Christi Domini et judicis nostri severitate depulsus est, ne schismatis et discidii auctor, ne pecuniæ commissæ sibi fraudator, ne stuprator virginum, ne matrimoniorum multorum depopulator atque corruptor ultra adhuc sponsam Christi incorruptam, sanctam, pudicam præsentiæ suæ dedecore et impudica atque incesta contagione violaret. Sed enim lecta alia tua epistola, frater, quam primis litteris subjunxisti, satis miratus sum, cum animadvertissem te minis atque terroribus eorum qui venerant aliquantum esse commotum, cum te, secundum quod scripsisti, aggressi essent, cum summa desperatione comminantes quod si litteras quas attulerant, non accepisses, publice eas recitarent, et multa turpia ac probrosa et ore suo digna proferrent.

ANNOTATIONES

IN S. CORNELII FRAGMENTA.

P. 5. l. 6. Epistola ad S. Cyprianum] Hæc Cornelii epistola, quæ Anglico S. Cypriani interpreti cl. Marshallo addita esse videtur epistolæ mox secuturæ loco appendicis, illi alteri postponi solet. Cum vero prius eam collocandam esse censuerit, ut videbis, Petrus Coustantius in *Romanorum Pontificum Epistolis,* utramque tamen simul missam fuisse statuens, quod et præstantissimus Cyprianicus annalista Pearsonius ostenderat, ad ann. 251. §. xiv. eum in hac quidem re secutus sum; textum vero Baluzianum, sive monachorum Benedictinorum, in duabus his epistolis exhibui. Prodiit interea Baluziana Cypriani editio octo annos post mortem Stephani Baluzii anno 1726; opus autem Coustantii anno 1721, quo quidem anno ipse vita functus est Coustantius; ut neuter illorum alterius editione usus esset.

Ibid. l. 8. Cornelius Cypriano &c.] Recentior codex Colb. ut priscæ Cypriani editiones, *Cyprianus Cornelio :* (sed ed. Manutiana anni 1563 in hac et epistola proxime sequente titulum recte præstat :) quod etiam Corbeiensis MS. primum præ se tulit, sed ab antiqua manu in eo restitutum est *Cornelius Cypriano.* Quin re ipsa Cornelii sit, Cyprianus infra Epist. 7. ambigere nos non sinit. Eam alii epistolæ fragmentum, alii schedam, alii litterulas appellare malunt. Ipse Cyprianus in laudata Epistola 7. *litteras* vocat. Iis vero, qui fragmentum putant, favere videtur primo, quod Novatianus, etiamsi nondum nominatus, *hujus scelerati hominis* vocabulis designetur; deinde quod Cyprianus epistolæ huic rescribens, nonnulla ad Evaristum et Nicostratum attinentia tum didicisse se commemorat, quæ in illa non habentur. At Novatiani nomen in hac epistola consulto taceri, ejusque loco pronomen substitui, sequens, de cujus integritate nullus dubitat, fidem faciet, utpote in qua Cornelius eadem ratione se gerit. Hoc et subinde imitati sunt alii pontifices, nominatimque

Cælestinus erga Nestorium, necnon et patres: vel quod in hæreseon ortu parcendum duxerint hæresiarcharum nominibus, vel quod ab iis appellandis abhorruerint. Neque certius epistolam istam truncatam probant specialia quædam, quæ a Cypriano narrantur, nec in hac exprimuntur, de Nicostrato et Evaristo adjuncta: cum ea ille Nicephori ore potuerit ediscere. Huic porro in Africam festinanti primum sola tradita est hæc epistola. Deinde cum in procinctu esset, ei et subsequens adjuncta est. Utramque vero simul pertulit. COUSTANT. Hæc epistola in omnibus fere codicibus antiquis dicitur esse Cypriani ad Cornelium. Ego esse Cornelii ad Cyprianum nuspiam reperi quam in Corbeiensi et in uno meo. In excerptis tamen ad me missis ex codice 199. bibliothecæ Vaticanæ lego eam scriptam esse a Cornelio ad Cyprianum hoc modo: *Epistola Cornelii ad Cyprianum de factione schismaticorum. Cornelius Cypriano salutem. Ne quid.* Itaque ambigi non potest quin vere sit Cornelii. Putavit autem Pamelius illam non esse integram et esse tantum fragmentum, Rigaltius esse sequelam vel additamentum potius alicujus ex præcedentibus. BALUZIUS.

P. 5. l. 9. hujus scelerati hominis] De viro isto ita Hieronymus *De Viris Ill.* cap. 70. *Novatianus Romanæ urbis presbyter adversus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus invadere, Novatianorum, quod Græce dicitur* Καθάρων, *dogma constituit, nolens apostatas suscipere pœnitentiales.* Plura videas in ea, quæ mox sequitur, ad Fabium Cornelii Epistola; atque in pluribus Dionysii Alex. apud Eusebium epistolis. Maxime vero notabile est, tacere semper Cornelium adversarii sui Novatiani nomen in epistolis, quæ restant; de cujus quidem nominis varia scriptura aliquid hic dicam. Huic nimirum, pariter atque æquali ejus Novato Afro, verum nomen *Novatum* fuisse, fuse disputavit cl. Lardnerus *De Fide Hist. Evang.* P. II. vol. v. Not. ad calcem vol. in cap. 47. qui et nonnullos auctores etiam Latinos adduxit hanc scripturam præ se ferentes, sed fortasse ex imitatione Græcorum, qui fere semper Νοϐάτον seu Ναυατὸν scripserunt. At Cyprianum nomine *Novatiani* hominem semper designasse notissimum est, ut posteriorum ætatum taceam scriptores. Immo vero apud historicum Græcum Eusebium lib. vii. cap. 8. ubi referuntur quædam ex Dionysii Alexandrini epistola ad Dionysium Romanum nomen Νοϐατιανῷ scriptum habetur. Cumque in epistola Alexandrini præsulis ad ipsum Novatianum ab eodem Eusebio in lib. vi. cap. 45. servata, non

tantum Hieronymus et in quibusdam editionibus Rufinus, sed etiam Syncellus Nicephorusque, similem scripturam exhibeant, fortasse statuendum est, Eusebium revera scripsisse hoc quidem loco Ναυατιανῷ, non, ut vulgo legitur, Νουάτῳ, cum illud in Dionysii codicibus invenisset. Porro nil contrarium colligendum esse videtur ex derivativo *Novatiani*, quasi a nomine Novato ductum illud fuerit, quum aliter asseclæ isti *Novatianani* dicendi essent. Hoc enim Scaligerum haud induxit, ut crederet, hominem *Novatum* dictum fuisse. Vid. *Animadv.* ejus in *Chronica Eusebii*, p. 236. Addendum quoque hic est, Tatianos dictos esse a Tatiano apud Epiphanium in opere de Hæresibus, aliosque auctores, similiter ac Novatianos a Novatiano, quos tamen *Novatianenses* appellat Cyprianus in *Epist. ad Jubaianum* seu Ep. 73. sub init. Hoc denique lectorem monebo, nullam lucem hanc quæstionem mutuari sibi ex titulis duorum illorum operum *De Trinitate*, et *De Cibis Judaicis*, quæ Novatiano adscribi solent, quippe cum illa sic inscripta fuisse S. Hieronymi auctoritate, non ex fide ipsorum codicum manuscriptorum, videantur. Interea ductum est a nomine Novato Novatianus, quemadmodum a Fabio Fabianus, et a Basso Bassianus, immo vero Fabius Antiochenus episcopus Fabianus ab auctoribus sæpe nominatur.

P. 5. l. 10. prostratus virtutibus Dei] Hoc est, ait Nathanielis Marshall Anglicus Cypriani interpres, sententiis adversus eum latis ecclesiasticis, quæ in cœlo ratæ esse habebantur.

Ibid. l. 11. inde fuissent expulsi] Carthagine scilicet. Qua de re Cyprianus in superiore Epistola 1. sic præloquitur, *Venerunt ad nos, f. c. missi a Novatiano Maximus presbyter, et Augendus diaconus, et Machæus quidam et Longinus* &c. Ibi autem eos non e civitate ejectos, sed *a communicatione cohibitos*, Cyprianus docet. Porro Maximus presbyter proxime memoratus, subinde a Novato Carthaginensis pseudoepiscopus creatus fuit: adeoque alius est a Maximo presbytero confessore, qui primum a Novatiano seductus, aliquanto post ad Ecclesiam rediit. (Vid. Ep. proxime sequentem.) Neque etiam prædictus Augendus cum eo est confundendus, qui Cornelii ad Cyprianum litteras detulit. Coustant. Simile notat de Augendo Baluzius, hunc esse diversum ab Augendo diacono partis Novatiani, cujus mentio in Epistola 4.

Ibid. l. 12. prioribus litteris] Non extant. Coustant.

Ibid. l. 14. Dionysium] In uno libro meo vetere scrip-

tum est *Zoticum*. Quo enim modo legi in uno Bodleiano testatur editio Anglicana. Sic etiam editio Morellii. BALUZIUS.

P. 5. l. 14. illo jam pervenisse] Hoc est Carthaginem. Nec falsa fuit Cornelii opinio, si eam de tempore, non quo scribebat, sed quo litteras suas Cypriano reddendas judicabat, interpretemur. Pridie enim quam hæ redderentur, illuc pervenerat secunda Novatiani legatio. COUSTANT.

Ibid. l. 16. innotescat] In *MS. Corb.* innotescant. COUSTANT.

Ibid. l. 17. patronæ suæ] Hinc servum eum et mancipium exstitisse vir eruditus suspicatur: quod persuaderetur facilius, si Cornelius *dominæ* non *patronæ* vocabulo usus esset. Hujus vero diaconi crimina ut nota fierent, eo pluris intererat, quo ille amplius confessoris titulo gloriabatur, et inde vulgo imponebat. COUSTANT. Permittitur *Canone* 82. qui dicitur *Apostolorum*, etiam mancipiis cum dominorum consensu vel ad superiores ordines ecclesiasticos adscisci; et, ut significavit Coustantius, libertus, non servus fuisse Nicostratus videtur, atque eò minùs ab ecclesiastico ordine arcendus.

Ibid. l. 18. ad perpetuam pœnam reservatum] Rigaltius (*Cyprianum* qui ediderat) ait, *Dei judicio reservatum. Nam Ecclesia pœnitentiæ tempus non dabit. Nec tam grave peccatum etiam in morte remittet, nisi restitutione satisfactum fuerit.* FELLUS.

Ibid. l. 19. ecclesiæ deposita] Seu ecclesiasticas pecunias, quæ *viduarum et pupillorum deposita* censebantur, quia eorum sublevandorum gratia servabantur, ut ex subsequenti Epistola vii. n. 1. colligere est, (49. aliter 52. *Ep. Cypr.*)—*Nicostratum vero diaconio sanctæ administrationis amisso ecclesiasticis pecuniis sacrilega fraude subtractis, et viduarum ac pupillarum depositis postea denegatis, non tam in Africam* &c. Nec difficile erat diacono, cui pecuniarum illarum dispensatio credebatur, hujusmodi deposita fraudare. COUSTANT.

Ibid. l. 20. auctorem schismatis] Colb. MS. *cum auctore schismatis.* Evaristus auctor schismatis dicitur, quatenus aliis auctor fuit ut illud sequerentur. Neque hac molitione, etiam postquam de episcopatu dejectus est, abstitit. Quocirca Cyprianus infra Epist. vii. (49.) rescribit eum *veritatis ac fidei naufragum factum circa quosdam sui similes paria naufragia* CONCITARE. Præterea si Evaristus iste, ut valde probabile est, Novatiani ordinator fuit, *hæresis auctor* non immerito appellatur, qui hac ordina-

tione locum hæresi et auctoritatem præbuit. COUSTANT. Pacianus in epistola ad Symphronianum contra tractatus Novatianorum: *Ego nescio quid Novatianus egerit, quid Novatus admiserit, quid Evaristus tumuerit, quid Nicostratus nuntiarit.* Et infra ait illos *qui Evaristum, qui Nicostratum receperunt, cæterosque ab ecclesia recedentes, lingua, manu, moribus inquinatos.* Hunc porro Evaristum fuisse unum ex ordinatoribus Novatiani collegit ex epistola ista Henricus Valesius in annotationibus ad librum vi. cap. 43. historiæ ecclesiasticæ Eusebii. (h. e. Cornelii Epist. ad Fabium, quam infra collocavi.) BALUZIUS.

P. 5. l. 21. et successorem plebi] Oxon. edit. *succensorem;* et in notis, *successorem, Manut. Veron. forte succussorem.* Retinendum cum aliis libris *successorem:* quæ vox non ad Evaristum, sed ad Zetum huic suffectum refertur. COUSTANT. *Successorem.* Ita omnes libri veteres et editiones. Angli, nescio qua auctoritate, posuerunt *succensorem,* nullo, ut arbitror, sensu, monentes interim legendum forte esse *succursorem.* Sed ego nescio ubi invenerint vocem *succursorem* alioqui valde inutilem in hoc loco. Ait enim Cyprianus Zetum in locum Evaristi episcopum esse constitutum et successorem plebi datum cui is ante præfuerat. BALUZIUS. *Succussorem,* quod re ipsa conjecerat Fellus legendum, in sensum *concitoris,* seu *concitatoris,* videtur ab eo acceptum, nam *Glossæ Vet. Succusso.* Κατασείω habent. Videsis Valesii Not. ad CONCIL. ANTIOCH. supra, vol. ii. p. 502.

Ibid. plebi, cui ante præfuerat] In MS. Corb. *ante fuerat,* tum a 1. manu *Zelum,* secundis curis *Zenum;* quod et Pamelius in Camberon. legisse se testatur. Præfert unus Anglic. *Zoticum.* (Errat hîc Coustantius, nam *Zoticum* pro *Dionysium* legi ante ad lin. 14. Fellus notaverat.) Eorum, qui Evaristum ab episcopatu removerant, auctoritate successorem ipsi ordinatum fuisse hinc liquet. COUSTANT. *Zetum.* Hoc nomen deest in antiquis editionibus et in quibusdam veteribus libris. Habetur tamen in uno meo et in editione Manutiana. In Fuxensi scriptum est *Gestum.* Corbeiensis, in quo primo scriptum fuit *Zetum,* (Confer Coustantium supra) habet ex emendatione *Zenum.* Quo etiam modo scriptum fuisse in Camberonensi testatur Pamelius. Zeti cujusdam, sed antiquioris, mentio est apud Propertium lib. iii. eleg. 3. et apud Horatium lib. I. epist. 18. item in quadam tragœdia Senecæ. BALUZIUS.

Ibid l. 22. Majora vero et graviora hîc designavit] Novatus vero ea hic designavit *Bod.* 1. FELLUS. De Eva-

risto Novatiani socio et adjutore hìc agi videtur, vel pejus, ait Cornelius, Romæ quam in sede sua se gerente. Idem sentit Coustantius, quem infra habes de Evaristo hoc interpretantem.

P. 5. l. 23. inexplebili pravitate suâ] inexplebili avaritia, qualia *Bod.* 1. FELLUS.

Ibid. l. 26. junctos habeat] Codex Colb. *vinctos habeat*, ac deinde, *Bene valere semper frater carissime;* alii duo, *Bene vale frater carissime.* COUSTANT.

Ibid. Opto te &c.] Istud addidimus ex fide codicis Remensis sancti Dionysii. In Fuxensi scriptum est *bene valere semper frater carissime.* In uno meo simpliciter: *Bene vale frater carissime.* BALUZIUS. Similiter hoc legi in *codd. Veron. et Bod.* 1. notavit Fellus, qui tamen juxta atque priores *Cypriani* editores et post eum Coustantius, in textu clausulam haud exhibet. Extant verba, *bene vale frater carissime*, ad finem epistolæ proxime sequentis; hæc vero ibi in *edd. vetustioribus* omissa erant.

II.

P. 6. l. 3. Cornelius Cypriano] Et hìc in priscis Cypriani editionibus obtinuerat, *Cyprianus Cornelio*, ut etiamnum exstat in MS. Colb. Exstabat et hoc ipsum in Corb. sed secundis curis correctum fuit: quam recte, cum ipse contextus, tum subnexa Epistola viii. (Ep. 47. al. 51.) probant. Superiori epistolæ, quæ Nicephoro tradita fuerat, ante quam is proficisceretur, hæc adjuncta est, et ab eodem acolytho perlata. Si quis tamen hanc primo scriptam, eique superiorem adjunctam malit, concedat saltem necesse est, utramque ipsâ profectionis Nicephori horâ conscriptam esse. Quocirca utra prior ponatur, vel parum vel nihil interest. COUSTANT. Hæc epistola ante editionem Manutianam dicebatur esse Cypriani ad Cornelium. Manutius emendavit. Manutium secutus est Pamelius. Itaque falsum est quod ait Rigaltius Pamelium ita scripsisse ex conjectura. Nam et ipse Pamelius admonet se lectionem illam invenisse in codice Camberonensi et in editione Manutiana. Eadem extat in libro Corbeiensi, in quo post verba ex illo allata a Rigaltio sequitur: *Cornelius Cypriano fratri salutem.* Eadem extat etiam in libro Gratianopolitano et in uno meo vetere, in quo, ut in Corbeiensi scriptum est: *Incipiunt rescripta Cornelii ad*

Cyprianum de schismaticis. Octo illius vetera exemplaria habui. Angli unum tantum habuerunt ex bibliotheca Bodleiana. Cæterum nulla sancti martyris epistola gravius afflicta fuit per audaciam veterum librariorum quam ista. Baluzius. Rigaltius ait, *Huic epistolæ consimilis illa videtur, quam ad Fabianum a Cornelio scriptam fuisse refert Euseb. Hist.* vi. cap. 43. *ubi et fortissimis confessoribus adnumerantur Urbanus et Sidonius et Maximus.* Fellus. Epistola est, cujus excerpta mox sequuntur.

P. 6. l. 4. sustinuimus] Codex Remensis sancti Dionysii addit *vel pudorem*. Baluzius.

Ibid. de iis confessoribus] Maximo, Nicostrato, cæteris, quorum mentio est in Epistolis 41. et 42. Hunc autem Nicostratum valde puto diversum esse ab eo qui nominatur in Epistola 48. (Hæc est Cornelii Epistola, quam statim ante adduxi; numeros autem Pamelianos Baluzius secutus est.) Baluzius.

Ibid. l. 5. hominis callidi] Novatiani, ut videmus in hac ipsa epistola palam; quo libentius notam Coustantii bene longam omisi, in qua a viro cl. operosius probatum est, haud exponi debere istud de Novato Carthaginiensi presbytero, schismatis altero antesignano.

Ibid. l. 6. tanta lætitia adfecti sumus] Tantum lætitia adepti sumus. *Corb.* Fellus. Colb. MS. *tantam lætitiam*. Tum idem MS. *abepti*, Corb. *adepti*. Coustant. Ita idem codex Remensis et Fuxensis. In aliis sex et in vetustioribus editionibus scriptum est *tantam lætitiam adepti sumus*. Vide notas ad Epistolam 42. p. 432. Baluz.

Ibid. l. 8. gratias egimus, cum ii] Vetus codex Corb. cum recentiore Colb. et uno Anglic. *agimus, cum eos*, (at nihil habet editor Anglicus de variato *ii*) ac deinde solus Corb. *cognito suo errore intelligamus hominis maligni velut serpentis astutia venenata* (verbo *fugientes* hîc secundis curis superaddito) *ad Ecclesiam* ... *venisse*. Sanior est ceterorum codicum lectio, quam illustrat et confirmat subjicienda Epistola ix. ad Fabium n. 1. unde et hîc *maligni hominis* nomine Novatianum designari manifestum est. Coustant. Retinuimus hanc lectionem, quia bonum sensum habet. Introducta est in editione Manutiana. Habetur autem etiam in codice Fuxensi. At sex libri veteres et editio Morelliana, quæ subsecuta est Manutianam præferunt, *cum eos cognito suo errore intelligamus hominis maligni velut serpentis astutia venenata derelicta ad ecclesiam unde exierant*. Sic etiam fere veteres editiones. Baluzius.

P. 6. l. 13. tumorem illorum mollitum jam adnuntiabant] Revocavimus veterem lectionem, (*tumorem illorum, horum mollitiem nuntiabant*) quam Manutius eliminaverat, nescio quam ob causam. Est enim optima; eamque præferunt, non solum veteres editiones, sed etiam octo antiqua exemplaria quibus nos utimur et Veronense, ex quo excerptæ variæ lectiones adscriptæ sunt margini editionis Manutianæ in meo exemplari. Sensus autem horum verborum is mihi videtur esse. Cum ageretur apud Cornelium de venia lapsorum, ille autem dubitaret an vere et ex animo rediissent ad ecclesiam, stantium vero fidem propterea interpellaret, ii retulerunt quosdam ex lapsis tumore inflatos esse, quia nimirum tormenta passi erant pro nomine Christi, adeoque hinc superbiam captabant, alios contra molles admodum esse, tristes, nimirum ob casum suum. Sunt enim molles in calamitate mortalium animi, ut scribit Tacitus. Hinc colligebat Cornelius testimonia non esse idonea ad probandum illos esse penitus mutatos. Itaque recte Rigaltius existimavit veram esse lectionem codicis Veronensis, in quo scriptum erat *fide tamen non idonea.* BALUZIUS. Coustantius ex *ed. Manutiana, tumorem illum horum mollitum jam adnuntiabant.* Ego cum *editionem Oxon.* in qua multa huic loco apposita est lectionis varietas, tum alias vetustiores illa editiones secutus sum, relicto hic quidem Baluzio, cujus rationes mihi minus satisfecerant.

Ibid. l. 14. fide tamen non idonea &c.] Fide tamen non idonea haud facile nobis credere dabatur, illos repente esse mutatos. *Cod. Veron.* illos repente *Bod.* 1. FELLUS, qui, ut Coustantius aliique, in textu suo habet *fides* pro *fide.*

Ibid. l. 17. Maximum] De quo pluribus actum est ad Epistolam 41. Pamelius scripsit illum passum esse martyrium sub Maximino. At in martyrologiis scriptum est id evenisse sub Valeriano. Vide Baronium ad diem 19. Novembris. BALUZIUS.

Ibid. presbyterum secum] In MSS. Corb. et Colb. *presbyterum secundum:* quod non placet. COUSTANT.

Ibid. l. 18. sed quoniam multa præcesserant ab eis designata] Sed omnium multa processerunt ab esse disseminata *Veron.* et quoniam *Bod.* 1. FELLUS. Id est, patrata et confecta. Quo intellectu de Evaristo in superiori epistola dictum est, *Majora vero et graviora hic designavit.* Quocirca Confessores mox a presbyteris rogati esse dicuntur de iis *quæ gesserant.* COUSTANT.

Ibid. l. 19. coepiscopis nostris] Corb. MS. *coepiscopo*

nostro. Retinendum *coepiscopis nostris,* qui scil. conventibus aut conciliis ea de causa congregatis interfuerant. Quippe initio pontificatus Cornelii, teste Eusebio lib. vi. cap. 43. sexaginta episcopi, et presbyteri ac diaconi multo plures, cum in unum convenissent, Novatianum eique adhærentes condemnarunt. Saltem vero hic notantur Pompeius ac Stephanus Afri episcopi, qui Cornelii ordinationi interfuerant. Cornelii literæ hic commemoratæ non extant. COUSTANT.

P. 6. l. 21. ex ipsorum ore] Corb. *ex ipsius ore;* et mox, *mandaveram,* pro *mandaverant.* COUSTANT.

Ibid. l. 23. exigerentur] ingererentur *Bod.* 1. FELLUS. Codex Gratianopolitanus, *interrogarentur.* Quæ lectio videtur esse melior. Sed alii codices et editiones repugnant. BALUZIUS.

Ibid. l. 28. tantummodo circumductos commisisse &c.] Tantummodo subscripsisse calliditate ejus circumducti, totos se commisisse quoque schismaticis *Bod.* 1. *Vat.* neque in istis inesset utrumne scisse, tantummodo circumductos se, ut paterentur ei manum quasi in episcopatum imponi, qui cum et ceteris hæreticis fuissent, et ne exprobrarentur. *Ver.* nec quidem in istis literis inesset scisse; tantummodo circumductos commisisse se quoque schismati, et hæresis auctores fuisse; ut paterentur ei manum quasi in episcopatum imponi: qui cum hæc et cetera fuissent exprobrata, ut abolerentur et de medio tollerentur, deprecati sunt. *Benev.* FELLUS, qui *in episcopum* habet.

Ibid. l. 29. hæresis auctores fuisse] Hic quoque relinquendum esse censui Baluzium, qui *hæreticis* pro *hæresis,* ratione nulla data, in textu quidem suo repræsentat. Certe lectionem alteram præstant *edd. Erasmi Manut. Rigalt. Oxon. Coustantius*que. " Hæresis sese jure damnandos " esse hos vide confitentes, (ait quidem Anglicus inter- " pres,) solum propterea quod sede plena novum episco- " pum constituissent, haud nacti causam ex deprivatione " alterius." Sed recte dubites, annon hîc quoque opinio Novatiani de pœnitentia voce *hæresis* indicetur, sicut infra, ubi eundem Novatianum confessores isti *schismaticum et hæreticum hominem* appellant, tum vero fortasse in isto de iisdem confessoribus Cypriani loco; *Posteaquam vos de carcere prodeuntes schismaticus et hæreticus error excepit.* Ep. 51. al. 54. Confer Coustant. paulo infra ad pag. 28. et ad init. Epist. Cornelii ad Fabium.

Ibid. l. 33. contrahi presbyterium] Tam Fellus quam Baluzius, ait hunc fuisse presbyterorum ecclesiæ Cartha-

giniensis consessum; sed memoriâ utrorumque hoc exciderat, præ manibus se habere Cornelii Romani, non Cypriani Carthaginiensis epistolam. Ita et errat Baluzius infra ad pagg. 29. et 32.

P. 7. l. 2. personam eorum] Formam dicendi defendit Salmasius contra Miltonum solœcismi se accusantem.

Ibid. l. 5. subjectas leges] Ait Anglicus interpres, cl. Marshall; "perdita sunt isthæc concilii diocœsani vetus-" tissimi suffragia, quod valde deflendum est."

Ibid. l. 6. Sidonius] Pamelius addidit *et Macarius*, ex conjectura tantum, ut ipsemet fatetur, quia illum cum cæteris rediisse ad ecclesiam patet ex tribus sequentibus epistolis. Nos expunximus, quia Macarii nomen in nullo eorum veterum exemplarium reperimus quibus usi sumus, neque in editionibus quæ Pamelianam antecesserunt. BALUZIUS. Ipsius tamen Baluzii textus, non totus ab eo quidem ipso curatus, et post mortem ejus in publicum editus, retinuit *et Macharius*. Ego cum Coustantio omisi.

Ibid. l. 7. adjunxerant] In MS. Corb. *adjunxerunt*. Quamvis hîc plerique, qui confessorum auctoritate ad schisma defecerant, cum iis ad ecclesiam rediise dicantur, infra tamen et redeuntium verba et populi de illorum reditu gratulantis voces ad unos confessores attinent. Ita et Cyprianus infra Epist. 8. de solo confessorum reditu rescribens loquitur. Hîc præterea observamus, celebrem adeo cleri conventum, cui et quinque interfuerant episcopi, de proposita causa nihil nisi cum populi notitia decernere voluisse. Qua ex re id a Cornelio factum colligere est, quod a Cypriano Epist. 6. seu 14. ad presbyteros et diaconos suos sibi propositum legimus: *Quando*, inquit, *ab initio episcopatus mei statuerim, nihil sine consilio vestro, et sine consensu plebis, meâ privatim sententiâ gerere*. COUSTANT.

Ibid. l. 12. *Beatos esse*] In MSS. Colb. et Corb. vocem, *beatos esse puros corde, quod jam* (seu *quoniam*) *sperent Dominum*. In Cypriani libro iii. ad Quirinum c. 79. eumdem Matthæi locum sic legere est: *Beati* (in vetusto codice Colb. *Felices*) *mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt*. COUSTANT. Veteres editiones et quinque libri veteres habent, *quod jam sperent Dominum*. Remensis sancti Dionysii, *quoniam ipsi sperent in Deum*. BALUZIUS.

Ibid. l. 17. concursus factus est] Ad ecclesiam, in qua recepti confessores sunt, ut censet cl. Marshall.

Ibid. l. 20. hodie] Corb. MS. *hoc die*. Nil incommodi est in vocabulo *hodie*: quia Cornelius, ut infra testificatur,

eâdem horâ, eodem momento, quo illa gesta sunt, hæc scripta ad Cyprianum transmitti curavit. Alia quadam ratione Cyprianus Epist. 51. seu 54. iisdem confessoribus sic gratulatur: *Postea quam vos de carcere prodeuntes schismaticus et hæreticus error excepit, sic res erat, quasi vestra gloria in carcere remansisset: illic enim resedisse vestri nominis dignitas videbatur, quando milites Christi non ad ecclesiam de carcere redirent, in quem prius cum ecclesiæ laude et gratulatione venissent.* Ubi Cornelio concinens Cyprianus, confessores non tantum schismatico, sed et hæretico errore captos prædicat. Unde colligere est Novatiani hæresim circa pœnitentiam, ipsius schismate nequaquam posteriorem originem habuisse. COUSTANT. Ex locis pluribus epistolæ Cornelii ad Fabium, cujus fragmenta mox affero, hoc mihi persuasi, controversiam de pœnitentia extitisse, antequam de episcopatu Novatiani palam ageretur, quicquid ille de eo munere animo suo celaret; abditam enim fuisse eo tempore nec cognitam cupiditatem ejus, ipse quoque ait Cornelius, qui accusat.

P. 7. l. 22. episcopum sanctissimæ Catholicæ ecclesiæ] Ecclesiam urbis Romæ hîc signari extra dubium est. En verba ipsius Cornelii in epistola modo dicta. *ὁ ἐκδικητὴς οὖν τοῦ εὐαγγελίου* (Novatianus) *οὐκ ἠπίστατο ἕνα ἐπίσκοπον δεῖν εἶναι ἐν καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾗ οὐκ ἠγνόει, πῶς γάρ; πρεσβυτέρους εἶναι μϛ΄. διακόνους ἑπτὰ*, &c. §. 3.

Ibid. electum a Deo] h. e. inspirante Deo Christoque ejus, et ad legum divinarum præscriptum. Ita de Cypriano suo scribit Pontius diaconus ejus, *judicio Dei et plebis favore ad officium sacerdotii et episcopatus gradum adhuc neophytus, et, ut putabatur, novellus electus est.* Et paulo post: *Non præteribo etiam illud eximium, quemadmodum cum in dilectionem ejus et honorem totus populus adspirante Domino prosiliret, humiliter ille secessit, antiquioribus cedens, et indignum se titulo tanti honoris existimans, ut dignus magis fieret.* p. 3. *Vit. Cypriani.* Ipse quoque Cyprianus in *Epist.* 40. al. 43. electionem suam vocat *suffragium plebis et Dei judicium.* Atque in *Epist.* 67, vel 68, modus præterea ordinationum celebrandarum ab ecclesia receptus, *secundum divina magisteria* (quæ nimirum in divinis scripturis extant) *et secundum Dei voluntatem non secundum humanam præsumtionem*, statutus esse ostenditur. Etenim relatio illa ad Deum et fratres in S. Matthiæ electione inter hæc præcipue spectari videtur. *Act.* i. 29. seq.

Ibid. l. 24. Imposturam passi sumus] Trebellius Pollio in Gallieno: *Idem cum quidam gemmas vitreas pro veris*

vendidisset ejus uxori, atque illa, re prodita, vindicari vellet, surripi quasi ad leonem jussit. Deinde e cavea caponem emittit: mirantibusque cunctis rem ridiculam, per curionem dici jussit: Imposturam fecit et passus est. Ælius Lampridius tradit Vetronium Turinum impostorem, qui multa fallendo promiserat, et pro vanis promissis ingentia præmia perceperat, Alexandri Severi jussu accusatum fuisse, et convictum, jussu illius alligatum ad stipitem, et fumo apposito, quem ex stipulis atque humidis lignis fieri jusserat, necavisse, præcone dicente: *Fumo punitur qui vendidit fumum.* D. Nero clementior fuit erga Cæsellium Bassum. Vide Tacitum lib. xvi. Annalium. BALUZIUS.

P. 7. l. 25. perfidiæ loquacitate captiosa] Ita veteres editiones et quinque vetera exemplaria. Manutius posuit, *perfidia et loquacitate captiosa* (sequentibus *Rigaltio, Fello, Coustantio*que). Quatuor libri veteres pro *captiosa* habent *factiosa*, alii *facti sensu amentes videbamur*. Remensis sancti Dionysii, *loquacitate capti. Nam amentes videbamur*. BALUZIUS. Corb. *factiosa*. Colb. *loquacitate capti, sensu amentes videbamur*, COUSTANT. *perfidiæ loquacitate factiosa amentes* Erasmi ed. anni 1520.

Ibid. l. 27. et hæretico] Ista desunt in antiquioribus editionibus et in quatuor antiquis codicibus. Habentur tamen in editione Manutiana et in duobus codicibus manuscriptis. Retinenda autem esse liquet ex iis quæ sequuntur. In uno libro meo vetere legitur *hæresiarcha*, et in Gratianopolitano *hæresiarcho*. BALUZIUS.

Ibid. habuisse &c.] habuisse certamen nostrum *Bod.* 1. FELLUS.

Ibid. l. 30. Dominum] Dominum nostrum *Bod.* 1. FELLUS.

Ibid. l. 31. unum episcopum in catholica ecclesia] Hinc Baronius collegit Romani tum episcopi titulum fuisse ut nominaretur sanctissimæ catholicæ ecclesiæ episcopus, adeoque unum episcopum, id est Romanum, in ecclesia esse debere. Verum hic non est verus sensus verborum Cypriani (Cornelii). Illud tantum vult, ut sicut credimus unum Christum, unum spiritum sanctum, ita credere debemus unum episcopum tantum in unaquaque ecclesia, cum sit episcopatus unus et indivisus episcoporum multorum concordi numerositate diffusus, cujus a singulis in solidum pars tenetur, ut ille ait in Epistola lii. pag. 73. et in libro de Unitate Ecclesiæ pag. 195. Vide notas nostras ad librum Agobardi de privilegio et jure sacerdotii cap. 2. BALUZIUS. Porro optime verissimeque vir doctissimus

Joan. Forbesius, *Instruct. Historico-Theol.* lib. xvi. cap. 3. §. 40. hæc scribit; "Non aliud dicere intendunt confessores, nisi hanc esse legem Catholicæ Ecclesiæ, ut in una civitate non sit nisi unus Episcopus. Veteres phrasi sæculis illis familiari, Ecclesiam quamlibet peculiarem orthodoxam vocabant Ecclesiam Catholicam, ejusque Episcopum indigitabant, Catholicæ Ecclesiæ Episcopum, ut exempla superius allata, et alia multa declarant." Sic Forbesius. Unum autem illorum exemplorum sumpserat ille ex *Epistola Synodica*, quæ supra posita est, *Antiochenorum* apud Euseb. lib. vii. *Hist.* c. 37. *ἠναγκάσθημεν οὖν*, inquiunt,—*ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ* (h. e. loco Pauli Antiochiæ episcopi) *τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ καταστῆσαι ἐπίσκοπον.*

P. 7. l. 31. in catholica ecclesia] id est Romana. Vox *ecclesia* deest in tribus vetustis exemplaribus. Notum autem est veteres sæpe ita simpliciter locutos esse cum de ecclesia catholica loquerentur ut omitterent nomen ecclesiæ, nimirum quia vox *catholica* importabat ecclesiam. Ea quippe secta quæ non est catholica non est ecclesia, cum sit foris, id est extra ecclesiam, ut sæpe loqui amat sanctissimus auctor noster (Cyprianus). Vide Quesnellum ad Epistolam 26. sancti Leonis et notas nostras ad dissertationem Marcæ de epistola Papæ Vigilii. Baluzius. Exemplar Colb. *in catholica esse*, omisso verbo *ecclesia*, quod et in Corb. nonnisi secundis curis adjectum est. Sed neque antiquis insolens est ecclesiam catholicam solo *catholicæ* vocabulo enuntiare. Huic confessorum professioni similis est ista Cypriani Epist. 40. seu 43. ad plebem suam: *Deus unus est, et Christus unus et una ecclesia, et una cathedra super Petrum voce Domini fundata.* Et id quidem scribit Cyprianus, ut eos qui Felicissimi factioni adhærebant, extra ecclesiam esse probet. Coustant. Coustantii quæstiunculam, quæ statim istic sequitur, omitto, ut lis omnis vitetur atque offensio ex facili ad eandem responso. Cæterum extat in Fragmento De Canone Novi Test. quod mox editurus sum, hujus Hellenolexiæ exemplum, ubi alia præterea non ex uno tantum Latino scriptore adduxi.

Ibid. l. 32. Quis—non moveretur] Sic ediderunt Benedictini; Baluzius tamen nihil de lectione istac notavit. Vulgo legitur. *Ista etiam confessione non moveremur.* Verum ait Fellus, legi in Bodl. 1. *ista etiam professione quis non moveretur?* atque secundis curis eandem exhiberi lectionem in MS. Corb. adnotavit Coustantius.

P. 8. l. 1. locum suum agnoscere] Hoc est, presbyteri

honore atque gradu servato receptus est. Hoc exemplo et Nicæni patres Can. 8. Novatianis, et Afri in collatione Carthaginensi Donatistis ad ecclesiam redeuntibus suos honores concesserunt. COUSTANT. Qua ratione Maximus in integrum fuerit restitutus, infra ad Epistolam lii. dicetur. (Scil. ad verba, *Evaristum de episcopo jam nec laicum remansisse*, hæc adnotantur) Rigaltius ait, *Episcopo semel ab episcopatu deposito, quamvis pœnitenti, non reddebatur locus neque dignitas episcopi. Pœnitentia completa reddebatur ei communio Christiana, sed laica, ita ut laicus in ecclesia maneret. At Evaristus de episcopatu depositus, in ecclesia non remansit.* Notandum ecclesiam aliquando de clero schismaticos in integrum restituisse. Sic Novatianos restituerunt Nicæni Patres. Porro ipsos Arrianos a Patribus Alexandrinis salvis honoribus receptos fuisse res satis nota est. Haud igitur mirum si Maximus ad ecclesiam redux, *locum suum agnoscere* jussus sit; præsertim cum verisimile fuerit ipsum et socios ejus ob confessionis honorem, ecclesiæ censuris, atque anathematis fulmini nondum fuisse subjectos. FELL. Infra ad CONCIL. CARTHAG. III. plura notabuntur sub init. de clero pœnitenti.

P. 8. l. 3. remisimus Deo omnipotenti] Si quis ad communicationem reciperetur, externum hoc esset privilegium. Colligendum autem videtur, sensisse veteres, nihil alio modo sibi rei fuisse cum *foro interno*, nisi ut peterent a Deo delinquentis absolutionem. MARSHAL. qui relegat lectorem ad notas suas in Cypriani Opuscula.

Ibid. l. 6. ad te, per scripta] Sic *edit. Benedictin.* Vulgo abest *per*. Coustantius hæc notat, "In MS. Corb. *ad te* " *per scripta*. In Colb. *ad te litteras perscriptas;* mox in " utroque, ut in uno Anglic. desideratur *festinantem:* sed " proximum verbum *descendere* istud necessario postulat. " Festinabat porro, quia superioris epistolæ cura ei de- " mandata jam fuerat." Fellus autem hanc adtulit varietatem, " Eadem hora eodemque momento ad te scripta " transmisimus, et Nicephorum acoluthum, descendere " navigandi destinatione, ad vos statim dimisimus. *Ver.* " descendere ad navigandum destinatione ad vos statim " dimissi, *Corb.*"

Ibid. l. 7. destinantem] Revocavimus lectionem veterum editionum, quæ sola bona est, quam præterea confirmant aliquot vetera exemplaria. Primus Erasmus eam tantisper mutavit *festinantem* ponens pro *destinantem*. Sed tamen Erasmus non videtur fecisse absque auctoritate. Nam ita ego inveni scriptum in libro Corbeiensi, non eo modo quo

[illegible] in editione [illegible] et in [illegible] paulo [illegible]. [illegible] de sca- [illegible] sed eo modo [illegible] varias le- [illegible] *[illegible]* est [illegible] sunt [illegible]. Quod [illegible] non posse ambi- [illegible] in antiquis exemplaribus [illegible] *[illegible]*, neque in [illegible]. M[illegible] indicit, haud [illegible]. Nam et ego [illegible] vidi in [illegible] introductum est [illegible] et [illegible] [illegible] : [illegible] in exemplar [illegible] sequebatur post *[illegible]* [illegible] sibi [illegible] in [illegible] *[illegible]* fecit *[illegible]*, [illegible] in [illegible] Vaticano et in Veronensi [illegible] codice Re- mensi [illegible] *[illegible]* [illegible] sunt libri vete- res. In codice [illegible] Vaticani et in Veronensi sic scriptus erat hic locus *N[illegible] descendere ad [illegible] De-* inde alius librarius [illegible] *[illegible]* posuit *[illegible]* [illegible] in alio codice Vaticani [illegible]. [illegible] est lectio [illegible] falsa [illegible] in [illegible] editionibus. [illegible] legen- dum esse *[illegible]* [illegible]. Cum Baluzi[illegible] quidem [illegible] : si ta- men [illegible] *[illegible]* germani [illegible] vero recte ostenderet [illegible] *[illegible]* 4. et 42. (al. 44. et 45.) *[illegible]* [illegible] religiosum conventum [illegible] fideles ad sacra [illegible] stationibus post [illegible] Marshal Anglicus interpres, [illegible] transigere [illegible].

[illegible] Codex [illegible]. In uno codice Vaticano legitur *[illegible]* pari-

ter Deo omnipotenti et Christo Domino nostro gratias agere. BALUZIUS.

P. 8. l. 16. de die in diem evacuari] de die evacuare *Corb.* per dies *Veron.* FELLUS. *In diem.* Hæc desunt in quatuor antiquis exemplaribus. In uno Vaticano et in Remensi scriptum est *prævaricationem de Dei misericordia evacuari.* BALUZIUS.

Ibid. l. 17. Bene vale, frater carissime] Codex Colb. *Bene valere semper f. c.* Hæc autem precatio in Corb. omittitur. COUSTANT. In *edd. vetustioribus* itidem.

EPIST. AD FABIUM.

P. 9. l. 4. Ἵνα δὲ γνῷς, &c.] De Novatianorum hæresi atque Cornelii epistolis Eusebius hæc præmisit, lib. vi. *Hist.* cap. 43. Ἐπειδή περ τῇ κατὰ τούτων (adversus lapsos) ἀρθεὶς ὑπερηφανίᾳ Νοουάτος τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας πρεσβύτερος, ὡς μηκέτ' οὔσης αὐτοῖς σωτηρίας ἐλπίδος, μὴ δ' εἰ πάντα τὰ εἰς ἐπιστροφὴν γνησίαν καὶ καθαρὰν ἐξομολόγησιν ἐπιτελοῖεν, ἰδίας αἱρέσεως τῶν κατὰ λογισμοῦ φυσίωσιν καθαροὺς ἑαυτοὺς ἀποφηνάντων, ἀρχηγὸς καθίσταται· ἐφ' ᾧ συνόδου μεγίστης ἐπὶ Ῥώμης συγκροτηθείσης, ἑξήκοντα μὲν τὸν ἀριθμὸν ἐπισκόπων· πλειόνων δ' ἔτι μᾶλλον πρεσβυτέρων τε καὶ διακόνων, ἰδίως τε κατὰ τὰς λοιπὰς ἐπαρχίας τῶν κατὰ χώραν ποιμένων περὶ τοῦ πρακτέου διασκεψαμένων· δόγμα παρίσταται τοῖς πᾶσι· τὸν μὲν Νοουάτον ἅμα τοῖς αὐτῷ συνεπαρθεῖσι, τούς τε συνευδοκεῖν τῇ μισαδέλφῳ καὶ ἀπανθρωποτάτῃ γνώμῃ τἀνδρὸς προαιρουμένους, ἐν ἀλλοτρίοις τῆς ἐκκλησίας ἡγεῖσθαι· τοὺς δὲ τῇ συμφορᾷ περιπεπτωκότας τῶν ἀδελφῶν, ἰᾶσθαι καὶ θεραπεύειν τοῖς τῆς μετανοίας φαρμάκοις. ἦλθον δ' οὖν εἰς ἡμᾶς ἐπιστολαὶ Κορνηλίου Ῥωμαίων ἐπισκόπου πρὸς τὸν τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας Φάβιον, δηλοῦσαι τὰ περὶ τῆς Ῥωμαίων συνόδου, καὶ τὰ δόξαντα πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Ἀφρικὴν καὶ τὰς αὐτόθι χώρας· καὶ ἄλλαι πάλιν Ῥωμαϊκῇ φωνῇ συντεταγμέναι, Κυπριανοῦ καὶ τῶν ἅμ' αὐτῷ κατὰ τὴν Ἀφρικὴν ἐπισκόπων. δι' ὧν τὸ καὶ αὐτοὺς συνευδοκεῖν τῷ δεῖν τυγχάνειν ἐπικουρίας τοὺς πεπειρασμένους ἐνεφαίνετο· καὶ τῷ χρῆναι εὐλόγως τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐκκήρυκτον ποιήσασθαι τὸν τῆς αἱρέσεως ἀρχηγὸν, πάντας τε ὁμοίως τοὺς συναπαγομένους αὐτῷ. ταύταις ἄλλη τις ἐπιστολὴ συνῆπτο τοῦ Κορνηλίου, περὶ τῶν κατὰ τὴν σύνοδον ἀρεσάντων· καὶ πάλιν ἑτέρα, περὶ τῶν κατὰ Νοουάτον πραχθέντων· ἀφ' ἧς καὶ μέρη παραθέσθαι οὐδὲν ἂν κωλύοι, ὅπως εἰδεῖεν τὰ κατ' αὐτὸν οἱ τῇδε ἐντυγχάνοντες τῇ γραφῇ. τὸν δὴ

σὺν Φάβιον ἀναδιδάσκων ὁποῖός τις ὁ Νοβάτος ἐγεγόνει τὸν τρόπον, αὐτὰ δὴ ταῦτα γράφει ὁ Κορνήλιος. ΊΝΑ δὲ γνῷς, &c. *Etenim Novatus ecclesiæ Romanæ presbyter, arrogantia adversus eos elatus; quasi nulla spes salutis ipsis posthac superesset, tametsi omnia explerent quæ ad sinceram conversionem puramque confessionem pertinent, propriæ cujusdam sectæ eorum qui tumore mentis elati seipsos Catharos cognominarunt, auctor exstitit. Ob quam rem cum Romæ congregata esset Synodus, in qua sexaginta quidem episcopi: presbyteri vero ac diaconi multo plures convenerunt: Cumque in provinciis antistites quid agendum esset seorsum consultassent, hujusmodi decretum cunctis promulgatum est. Novatum quidem et eos qui una cum ipso sese insolentius extulerant, et quicumque inhumanissimæ et a fraterna caritate alienæ ejus opinioni consentire præsumpserant, alienos ab ecclesia habendos esse: fratres vero qui in calamitatem inciderant, pænitentiæ remediis curandos esse et confovendos. Exstant adhuc epistolæ Cornelii Romanorum episcopi ad Fabium Antiochensis ecclesiæ præsulem missæ: in quibus et Romanæ Synodi gesta, et omnium per Italiam et Africam aliasque locorum illorum provincias sententiæ declarantur. Aliæ præterea latino sermone conscriptæ exstant epistolæ Cypriani et aliorum antistitum qui cum ipso in Africa congregati sunt. Ex quibus colligitur, ipsis etiam placuisse ut subveniretur iis qui in tentationem inciderant: utque auctor nefariæ opinionis simul cum iis qui ad partes ipsius desciverant, ab ecclesiæ catholicæ consortio merito abdicaretur. His adjuncta erat alia ejusdem Cornelii epistola, de his quæ in Synodo decreta fuerant: et rursus alia de facinoribus Novati; ex qua nihil obstat quominus hic aliqua inseramus, ut historiæ nostræ lectores, ea quæ ad Novatum pertinent perspicue cognoscant. Igitur Cornelius Fabium docens cujusmodi ingenio ac moribus fuisset Novatus, ita scribit.* ATQUE ut scias &c. Ad Fabium Antiochenum, qui Novatiani schismati, ut tradit Eusebius cap. 44. aliquanto favebat, hæc epistola de rebus gestis Novatiani, una cum illa saltem, quæ primo nominatur, movendi et convertendi animum ejus gratiâ missa est. Omnes vero, quippe cum de eadem re agerent, simul junctæ ad Eusebii manus pervenerant. Ait autem Petrus Coustantius, qui Fragmenta sequentia in *Roman. Pontif. Epp.* ad p. 146. et seq. edidit, "Hieronymus lib. de viris illustr. "quatuor Cornelii ad Fabium epistolas recensens hanc "*valde prolixam* fuisse testatur. Post damnatum in Ita-"liæ atque Africæ conciliis Novatianorum errorem, et

"post Confessorum, Maximi et sociorum, reditum ad Ecclesiam, cum Novatianus jam *nudatus ac pene solus remansisset* fratribus quotidie eum deserentibus et ad ecclesiam redeuntibus (vid. fin. horum excerptorum), adeoque aliquanto post superiores epistolas scripta fuit." Hæc ille. Recte autem statuit Valesius, Eusebium tres duntaxat Cornelii recensere epistolas; iisdem ni fallor rationibus inductus, quibus Cotelerius ad *Epist. Polycarpi* §. 3. ubi pluribus exemplis adductis ostendit vir eruditus de una epistola interpretanda esse Eusebii verba, ἐπιςολαὶ Κορνηλίου, ut vidit vertitque ipse Hieronymus, *Cornelius scripsit epistolam ad Fabium,* qui tamen in alia epistola Cornelio attribuenda erravit. Idem quod Valesius, Fabricius statuit in notis ad aliud Hieronymi caput, hoc est LXXII. Sed aliter Tillemontius, in *Mem. Eccl.* Not. xii. in *Cornelium,* et Valesius ipse Latine verterat, *epistolæ Cornelii.* Simile tamen statuendum videtur de Cypriani atque Afrorum litteris, quam quidem epistolam vocat Rufinus *librum magnificentissime scriptum,* quamque imprudens Hieronymus Cornelio attribuit. vid. supra not. ad Hieron. Dum vero ostendit Valesius, Græco sermone scriptas videri Cornelii primam quidem ac tertiam epistolas, illud interea haud capio, quamobrem censeat ille epistolam alteram de Synodi decretis Latine conscriptam fuisse, siquidem omnes ad Fabium hominem Græce loquentem scriptæ esse videntur, et illa synodorum decreta tam in prima epistola quam in secunda isthac commemorabantur, nisi propterea ad alium quem præter Fabium hanc secundam missam fuisse putaveris. De Fabii autem favore erga partes Novatianas plus aliquid notandum esse duxi. Dionysius Alexandrinus, ait Eusebius lib. vi. *Hist.* c. 46. Κορνηλίῳ τῷ κατὰ Ῥώμην γράφει; δεξάμενος αὐτȣ̃ τὴν κατὰ τȣ̃ Νοϐάτȣ ἐπιςολήν· ᾧ καὶ σημαίνει δηλῶν ἑαυτὸν παρακεκλῆσθαι ὑπό τε Ἑλένου τοῦ ἐν Τάρσῳ τῆς Κιλικίας ἐπισκοποῦ, καὶ τῶν λοιπῶν τῶν σὺν αὐτῷ· Φιρμιλιάνου τε τοῦ ἐν Καππαδοκίᾳ, ϗ τȣ̃ κατὰ Παλαιςίνην Θεοκτίςου, ὡς ἂν ἐπὶ τὴν σύνοδον ἀπαντήσει τὴν κατὰ Ἀντιόχειαν, ἔνθα τοῦ Νοϐάτȣ κρατύνειν τινες ἐπεχείρουν τὸ σχίσμα· πρὸς τȣ́τοις ἐπιςέλλει μηνυθῆναι αὐτῷ Φάϐιον μὲν κεκοιμῆσθαι· Δημητριανὸν δὲ διάδοχον ἐκείνου τῆς κατὰ Ἀντιόχειαν ἐπισκοπῆς καθεςάναι. Ad quæ verba, ἔνθα τȣ̃ Νοϐάτȣ κρατύνειν τινες ἐπεχείρȣν τὸ σχίσμα, Georgius Syncellus ad pag. 365. *Chronographiæ suæ* Fabium ipsum Antiochenum episcopum cum fautoribus istis Novatiani conjunxit. Et Eusebius quidem ineunte capite 44. ejusd. lib. de Fabio ὑποκατακλινομένῳ πως τῷ σχίσματι locutus fuerat; hæc ipsa tamen verba propen-

sionem in Novatianum plane exiguam notant, non acre schismatis confirmandi studium. Certe mortuo jam Fabio de Novatianistarum his motibus Cornelium certiorem fecit Dionysius, neque constat concilium Antiochenum indictum fuisse Fabio vivo, etsi, quod minus etiam probabile est, asserit Valesius ad lib. vii. c. 5. *Eusebianæ Hist.* Fabium congregato concilio Novatianam sententiam stabilire conatum fuisse; hoc enim ipsum concilium ad quod invitatus erat ab episcopis Dionysius contra Novatianizantes, ut veri similius videtur, indictum est. Cæterum post verba in contextu ἵνα δὲ γνῷς, interpungendum foret, si ὅτι ac verba sequentia pendere illis εἰπεῖν βούλομαι dixeris.

P. 9. l. 5. θαυμάσιος οὗτος] Novatianus scilicet, quem vago pronomine designare Cornelius pro more satis habet. COUSTANT.

Ibid. l. 8. Μάξιμος πρεσβύτερος] De hoc Maximo presbytero, Urbano et Sidonio confessoribus, qualiter relicto Novatiano ad ecclesiam catholicam reversi sint, vide Epistolam Cornelii Papæ ad Cyprianum. (Quæ supra posita est.) Fuit etiam eodem tempore alter Maximus presbyter ecclesiæ Rom. quem Novatianus legatum in Africam misit ad Cyprianum una cum Machæo et aliis: sed Cyprianus eos a communione sua removit. Postea schismatici Maximum hunc episcopum in Africa fecere, ut docet Cyprianus in Epistola ad Cornelium. VALESIUS. De his confessoribus vide Cypriani Epistolas 27. 54. ed. Oxon. Pam. 23. 51. et Cornelii ad Cyprianum 49. ed. Oxon. Pam. 46. READING.

Ibid. l. 10. Κελερῖνος] Cum Cyprianus, quoties eorumdem confessorum mentionem facit, ubique Macarium Celerini hujus loco memoret, existimat Tillemontius eumdem confessorem duplici, Macarii scilicet ac Celerini, nomine donatum: simulque monet hunc alium esse a Celerino Carthaginensis ecclesiæ lectore sæpius apud Cyprianum commendato. COUSTANT.

Ibid. l. 12. διενέγκας] διανύσας ed. R. Steph. sed in codice Medicæo scribitur διενέγκας: apud Georgium Syncellum διενεγκών. Sed Mazarinus codex adstipulatur Medicæo; item Fuketianus et Savilianus. VALESIUS. Addidit *Christoph. Lectt.* Strothius, *codicem Norfolc.* ego.

Ibid. l. 16. καὶ ψευδολογίας] καὶ τὰς ψ. *MS. Savil.* seu *Bodl.* et *Georgius Syncell.* qui hæc in *Chronographia* sua attulit.

Ibid. τὴν ἀκοινωνησίαν] Ita loqui videtur Cornelius propter peculiarem Novatiani opinionem, quam Eusebius lib. vi.

c. 43. μισαδελφὴν καὶ ἀπανθρωποτατὴν, *a fraterna caritate abhorrentem et inhumanissimam* vocat: quia videlicet hæreticus iste lapsis communionis ac pacis spem omnem adimebat. Eadem hæresis et apud Cyprianum in Tractatu ad Novatianum, et ab Hieronymo initio epistolæ ad Oceanum, *Caïna hæresis* appellatur, licet diversa quadam ratione. Sic nempe nuncupatur a prædicti Tractatus scriptore, quia *nonnisi tantum occidere gestit*; ab Hieronymo autem, quia Caïno similis desperanti ac dicenti, *Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear*, peccatis nonnullis veniæ spem prorsus negat, adeoque *dicit aliqua esse peccata, quæ Christus non possit purgare sanguine suo*. COUSTANT.

P. 10. l. 2. τοῦτο μὲν ἐπισκόπων, &c.] Quinque adfuisse Epist. vi. n. 2. (epist. superioris) dicuntur. Mirum est tantum hic presbyteros memorari, ac taceri diaconos aliosve clericos, præsertim cum laïci etiam adfuerint. In epistola quidem vi. n. 2. dicitur *presbyterium* hac occasione contractum. Sed hoc vocabulo cleri cœtus a potiori ejus parte designari solebat. Forte etiam eadem ratione hic presbyterorum nomine totus clerus significatur. COUSTANT.

Ibid. l. 8. ἀγαπητὲ ἀδελφὲ] Mutavi, si quid hoc refert, verborum ordinem ex *MSS. Bodl. et Norfolc. Georgio*que *Syncell.* Mox καιρῷ a *Georgio* abest.

Ibid. l. 10. δι' ὅρκων φοβερῶν τινῶν] διὰ τούτων ἀνδρῶν φοβερῶν. *MS. Norfolc.* Sed lectionem sanam, quæ recepta est, vetus interpres *Rufinus* invenisse videtur.

Ibid. l. 11. τὸ] τὸ omittit *ed. Steph.* STROTH. *Editioni Steph. Syncell.* addas.

Ibid. l. 12. ὥσπερ ἐκ μαγγάνου τινὸς] Hoc loco ἐκ μαγγάνου idem est quod ἀπὸ μηχανῆς: quæ proverbialis locutio frequens est apud Græcos. Nam μάγγανον idem est ac machina. Quod miror nec a Musculo, nec a Christophorsono animadversum fuisse. VALESIUS. μαγκάνου cum κ exhibet *MS. Savil.* seu *Bodl.*

Ibid. l. 13. ἔτος γάρ τοι ὁ δογματιστὴς &c.] Christophorsonus hoc Latine ita convertit: *Iste novæ sectæ inventor, et doctrinæ ecclesiasticæ, si Deo placet, propugnator*; Valesius vero, *Is qui se doctorem et ecclesiasticæ disciplinæ propugnatorem ferebat*. Vox δογματιστὴς et aliquid amplius quam *doctorem*, et nonnihil minus quam *novæ sectæ inventorem* sonat. Palam est Novatianum hic *ecclesiasticæ disciplinæ propugnatorem*, et num. 3. *Evangelii vindicem* ironice prædicari; quia nimirum ipse præclarum hunc titu-

lum affectabat. Quocirca Cyprianus supra Epist. i. n. 2. de illo ejusque asseclis scribit: *Si se assertores evangelii Christi confitentur, prius ad ecclesiam revertantur.* Nominatimque Novatianus, uti Valesius observat, suum de cibis Judaicis librum *plebi in evangelio persistenti* inscripsit. En quos imitantur ætatis nostræ novatores, qui cum ab avita fide discesserint, sese puri Evangelii vindices jactitare non verentur. Coustant. Sed similis est allocutio præmissa libro inter Pseudo-Cyprianicos *De Spectaculis*, quæ sic habet, *Plebi in Evangelio stanti*, nimirum, non lapsæ, *salutem*. Cæterum, si Novatianus optimum illum libellum, *De Trinitate*, sive, *De Regula Fidei*, iis temporibus conscripsisset, quando hæc posuit Cornelius, haud utique malus ille extitit δογματιςὴς seu *theologus*.

P. 10. l. 15. τὴν μὴ δοθεῖσαν αὐτῷ ἄνωθεν ἐπισκοπὴν] Conf. not. supra ad *Epist.* II. *Cornelii ad Cyprianum*, p. 28. Divinitus, hoc est legitime, ordinatus est Cornelius, qui consentiente plebe a sedecim episcopis episcopus factus est, narrante Cypriano in *Epist. ad Antonianum*, pp. 68. et 73.

Ibid. l. 17. ὡς ἂν] οὓς ἂν *Gruteri* et *episcopi Castellani codicis Lectt.* (sed sine ἄν.) Stroth. Sed ὡς ἂν retinendum est propter ἐξαπατήσῃ, quod sequitur. Mox εἰς τὴν 'Ρώμην pro εἰς 'Ρώμην *MS. Norfolc.*

P. 11. l. 4. ἥ τις δή ποτε οὖν] ἡτισδηποτοῦν unico vocabulo *ed. Steph.* Stroth. Habet *Syncell.* ὡς δή τις πᾶσα pro ὡς ἔνθεν πᾶσα ἥτις δήποτε οὖν.

Ibid. l. 5. οὓς παραγενομένους] Theodoritus in libro iii. Hæreticarum Fabul. cap. 5. scribit Novatianum ipsum in Italiam profectum esse, ut episcopos illos Romam adduceret: deinde cum in vicum quendam una cum tribus illis episcopis pervenisset, coegisse eos ut sibi manum imponerent: idque illos conquestos esse cum Romam venissent. Sed hanc narrationem refellit Cornelii epistola. Vales.

Ibid. l. 6. ὡς ἔφθημεν] ὡς ἔφημεν *ed. Steph.* Recepta lectio extat in *Christoph. Lectt.* et *ed. Valesii.* Stroth. Addas his *MS. Bodl.* et *Syncell.* Habet προέφημεν *MS. Norfolc.* Mox τούτων πονηρῶν pro τῶν π. *iidem MSS.*

Ibid. l. 7. ῥᾳδιεγίαν] ῥᾳδιουργίας *ed. Steph.* Stroth. Adde *Syncell.* apud quem et *MS. Norfolc.* statim post habes τεταραγμένων pro τεταγμένων, et αὐτοῦ dat *Syncell.* pro αὐτῷ.

Ibid. l. 9. μεθύοντας καὶ κραιπαλῶντας] Hoc quasi ἓν διὰ δυοῖν cum altera locutione ὥρᾳ δεκάτῃ intelligendum est. Neque enim temere credendum est, eos revera temulentos fuisse. Omnes enim ecclesiastici actus ante meridiem fieri debebant; pomeridiano tempore facile fieri potest, ut

quis nimio vino usus officium suum non rite agat. Hostis a posse ad fieri concludere sibi permittit; hinc Cornelius idem quod jam dixerat ὥρᾳ δεκάτῃ, ὑπερβολικῶς repetit, addens μεθύοντας καὶ κραιπαλῶντας. STROTH. Probabiliter hæc ille; at μεθύοντας *ebrios* hic significare haud putem, homines vero *vino usos solito liberius*. Quemadmodum in *Genes.* xliii. 34. et *Joan.* ii. 10. vocabulum μεθύειν potum paulo hilariorem significat; quod non solum ortum esse ex Hebraica verum etiam Græca loquendi consuetudine doctissimi viri ad locos ostendunt.

P. 11. l. 10. εἰκονικῇ τινὶ καὶ ματαίᾳ χειροθεσίᾳ] Adumbratam et cassam illam Novatiani ordinationem vocat Cornelius, quod facta esset ab alterius provinciæ episcopis, non ab iis qui consecrandi Pontificis Romani jus habebant, cujusmodi erant Ostiensis, Tiburtinus et alii: quod a temulentis facta; quod per vim; quod hora diei decima; quod non præsente populo nec clero; quod denique alio jam episcopo legitime ordinato. Porro cum Cornelius ipse tum hic tum in Epistola ad Cyprianum testetur, Novatianum a tribus episcopis consecratum fuisse, miror quod scribit Pacianus in Epistola 2. ad Sempronianum. *An Novatianus, quem absentem epistola episcopum finxit? quem consecrante nullo linteata sedes accepit.* Et paulo post de eodem ita loquitur, *sine consecratione legitima episcopum factum, ideoque nec factum, per epistolam eorum qui se confessores esse simularent.* Ex quibus Paciani verbis colligi videtur, Novatianum absentem fuisse ordinatum episcopum per epistolam quorumdam confessorum, eodem modo quo magistratus a principe mandari solebant per epistolam. Linteatam vero sedem appellat Pacianus pontificalem cathedram, eo quod linteis sterneretur. Quod etiam testatur Augustinus Epist. 203. *In futuro Dei judicio, nec absides gradatæ, nec cathedræ velatæ.* Idem testatur epistola synodica episcoporum Ægypti quam refert Athanasius in Apologia πῶς δὲ οἱ τὸν θρόνον τὸν ἐστολισμένον ἐπισκοπικῶς ὀδυρόμενοι, &c. Ceterum Pacianus ita cum Cornelio conciliari potest, si dicamus Novatianum, primo quidem a confessoribus in carcere positis episcopum per epistolam designatum fuisse: postea vero a tribus illis episcopis ordinatum. VALESIUS.

Ibid. l. 14. ᾧ καὶ ἐκοινωνήσαμεν ὡς λαϊκῷ] Optime Rufinus vertit hunc locum, *et in communionem laïcam populo etiam pro hoc interveniente susceptus est.* Quibus verbis innuit Cornelius, episcopum illum qui Novatianum cum aliis duobus collegis ordinaverat, a se depositum esse, et in

laïcorum ordinem redactum. Cum enim excommunicare illum vellet, utpote nefarii schismatis auctorem, a populo rogatus idem Cornelius, laïcam ei communionem indulsit, id est ut inter laïcos communicaret, permisit. Reliqui vero episcopi qui Novatianum ordinaverant, non solum depositi, verum etiam a communione totius ecclesiæ separati sunt. Ita Cyprianus in Epistola ad Antonianum de Trophimo loquens episcopo, qui cum schisma fecisset in ecclesia Romana, postea confessus errorem, et turbam fratrum quos abduxerat secum in ecclesiam reducens, a Cornelio susceptus est. *Sic tamen*, inquit, *admissus est Trophimus, ut laïcus communicet, non quasi locum sacerdotis usurpet.* Hunc Trophimum, illum ipsum esse existimo de quo in hac epistola loquitur Cornelius, unum ex iis qui Novatianum ordinaverant. Nam Cyprianus illum sacerdotem, id est episcopum vocat; et fraternitatem prius ab ecclesia abstraxisse testatur; deinde reversum cum humilitate veniam petiisse, et a Cornelio ad laïcam communionem susceptum. Porro alter ex episcopis qui Novatianum ordinarunt, Evaristus fuisse videtur, ut colligo ex epistola Cornelii Papæ, quæ inter Cypriani Epistolas 48. habetur. In actis suppositiciis martyrii Novatiani quæ citantur ab Eulogio in lib. vi. Novatianus episcopus Romæ factus esse dicitur a duobus episcopis, Marcello Aquileïensi et Agamemnone Trevirensi. Ceterum in codice Maz. Med. Fuk. et Savilii legitur ἐκοινωνήσαμεν ὡς λαϊκῷ: quam scripturam amplexus est Christophorsonus. (Ab ed. R. Steph. particula ὡς aberat.) VALESIUS. Episcopum illum existimat Valesius Trophimum, de quo Cyprianus in Epistola 10. sequente ad Antonianum plura scribit. Sed quæ ibi de hoc Trophimo Cyprianus eloquitur, ægerrime cum iis componantur, quæ nunc Cornelius de Novatiani ordinatore narrat. Quippe cum Antonianus, mendacibus Novatiani litteris commotus, a Cypriano scribi sibi petiisset, *Cornelius qua ratione Trophimo et thurificatis communicet*: rescribit is præsul n. 9. Cornelium *nulla libelli, ut quidam jactitant, labe maculatum esse; sed neque cum episcopis, qui sacrificaverunt, communicationem sacrilegam miscuisse.* Tum num. 10. subjicit; *Nam et de Trophimo, de quo tibi scribi desiderasti, non ita res est, ut ad te pertulit rumor et mendacium malignorum ... Tractatu illic cum collegis plurimis habito susceptus est Trophimus, pro quo satisfaciebat fratrum reditus et restituta multorum salus. Sic tamen susceptus est Trophimus, ut laïcus communicet, non secundum quod ad te malignorum litteræ pertulerunt, quasi lo-*

cum sacerdotii usurpet. Hæc autem aliaque Cypriani de Trophimi receptione verba qui expenderint, deprehendent 1°. Trophimum sacrificantium labe fuisse adspersum, 2°. eum ad ecclesiam rediisse cum maximo fratrum numero, *qui omnes regressuri ad ecclesiam non essent, nisi cum Trophimo,* 3°. eum a Cornelio susceptum esse tractatu ante habito non cum plebe sua, quemadmodum in ordinatoris Novatiani receptione actum est, sed *cum collegis plurimis,* hoc est in frequenti episcoporum concilio; indeque mendaciter divulgatum esse, Cornelium cum sacrificantibus communicare, et Trophimo hujus criminis reo pristinum sacerdotii locum reddidisse. Si etiam excutiamus qui fuerint illi *maligni,* quorum *litteris* et *rumoribus* hæc mendacia sata sunt, non alii forsitan invenientur a Novatiano, cujus litteris commotus Antonianus Cyprianum de hujusmodi mendaciis interrogavit. Horum certe vel Novatianus, vel socii ejus satores fuerunt. Nemo autem id Novatiano ejusve asseclis displicuisse et crimini versum esse sibi persuaserit, quod ordinator ipsius ab illo susceptus atque communione donatus esset. COUSTANT. 'Ὡς perinde atque *ed. Steph.* omittunt *MS. Norfolc.* et *Syncell.*

P. 11. l. 14. ἐκοινωνήσαμεν ὡς λαϊκῷ] Mos olim fuit, ut laïci post eucharistiam ab episcopo acceptam, ei osculum darent. Hieronymus in Epistola 62. adversus Joannem Hierosolymitanum. *Quisquam ne tibi invitus communicat? Quisquam ne extenta manu vertit faciem, et inter sacras epulas Judæ osculum porrigit.* Paulus Diaconus de vitis PP. Emeritensium cap. 7. de Fideli episcopo loquens. *Vade,* inquit, *communica, et da nobis osculum. Vale fac omnibus, quia iturus es tamen, et domui tuæ sub omni festinatione dispone; et si desideras remedium pænitentiæ percipe. Qui mox accepta pænitentia, dispositaque domo sua, valefaciens cunctis, sequenti nocte migravit e corpore.* VALESIUS.

Ibid. l. 15. παντὸς τοῦ παρόντος λαοῦ] Abest παρόντος ab ed. R. Steph. In codice Maz. Med. Fuk. et Sav. nec non apud Syncellum legitur παντὸς τοῦ παρόντος λαοῦ. VALESIUS. Addit Strothius ex marg. ed. Genev. *Lectt. Gruteri,* quibus adjungo *MS. Norfolc.*

Ibid. l. 16. καὶ τῶν λοιπῶν δὲ &c.] Evaristum, in cujus locum Zetus episcopus constitutus fuisse in superiore Epistola 5. dicitur, ex his duobus episcopis unum exstitisse Valesius probabiliore conjectura putat. Hinc quippe facile intelligitur, quo pacto *Evaristum auctorem schismatis*

fuisse Cornelius in laudata epistola scribat. Ita autem duobus illis episcopis successores ordinatos esse hîc memoratur, ut et quodam modo innuatur loco ejus, qui ad communionem laïcam susceptus est, neminem esse suffectum. Sed ex quo episcopus ad communionem laïcam dejectus prædicatur, sedem illius vacare, eique prospiciendum esse satis intelligitur. COUSTANT. *τῶν δὲ λοιπῶν Syncell.*

P. 12. l. 1. Ὁ ἐκδικητὴς οὖν τοῦ εὐαγγελίου] Hæc ironice dicuntur de Novatiano, qui se assertorem evangelii Christi esse jactabat, ut docet Cyprianus in Epistola prima ad Cornelium. Exstat hodie liber Novatiani de cibis Judaïcis, quem ille sic inscripsit, *plebi in evangelio persistenti.* VALESIUS. Abest οὖν a *MSto Norfolc.* ὁ δὲ ἐκδικητὴς οὖν *τ. ἐ. Syncell.*

Ibid. ἕνα ἐπίσκοπον δεῖν εἶναι ἐν καθολικῇ ἐκκλησίᾳ] Eadem verba leguntur in Epistola Cornelii Papæ ad Cyprianum, ubi confessores relicto Novatiano ad ecclesiam redeuntes, his verbis usi esse dicuntur. *Nec enim ignoramus unum Deum esse; unum Christum esse Dominum, quem confessi sumus; unum Spiritum sanctum: unum episcopum in catholica ecclesia esse debere.* Ubi ecclesia catholica specialiter appellatur Romana, eo quod radix sit et matrix ecclesiæ catholicæ, ut ait Cyprianus in Epistola ad Cornelium. Sic catholicam ecclesiam idem Cyprianus in Epistola ad Antonianum initio vocat Romanam, *ut jam sciret te secum, hoc est, cum catholica ecclesia communicare.* VALESIUS. Ita probata ac pervulgata erat hæc regula, ut confessores ad ecclesiam redeuntes in superiori Epistola vi. n. 2. illam tamquam rem omnibus notam, et quam nulli ignorare liceat, profiteantur. Sic et Cyprianus in sequente Epistola ad Antonianum n. 7. ubi Cornelium legitime ordinatum esse multis probavit, addit demum: *Cum post primum secundus esse non possit, quisquis post unum qui solus esse debeat factus est, non jam secundus ille, sed nullus est.* COUSTANT. At vero sensu ipsi peculiari ac proprio catholicam ecclesiam nominari, id Romanæ non attribuendum est. Etenim palam est, antiquos patres alias præterea ecclesias, quæcunque ad catholicam unitatem pertinebant, hac appellatione nulla facta distinctione dignari solitos. Vid. supra not. ad *eand. Cornelii Epist.* p. 30. Nusquam ait Cyprianus, neque fortasse hoc vult de Cypriano intelligi Valesius, Romanam catholicam ecclesiam appellari, eo quod radix sit et matrix ecclesiæ catholicæ.

Ibid. l. 3. πρεσβυτέρους εἶναι μϛ´.] Ex hoc loco colligi

potest, quot basilicas tunc Romæ habuerint Christiani. Cum enim singuli presbyteri suas regerent basilicas, si 46. fuerunt presbyteri, totidem basilicas fuisse dicendum est. Certe Optatus in lib. ii. Romæ 40. et amplius fuisse testatur basilicas sub tempora persecutionis Diocletiani. *Non enim*, inquit, *grex aut populus appellandi fuerant pauci, qui inter* 40. *et quod excurrit basilicas, locum ubi colligerent non habebant*. Ubi Optatus loquitur de basilicis, quæ Romæ erant tempore persecutionis Diocletiani, id est, annis circiter quinquaginta post epistolam Cornelii Papæ; non autem de basilicis quæ Romæ erant sua ætate, id est anno Christi 378. ut scripsit Blondellus in Apologia pro Hieronymo pag. 223. Vide Baronium ad annum Christi 57. quem frustra refellere conatur Blondellus in libro supra memorato. VALESIUS. Ex presbyterorum atque pauperum numero, qui hic memoratur, collegit sibi Gilbertus Burnettus, Sarisburiensis episcopus, defendente Moylio, *Opp*. vol. ii. p. 152. haud plures quinquaginta mille Christianorum id temporis Romæ fuisse. Cæterum notat Coustantius, irrepsisse in Latinam Valesii interpretationem *quatuor* et quadraginta ex mera oscitantia, monetque Strothius, habere *Castellani exemplaris Lectt*. τεσσ. δύο. Scriptum autem habetur apud *Syncell*. μζ. Sed consentit nostris Eusebii codicibus vetus interpres *Rufinus*.

P. 12. l. 3. διακόνους ἑπτὰ] Diu post hæc tempora numerum septem diaconorum ex imitatione antiqui Hierosolymitani usus in ecclesiis multis, præsertim Romana, retentum atque observatum fuisse, ostendit cl. Binghamus, *Antiquit. Eccles*. lib. ii. cap. 20. §. 19. Confer Moshemii *De Rebus Christianorum ante Constantin. M*. Sæc. I. §. xxxvii. pag. 121. Vanslebiique *Hist. de l'Eglise d'Alexandr*. P. I. cap. 15. Ita in fine ipso sæculi quinti Symmachum constitutum fuisse Romæ episcopum invenio, ὡς ἕνα τῶν ἑπτὰ διακόνων ὄντα, narrante Photio in *Erotematibus* suis a Fr. Fontanio Florentiæ anno 1785 primum editis, Erot. vi. p. 44.

Ibid. l. 4. ὑποδιακόνους ἑπτὰ] In hunc locum gravius peccat Blondellus (Apolog.), cum eum ita perstringit, ut nullam subdiaconorum faciat mentionem, exindeque confici putet nullos tum Romæ subdiaconos fuisse institutos. Sed lectionis illius falsitatem cum Græcus Eusebii textus, tum Latina Rufini interpretatio demonstrant. COUSTANT. Cum omnes, quod sciam, lectionem receptam præstent, miror, unde ortus sit Blondelli error, quem Pearsonius ante Coustantium reprehenderat, in *Annal. Cyprian*. ad an. 252.

§. 111. Mox δὲ abest a *MSto Norfolc.* et ἐστὶ pro δέο post πολλαχοῖς habet *Syncell.*

P. 12. l. 6. χήραις σὺν θλιβομένοις] Occurrit hæc vox in epistola cleri Romani ad clerum Carthaginensem de secessu Cypriani. *Sive viduæ, sive thlibomeni qui se exhibere non possunt, sive hi qui in carceribus sunt, sive exclusi a sedibus suis, utique habere debent qui eis ministrent.* Male vulgo editum est *clydomeni*, pejusque ab aliis emendatum *clinomeni*. Scribendum enim procul dubio est thlibomeni, id est, *indigentes* ut vertit Rufinus, vel ii qui se exhibere non possunt, ut explicat clerus Romanus. Cyprianus in Epist. 4. vocat pauperes et indigentes qui laborant. Possidius vero vocat, *in tribulatione positos*. Sic enim scribit in vita B. August. cap. 27. *In visitationibus vero modum ab Apostolo definitum tenebat, ut nonnisi pupillos et viduas, et in tribulationibus constitutos visitaret.* Sic enim legitur in manuscripto codice sanctæ Mariæ de regali monte. Joannes Chrysostomus in Homilia 67. in Matthæum, ait ecclesiam Antiochenam sua ætate, tametsi mediocres reditus possideret, plusquam tria millia viduarum et virginum aluisse quotidie, præter hospites, leprosos et vinctos: præter clericos, quibus vestem ac cibaria suppeditabat. VALESIUS. In loco Epist. Cleri Romani, qui intelligendi sint *thlibomeni*, statim explicatur adjunctis verbis *qui se exhibere non possunt*, hoc est qui sustentare se ac victui necessaria suppeditare sibi non valent, ut patet ex his Cypriani lib. Testimon. 3. 61. *Habentes itaque* EXHIBITIONEM *et tegumentum, his contenti simus.* Eodem exhibitionis verbo eodem intellectu utitur et Tertullianus lib. de Idolol. c. 5. et 8. ubi artifices qui idola confingere non desinebant arguens, solitam eorum vocem, *Non habeo aliud quo vivam*, sibi objicit, ac deinde sic refellit: *Si ita* EXHIBITIONIS *necessitas intenditur, habent et alias species, quæ sine extraordinatione disciplinæ, id est sine idoli confectura,* OPEM VICTUS PRÆSTANT. Hoc est igitur *exhibere*, quod *opem victus præstare*. Adeoque non male Rufinus pro *thlibomenis* substituit *indigentibus*. COUSTANT. Ad lectionem vero quod attinet *thlibomeni* in epistola Cyprianica positam, præstat *thlibomeni* Benedictina editio. Ubi ait Baluzius, bene quidem emendari *thlibomeni*, transferendum tamen id non fuisse in contextum sine majori auctoritate, nam reliquas lectiones posse etiam esse bonas. Præterea nos monet idem ille Baluzius, emendationem istam, quam Anglici editores videntur accepisse ex Valesio ad Eusebium, neque Valesii esse neque Anglo-

rum, sed Francisci Bosqueti, qui eam primum protulit libro primo *historiarum Ecclesiæ Gallicanæ.* Cæterum notat ad Eusebium Strothius θλιβομέναις pro θλιβομένοις perperam exhibere *Gruteri* et *Castellani codicis Lectt.* Habet *Georgius Syncell.* συνθλιβομένας pro σὺν θλιβομένοις.

P. 12. l. 7. οὓς πάντας] Verterat Christophors. *Nemo in tanta ministrorum multitudine... nemo ex tanto egentium numero Dei providentia locupletato... nemo denique ex maxima illa et innumerabili frequentia.* Qua in interpretatione istud non placet, quod præter Græci textus fidem sic ministros ecclesiæ ab egenis distinxit, quasi non illi perinde atque hi divinæ providentiæ divitiis sustentarentur. Certe Rufinus hunc locum aliter intellexit, siquidem de presbyteris, diaconis ceterisque clericis non secus atque de viduis et indigentibus dicit, *Quos omnes Deus alit in ecclesia sua.* Subinde ecclesiarum proventus sic distributi sunt in quatuor partes, ut una pars episcopo, altera clericis ceteris, tertia egenis, quarta fabricis cederet. Verum antea etiamsi par non erat eorum divisio, in alios tamen usus nequaquam impendebantur. COUSTANT. Quod ad vocem χάρις attinet, quæ statim sequitur, imitatus auctor est S. Paulum, qui cum alibi tum in *priore epistola ad Corinthios* eam pro beneficentia et eleemosyna frequenter dixit.

Ibid. l. 12. ἐνέτρεψε] Apud Georgium Syncellum legitur ἐπέστρεψε minus recte. Codex Fuk. habet ἀνέτρεψε. VALES.

Ibid. l. 16. διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ &c.] Illud *in ecclesia* perinde est atque in ecclesiæ ministerio. Nec aliud sonare mihi videtur *ab initio,* atque ab ineunte ætate et ab infantia. Et ea quidem tum forte obtinebat disciplina, qua ii qui in clerum adsciscendi erant, *se,* ut loquitur Siricius Epist. i. n. 13. *Ecclesiæ vovere obsequiis ab infantia sua,* vel ut idipsum Zosimus Epist. ix. n. 5. enuntiat, *ab infantia ecclesiasticis ministeriis nomen dare,* et ita per omnes cleri gradus episcopatum promereri solebant. Quocirca Cyprianus in epistola sequenti n. 7. etiamsi Cornelium ecclesiasticis ministeriis *ab initio* seu ab infantia nomen dedisse non aperte dicat; hinc tamen eum commendat, quod *non ad episcopatum subito pervenit, sed per omnia ecclesiastica officia promotus, et in divinis administrationibus Deum promeritus, ad sacerdotii sublime fastigium cunctis religionis gradibus adscendit.* Hic igitur quæritur, an similibus meritis ornatus sit Novatianus; et ea illi defuisse demonstratur. COUSTANT. Si ex ethnicis parentibus ortum habuerit Novatianus, quod quidem ex

byterii gradum promoveri vetantur Canone 12. Concilii Neocæsariensis. Hujusmodi baptismum hominis in lecto decumbentis et animam agentis, luculente describit Joannes Chrysostomus in homilia 60. ad Catechumenos tomo ii. Cyprianus tamen in Epistola 76. baptismum hunc plenum ac legitimum esse censet, et Clinicos nihilo inferiores esse ait iis qui sani baptismum in ecclesia susceperunt. VALESIUS. Sic quidem Cyprianus pro verecundia et modestia sua, *nemini*, ut loquitur ipse, *præjudicans*. Sed in Romana saltem ecclesia his Novatiani temporibus, clinici ab omni cleri gradu prohibiti sunt, ut ex iis constat, quæ scribit infra Cornelius. Atqui diversam, verior an sit, dubito, rationem affert Albaspinæus, repulsionis clinicorum ab ordinibus sacris, quod nimirum officia sacra implere ii non possent, quos mala valetudo prima fidei elementa non sivisset discere. *Notis in Canon. Neocæs.* 12. post *Observationes* ejus *De Vet. Eccl. Ritibus*, p. 372. ed. Helmstad.

P. 13. l. 7. ἔλαβεν] τὸ βάπτισμα ἔλαβεν *Christoph.* Certe aut addendum τὸ βάπτισμα, aut intelligendum est, quæ tamen dura foret ellipsis. Etiam Nicephorus hanc vocem legisse videtur, sic scribens, ὡς' ἀποθανεῖσθαι προσδόκιμον ὄντα, τὸ ὕδωρ αἰτῆσαι λαβεῖν· ὃ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ κλίνῃ ᾗ ἔκειτο, περιχυθὲν δῆθεν ἐβάπτιζεν. STROTH. In Græco nihil est quod *fidei* vocabulo respondeat. Ejus loco Valesius post Christophorsonum supplevit *baptismi* nomen. Hic potius subaudiendum videtur superius verbum τὸ πιςεῦσαι. COUSTANT. Non adsentior, sed post verbum subaudiendum hoc loco baptismum puto, inque Dionysii Alex. apud Eusebium verbis, τοῦ γὰρ ἁγίου παρ' αὐτοῦ τετυχήκεσαν, *Epist. ad Philemon.* lib. vii. *Hist.* cap. 7. ubi a nullo omnino codice præter Medicæum vox πνεύματος post ἁγίου agnoscitur. Recte tamen ait Coustantius infra, ex industria abstinere baptismi vocabulo Cornelium, ubicunque de ritu, quo initiatus Novatianus est, loquatur. Mendose ἔλεγεν pro ἔλαβεν *MS. Norfolc.*

Ibid. l. 9. κατὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας κανόνα] Qui in lecto decumbentes baptismum acceperant; postquam ex morbo convaluissent, episcopum adire necesse habebant, ut ea quæ ipsorum baptismo defuerant suppleret. Vetus auctor de hæreticis non rebaptizandis, quem nuper una cum Cypriano edidit Nic. Rigaltius: *aut si a minore clero per necessitatem traditum fuerit baptisma, eventum exspectemus, ut aut suppleatur a nobis, aut a Domino supplendum reservetur.* Novatianus itaque hic arguitur a Cornelio, quod

cum urgente morbi necessitate in lecto baptizatus fuisset ab exorcistis qui illum curabant (hoc enim indicant verba ejus epistolæ) postea recuperata valetudine non adiisset episcopum, ut reliqua baptismi solemnia suppleret, quod ecclesiastica regula præcipiebat. Certe in Canone 47. Concilii Laodicensis id diserte præcipitur, et in capite tricesimo octavo Concilii Eliberitani. VALESIUS. De hujusmodi baptismo dubius postea Magnus Cyprianum consuluit, *quid ipsi de illis videretur, qui in infirmitate et languore gratiam Dei consequuntur, an habendi sint legitimi Christiani, eo quod aqua salutari non loti sint, sed perfusi.* Notat et Cyprianus Epist. 76. ipsi respondens hoc aliud de iisdem dubitationis genus, *An consecuti sunt quidem gratiam dominicam, sed breviore et minore mensura muneris divini ac Spiritus-sancti: ut habeantur quidem Christiani, non sint tamen ceteris coæquandi.* Cyprianus autem ibid. *Christianum* judicare se rescribit *quisquis fuerit in ecclesia lege et jure fidei divinam gratiam consecutus,* nec ambigendum esse quin legitimum sit baptisma per adspersionem seu infusionem susceptum, ac demum *in nullo mutilari et debilitari posse divina beneficia.* Sed neque Cornelius nunc an baptismalem gratiam consecutus esset Novatianus, ideo dubitat, quia ille non *lotus,* sed *perfusus* esset, hoc est quia baptismum per adspersionem, non per immersionem suscepisset; sed eam ob causam, ob quam Neocæsariense concilium Can. 12. hujusmodi hominem presbyterii honore indignum judicat: *quia* videlicet *hujus fides non est ex libera voluntate, sed ex necessitate,* οὐκ ἐκ προαιρέσεως γὰρ ἡ πίστις αὐτοῦ, ἀλλ' ἐξ ἀναγκῆς. Ubi et in transcursu observare licet vocem πίστις pro baptismi vocabulo usurpari. Eo autem æquior fuit Cornelii dubitatio, quod Novatianus a morbo convalescens quæ sibi deerant supplere neglexit. COUSTANT.

P. 13. l. 10. τοῦ τε σφραγισθῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου] Rufinus hæc verba de signaculo chrismatis interpretatus est. Ego impositionem manuum intelligo, qua episcopi Spiritum sanctum baptizatis conferebant; quod sequentia manifeste declarant. Subdit enim Cornelius τούτου δὲ μὴ τυχὼν, πῶς ἂν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔτυχε; Quamquam in manuscriptis codicibus Maz. Med. et Fuk. legitur τούτων δὲ μὴ τυχών. Interpretationem nostram confirmat Cyprianus ad Jubaianum his verbis. *Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in ecclesia baptizantur, præpositis ecclesiæ offerantur, et per nostram orationem et manus impositionem Spiritum sanctum consequantur, et signaculo Dominico con-*

summentur. σφραγίζειν proprie est consignare. Consignare autem et manum imponere idem est, ut docet Epistola Innocentii ad Decentium cap. 3. et 6. Idem confirmat Marcus in vita Porphyrii Gazensis episcopi, cujus locum inferius adducemus. Ambrosius, seu quis alius auctor est eorum librorum, in caput iv. Epistolæ Pauli ad Ephesios. *Denique apud Ægyptum presbyteri consignant, si præsens non fuerit episcopus.* Eadem habet auctor Quæstionum veteris et novi Testamenti inter Augustini opera editus, Quæstione 101. *Nam in Alexandria et per totam Ægyptum, si desit episcopus, consecrat presbyter.* Scribe *consignat presbyter,* ut in supra citato Ambrosii loco. Vetus inscriptio quam refert Baronius ad annum Christi 367. *Picentiæ legitimæ Neophytæ die 5 cal. Sept. consignatæ a Liberio Papa* &c. Porro hæc baptizatorum consignatio, interdum fiebat cum chrismate: quoties scilicet aliquis urgente morbi necessitate baptizatus fuerat a minoribus clericis, nec chrismatus. Tunc enim episcopus qui baptismi solemnia postmodum supplebat, chrismare simul et manus imponere necesse habebat. Qui vero perfectum baptismum acceperant, iis manus tantum imponebatur ab episcopo sine chrismatione, ut docet canon Arausicanus. Quo pertinet vetus Epigramma apud Gruterum p. 1177. de Marea.

Tuque sacerdotes docuisti chrismate sancto
Tangere bis nullum judice posse Deo.

Porro ut ad Novatiani baptismum redeamus, hinc manasse mihi videtur mos Novatianorum, qui in baptismo sacrum chrisma non adhibebant teste Theodorito in lib. iii. Hæret. Fab. eo quod scilicet auctor ipsorum Novatianus baptismum sine chrismatione accepisset. VALES. Rufinus hæc ita Latine expressit: *Nec reliqua in eo, quæ baptismum subsequi solent, sollemniter adimpleta sunt, nec signaculo chrismatis consummatus est.* Quæ Rufini verba Valesius annotationibus in hunc locum de signaculo chrismatis, quod in baptismo confertur, interpretatus, ipse Cornelium de signaculo, quod confirmationis sacramento percipimus, loqui non censet. Sed quid vetat, quominus etiam Rufini verba de hoc eodem sacramento interpretemur, eaque de signaculo illo dicta intelligamus, de quo Cyprianus Epist. 73. ad Jubaianum scribit: *Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in ecclesia baptizantur, præpositis ecclesiæ offerantur, et per nostram orationem ac manus impositionem Spiritum-sanctum consequantur, et signaculo dominico consummentur.* Nam et ille signaculum ibi prædicat, cujus proprium est *consummare suscipien-*

tem. Vitio quis verterit, quod Rufinus *chrismatis* vocem, quæ Græco in textu non enuntiatur, addiderit? Sed additamentum illius contra temporis hujus usum nihil peccat, immo illum apte explicat. Ut enim Cyprianus Epist. 70. cum toto Africano concilio docet, *Ungi quoque necesse est eum qui baptizatus sit, ut accepto chrismate, id est unctione, esse unctus Dei et habere in se gratiam Christi possit.* Ibi enim unctionem a baptismi sacramento distinctam prædicari, et quæ proxime antecedunt, et particula *quoque*, et verba *qui baptizatus sit*, non *qui baptizatur* aut *qui baptizandus est*, evincunt. Porro ex eo, quod Novatianus baptismum sine chrismatione accepisset, Valesius manasse putat morem, de quo Theodoretus lib. iii. Hæret. Fab. cap. 5. ita loquitur: *Novatiani successores iis, quos baptizant, sanctissimum chrisma non præbent. Quapropter eos, qui ex hac hæresi corpori ecclesiæ conjunguntur, laudatissimi patres inungi præceperunt.* Sed Nicæni patres Can. 8. tantum præcipiunt, ut Novatiani per manus impositionem suscipiantur. His concinentes Siricius Epist. v. c. 8. et Innocentius Epist. ii. cap. 8. constituunt, *ut venientes a Novatianis vel Montensibus per manus* (addit Innocentius *tantum*) *impositionem suscipiantur,* nulla inunctionis facta mentione. Ibi autem Theodoretus etsi de Novatiano nonnulla tradit ad accuratam rerum fidem non satis exacta, ad Canonem 7. concilii CP. I. haud dubie respicit. COUSTANT. Bene ait cl. Weismannus in *Hist. Eccl. N. Test.* "Nunquam credam Cornelium, cui objiciunt, quod nega-"verit accepisse Novatianum Spiritum in baptismo suo "Sanctum, quia obsignatio sive confirmatio episcopi ei "non fuerit simul collata, majorem confirmationi episco-"pali virtutem tribuisse, quam ipsi baptismo. Ipsum No-"vatiani baptismum nauseavit, quapropter, cum eundem "recitaret, addidit, *Si tamen hunc illum accepisse dicen-"dum est;* nauseavit quoque et malæ absque dubio origini "adscripsit, quod Novatianus consuetum in ecclesia ob-"signationis ritum neglexerit atque contemserit. In hoc "impetu animi verba illa, hyperbolica utique, effudit, e qui-"bus formalem sententiam et hæresin exculpere licet mi-"nime." Sec. iii. §. 16. 4. p. 254. Cæterum dum super quæstione, utrum consignatio seu confirmatio in ritibus baptismi tanquam pars ejus olim habita sit, disputarunt duo viri primarii, Hammondus, in libro *De Confirmatione* postumo negantis partes sustinens, et Dallæus *De Cultibus Latinorum*, qui istud affirmaverat; Hammondus, quia *Christophorsoni Lectt.* habent διὰ τοῦ σφραγισθῆναι pro τοῦ τε σφρα-

dreæ Vitam, anno 1723. editam, ad p. 55. cum Collierii *Hist. Eccl. Magnæ Britanniæ* vol. ii. pag. 887. collatam. Mox ὡς pro ὃς *Syncell.*

P. 14. l. 9. ὑπὸ παντὸς τοῦ κλήρου καὶ λαϊκῶν &c.] Presbyteri olim ab episcopo ordinari non poterant sine consensu cleri et populi. Ac de populi quidem suffragio in electione presbyterorum, testantur patres concilii Nicæni in epistola synodica ad episcopos Ægypti, ubi de clericis qui se a Meletii schismate puros atque integros servaverant, ita præcipiunt. εἰ δέ τινά πο[illegible]μβαίη ἀναπαύσασθαι τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τηνικαῦτα συναναβ[illegible]ν εἰς τὴν τιμὴν τοῦ τετελευτηκότος τοὺς ἄρτι προσληφθέντας, μόνον εἰ ἄξιοι φαίνοιντο, καὶ ὁ λαὸς αἱροῖτο συνεπιψηφίζοντος αὐτοῖς καὶ ἐπισφραγίζοντος τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου. Quæ verba Sozomenus de clericis intellexit, cum tamen de episcopis potius accipienda esse videantur. Nam cum patres synodi Nicænæ contemplatione pacis statuissent, ut episcopi a Meletio schismatico ordinati in suo gradu remanerent, sed sine ulla functione episcopalis officii: nunc præcipiunt, ut si forte catholicus episcopus ab Alexandrinæ urbis episcopo ordinatus obierit, tum Meletianus qui a synodo sub ea conditione quam dixi susceptus est, in locum mortui succedat, dummodo plebs eum elegerit, et episcopus Alexandrinus electionem ejus confirmaverit. Sed et ex aliis locis ejusdem epistolæ satis colligitur, necessarium fuisse populi suffragium in ordinatione clericorum. Vetant enim eadem epistola sanctissimi patres, ne episcopis qui Meletio adhæserant, jus fasque sit proponendi nomina eorum qui ad ecclesiasticos ordines sunt promovendi: sed solis catholicæ ecclesiæ episcopis qui ab omni schismate integri semper fuissent, illud competere pronuntiant. Pontifices quippe annuntiabant populo nomina eorum qui ordinandi essent presbyteri vel diaconi, ut si quis forte haberet quod ordinandis objiceret, illud palam testaretur, sicut legitur in sacramentario Gregorii magni. Quam in rem singularis est locus B. Chrysostomi in Homilia 18. in Epistolam 2. ad Corinthios. Audi, inquit, quemadmodum apostolorum tempore, ipsi persæpe eos quibus præerant, consiliorum suorum socios adhibebant. Nam et cum septem diaconos crearent, ad plebem prius retulerunt: et cum Matthiam eligerent, de ea re cum omnibus qui tunc aderant tam viris quam mulieribus Petrus agitavit. Neque enim hoc imperium, in præsidentium fastu et arrogantia, nec in subjacentium servili quadam demissione consistit, sed spirituale est: hoc præcipue excellens, quod pro vestræ salu-

tis cura plures labores suscipiat, non autem quod plus honoris requirat. Omnes enim tanquam domum unam, ecclesiam habitare; omnes ut unum corpus affectos esse convenit. Denique adeo necessarium fuit plebis suffragium in electione presbyterorum, ut sæpenumero in ecclesia plebs tumultuosis vociferationibus presbyterum aliquem fieri postularet et cogeret. Quod quidem Barcinone sibi evenisse testatur Paulinus in Epistola sexta ad Severum. Idem de Piniano Albinæ filio refert Augustinus in Epist. 225. ad Albinam. Jam vero cleri quoque consensum ad hoc fuisse necessarium docet vetus auctor Quæstionum veteris et novi Testamenti cap. 101. ubi scribit presbyterum qui ordinandus est, perduci a diacono et offerri episcopo; et sub testimonio diaconi ordinari. *Sed testimonio*, inquit, *diaconi fit presbyter*. Et paulo post: *perducuntur enim qui ordinandi sunt, ut dum lateri eorum septi sunt, honore digni videantur. Fateor facti eorum esse, sed quasi officialis. Ab episcopo enim mittitur ut obsequium præbeat ordinando.* Totum vero hunc ritum optime descriptum habemus in Sacramentario Gregorii magni pag. 236. ad quem locum vide quæ notavit Hugo Menardus vir doctissimus. VALESIUS.

P. 14. l. 10. ἐπὶ κλίνης] ἐν κλίνῃ *ed. Steph.* STROTH. Mox ἐπιχυθέντα *MS. Norfolc.*

Ibid. l. 11. εἰς κλῆρον τινὰ γενέσθαι] Κλῆρος ordinem seu gradum significat ministerii ecclesiastici. Ita κλῆρον πρεσβυτερίου paulo ante Cornelius dixit, et κλῆρον ἐπισκοπῆς non semel vocat Eusebius et Irenæus. Itaque hoc loco εἰς κλῆρόν τινα, id est in quocumque clero. Epiphanius in hæresi Meletianorum. οἱ δὲ ἀπὸ κληρικῶν ὑπάρχοντες διαφόρου κλήρου, πρεσβυτερίου τε καὶ διακονίας καὶ ἄλλων. Tertullianus sortem vocat. Sic enim in libro de virginibus velandis. *Non permittitur mulieri in ecclesia loqui, sed nec docere, nec tinguere, nec offerre, nec ullius virilis muneris, nedum sacerdotalis officii sortem sibi vendicare.* Sic certe loquitur vetus auctor de hæreticis non rebaptizandis. *Quod cum nullum sanæ mentis fidelium tenere, vel maxime nullum omnino in quocumque clero constitutum, ac multo magis episcoporum audere deceat.* Rursus in eodem libro. *Immo magis hoc nomine etiam oneratur, licet fuerit antea fidelissimus, aut in clero aliquo constitutus.* Idem scriptor clerum distinguit in majorem et minorem. Et minorem quidem clerum appellat diaconos et reliquos inferiores ordines, ut cum dicit pag. 129. *Aut si dicis hujusmodi hominem salvum non posse fieri, omnibus episcopis salutem adimimus,*

quos ita periculis quam certissimis adstringis, ut hominibus omnibus qui sub cura eorum agunt, et hac atque illac dispersis regionibus infirmantur, per semetipsos subvenire deberent; quia ceteri homines minoris cleri iis qui periclitantur, hoc idem præstare non possunt. Et multo clarius pag. 134. *Et ideo cum salus nostra in baptismate spiritus, quod plerumque cum baptismate aquæ conjunctum est, sit constituta, si quidem per nos baptisma tradetur, integre et solemniter et per omnia quæ scripta sunt adsignetur, atque sine ulla ullius rei separatione tradatur: aut si a minore clero per necessitatem traditum fuerit, eventum exspectemus, &c.* ubi vides presbyteros ab hominibus minoris cleri aperte distingui. Ait enim minoris cleri homines ingruente tantum necessitate baptisma conferre: quod presbyteris nequaquam convenit. (Confer locum scriptoris a Coustantio ad fin. notæ in verba ποίησας γὰρ allati.) VALESIUS. A litera Græca Valesius nonnihil recedit in hunc modum: *Nec quemquam ex iis, qui urgente vi morbi in lectulo perinde ac ille perfusi fuissent, in clerum assumi.* Plus enim illud, *quemquam ex iis,* unde exceptio omnis excluditur, quam particula τὸν, sonat: sicut significantius aliquid præ se fert *in aliquem clerum,* quam simpliciter *in clerum.* Disciplinæ hujus severitatem aliquanto post Cornelii ævum temperavit Neocæsariense concilium, hominem in lecto perfusum non ab omni cleri gradu, sed a presbyterio dumtaxat excludens; immo eum etiam ad hunc gradum provehi permittens *propter consequens ejus studium et fidem, hominumque raritatem.* Præsenserat Fabianus, seu quivis alius Novatiani ordinator, hujusmodi exceptionem per ecclesiasticam regulam permitti. Nec temere divinat, qui episcopo huic maxime Novatiani ingenium et eloquentiam, quæ in illius scriptis ac nominatim in epistola apud Cyprianum 31. ab ipso scripta suspicitur, placuisse conjectat. Qui autem Novatiani ordinationi, cum ad presbyterii ordinem proveheretur, intercesserunt, ecclesiasticas objicientes regulas, quibus quempiam in lecto perfusum ad ullum cleri gradum assumi prohibebatur, simili ratione antea intercedere debuerant, si ullus ei gradus collatus fuisset. Quocirca presbyterii dignitatem ipsi per saltum, inferioribus aliis ordinibus prætermissis, collatam esse Valesius atque Tillemontius inde conjiciunt. COUSTANT.

P. 14. l. 16. Ποίησας γὰρ τὰς προσφορὰς—καὶ ἐπιδιδοὺς τοῦτο] Proprium erat presbyteri officium, eucharistiam et calicem fidelibus in manus tradere: idque ἐπιδοῦναι proprie di-

cebatur. Chrysostomus Homilia 46. in Matthæum. *οὐχ ὁρᾷς ὅτι τῷ ἱερεῖ μόνῳ θέμις τὸ τοῦ αἵματος ἐπιδιδόναι ποτήριον.* Id est non vides qualiter soli sacerdoti licet calicem Dominici sanguinis præbere. Ex quo ita argumentatur Chrysostomus. Tu ergo sacerdos es, cum panem et calicem præbes pauperi. In quibusdam tamen ecclesiis diaconi eucharistiam populo dividebant. Idque innuere videtur auctor quæstionum veteris et novi Testamenti cap. 101. his verbis. *Diaconi ergo ordo est accipere a sacerdote, et sic dare plebi.* Hieronymus, seu quis alius, in libro de septem gradibus ecclesiæ: *Sicut in sacerdote consecratio, ita in ministro est Sacramenti dispensatio. Ille* oblata sanctificat, *ille sanctificata dispensat.* Et ante omnes Justinus Martyr in Apologiâ, cujus locum jam supra citavi. Cedrenus ad annum 18. Constantis: *σκανδαλιζόμενος γὰρ εἰς αὐτὸν, ἔχειρε πρότερον αὐτὸν διὰ Παύλου πατριάρχου διάκονον, ὃς καὶ μετέδωκε τῷ βασιλεῖ τῶν ἀχράντων μυστηρίων ἐν ἁγίῳ ποτηρίῳ.* Tandem vero postquam diaconi laicis eucharistiam præbere desierunt, concessum illis est, ut vinum laicis post communionem præberent; idque colligimus ex vita Alcuini, de quo vetus scriptor ita tradit: *Necnon cum post communionem corporis Christi et sanguinis manu propria eis misceret idem Ludovicus, humilitate clarissimus præ omnibus, patri sancto se inclinans, ejus osculatus est manum.* Et in concilio Arelatensi 2. c. 15. cavetur ut diaconus præsente presbytero corpus Christi fidelibus tradere non præsumat. VALES. Apud Valesium, *oblatione facta.* Et hîc hærentes Græco retinemus *oblationibus factis,* hoc est, pane et vino consecratis. Novatianum per se, non diaconorum ministerio corpus Christi suis porrexisse plane hinc discimus. An vero dissimili ratione Servatoris nostri sanguinem iis tradiderit, dubitare licet propter subnexa verba, *Jura mihi per corpus et sanguinem Domini nostri.* Negandum tamen non est, usu tum receptum esse, ut fideles diaconorum ministerio sanguinem vel etiam corpus Christi perciperent. Scribit quippe Justinus Apolog. 2. ad Antoninum: *Postquam antistes gratiarum actionem perfecit, et populus omnis apprecatus est, diaconi ex pane, vino et aqua consecratis partem dividunt unicuique præsentium.* In Africa saltem calicem, quo sanguis Christi continebatur, a diaconis porrigi consuevisse docet illud Cypriani lib. de Lapsis: *Ubi vero sollemnibus adimpletis, calicem diaconus offerre præsentibus cœpit.* Eumdem morem Romæ usitatum innuit apud Ambrosium lib. i. Offic. c. 4. pia expostulatio S. Laurentii archidiaconi S. Xystum pontificem sic

interpellantis: *Cui commisisti Dominici sanguinis consecrationem* (hoc est consecrati sanguinis Domini dispensationem,) *cui consummandorum consortium sacramentorum, huic sanguinis tui consortium negas?* Ad idem ministerium referri commode potest, quod de diaconis Romanæ ecclesiæ loquens antiquus auctor Quæst. vet. et nov. Test. apud Augustinum Append. tom. iii. c. 101. generaliter dicit: *Diaconi ergo ordo est accipere a sacerdote, et sic dare plebi.* Verum sacerdotibus id, quod diaconis committere consueverunt, per se præstare nusquam est prohibitum... Immo, si Chrysostomum Homil. 46. in Matth. audiamus, *soli sacerdoti licet calicem sanguinis dominici præbere.* Sed cum sanctus ille Doctor non addat *plebi*, ejus sententiam ex verbis Quæst. vet. ac nov. Testam. proxime allatis explicari nil vetat. Ut verbo dicam, corpus et sanguinem Christi populis tradere semper sacerdotibus ex officio, diaconis autem tamquam sacerdotum ministris ex quodam concessu, et necessitate postulante, olim licuit, seu, ut cum auctore Constit. Apost. lib. viii. cap. 28. loquar, *Diaconus non offert: oblatione vero ab episcopo aut presbytero facta, dat populo, non tamquam sacerdos, sed tamquam qui ministrat sacerdotibus.* Hinc Carthaginense IV. Concilium can. 37. hoc præmittit monitum; *Diaconus ita se presbyteri ut episcopi ministrum noverit:* ac deinde can. 38. istud adjungit, *Ut diaconus, præsente presbytero, eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogat, jussus eroget.* Porro, ut laudatus scriptor Quæst. vet. et nov. Testam. loco citato observat, *major ordo intra se habet et minorem. Presbyter enim et diaconi agit officium et exorcistæ et lectoris.* COUSTANT.

P. 14. l. 16. διανέμων—ἐπιδιδοὺς] διανείμας *Syncell.* ἐπιδ[illegible] *MS. Bodl.* Verba τῆς αὐτῆς δυνάμεως post τὸ μέρος *MS. N[illegible]folc.* addidit, anne τῆς αυτῆς διανομῆς? Mox pro τοῦτο ὀμνύειν habet αὐτῷ ὀμ. *Syncell.*

P. 15. l. 1. ἀμφοτέραις ταῖς χερσί] Omittit ταῖς *ed. Steph.* STROTH.

Ibid. l. 2. ἀφεὶς] ἀφιεὶς *ed. Steph.* STROTH. Statim post pro ἐς' ἂν *Syncell.* ἕως ἄν. Apud *Niceph.* atque *MS. Norfolc.* ordo verborum κατὰ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵμ. mutatur.

Ibid. l. 7. αὐτῷ] Hunc locum non intellexerunt interpretes. Nam Musculus quidem ita vertit: *Et miser homo non degustavit, nisi primum se illi devovisset.* Christophorsonus vero quasi Musculi insistens vestigiis vertit hoc modo. *Atque infelix non ante degustavit, quam ita se illi devovisset.* Quasi vox αὐτῷ referretur ad Novatianum.

Ego ἑαυτῷ malim legere cum Georgio Syncello: apud quem totus hic locus ita scribitur. καὶ ὁ ἄθλιος ἄνθρωπος οὐ πρότερον γεύεται, εἰ μὴ πρότερον ἑαυτῷ καταράσαιτο. Id est: *Atque ille miser non prius gustare sinitur, quam semetipse diris devoverit.* Quippe omne jusjurandum adjunctam habet imprecationem. Quæ licet in hoc sacramento quo Novatianus homines miseros adigebat, diserte expressa non sit, tacite tamen subintelligitur, ut notavi ad Amm. Marcellinum. Porro in quatuor nostris codicibus Maz. Med. Fuk. et Saviliano legitur etiam καταράσαιτο, perinde ac apud Syncellum. (καταράσεται *ed. Steph.*) VALESIUS. ἑαυτῷ *Syncell.* quod probat Valesius, ac profecto nobis magis placet. *Nicephorus* habet ἐκείνῳ, ex quo tamen eum legisse αὐτῷ apparet. STROTH. καταράσαιτο habere *Gruteri* quoque *Lectt.* idem notavit Strothius, quibus addas *MS. Norfolc.* Interea αὑτῷ, si mavis, cum spiritu aspero rescribas. Novatianum autem adegisse videtur, ut censet Coustantius, quotidiana suorum defectio, ut jusjurandum hoc exigeret. Quod quidem interea jusjurandum profane exactum atque datum, schisma luctuosum ecclesiæ auctoritatem excludendo perpetuum faciebat.

P. 15. l. 8. ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν—τὸ 'Αμὴν] Hoc est quod paulo ante dixit Cornelius ἀντὶ τοῦ εὐλογεῖν. Fideles enim cum eucharistiam de manu sacerdotis acciperent, postquam presbyter inter tradendum dixerat *corpus Domini*, respondere solebant *Amen*, ut testatur B. Ambrosius in lib. iv. de Sacramentis cap. 5. *Ergo non otiose cum accipis, tu dicis Amen, jam in spiritu confitens quod accipias corpus Christi. Dicit tibi sacerdos; corpus Christi. Et tu dicis Amen, id est verum.* Hieronymus ad Pammachium adversus errores Joannis Hierosolymitani. *Qua conscientia ad eucharistiam Christi accedam, et respondebo Amen, cum de charitate dubitem porrigentis?* Cyrillus Hierosolymitanus in catechesi ultima. καὶ κοιλάνας τὴν παλάμην, δέχε τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, ἐπιλέγων τὸ, ἀμήν· Augustinus in libro xii. contra Faustum c. 10. *Habet enim magnam vocem Christi sanguis in terra, cum eo accepto ab omnibus respondeatur Amen.* Sæpius autem fideles inter missarum solemnia dicebant *Amen.* Nam et cum sacerdos panem et vinum consecraret, respondebant *Amen*, ut pluribus dicetur infra ad caput 9. lib. vii. et post lectionem evangelii et prophetarum, Amen dicere seque ipsos signare consueverant, teste Augustino in Epistola 166. VALESIUS. Statim post ἐπανήξω pro ἀνήξω *Syncell.* et *Nicephorus* invenerunt, et ἔφη pro λέγει *MS. Norfolc.*

P. 15. l. 13. ὃν καὶ Μωσῆς ὁ μακάριος] De hoc Moyse Romanæ urbis presbytero Cyprianus in epistolis loquitur sæpius. Hic post passionem Fabiani Rom. urbis episcopi Decio 2. et Grato Coss. anno Christi 250. comprehensus est una cum Maximo presbytero et Nicostrato diacono; et conjectus in carcerem, ibi defunctus est, cum mansisset in carcere menses xi. dies xi. ut legitur in veteri libro de Pontificibus Romanis. Quod confirmat etiam Cyprianus in Epistola 15. ad Moysem et Maximum presbyteros et ceteros confessores, ubi inter cetera hæc dicit. *Eant nunc magistratus, et consules sive proconsules annuæ dignitatis insignibus et duodecim fascibus glorientur. Ecce dignitas cælestis in vobis honoris annui claritate signata est, et jam vertentis anni volubilem circulum victricis gloriæ diuturnitate transgressa est.* Valesius. In Epistolis 16. et 25. Cypriani ad hunc Moysen et socios confessores, necnon in Epistola 26. eorumdem confessorum ad Cyprianum, Moysis nomen in capite ceterorum constanter præponitur. Hunc in carcere defunctum Valesius existimat, nititurque his verbis Bucheriani catalogi in Fabiano: *Post mortem ejus* (Fabiani) *Moyses et Maximus presbyteri et Nicostratus diaconus comprehensi sunt, et in carcerem missi. Eo tempore supervenit Novatus ex Africa, et separavit Novatianum et quosdam confessores, postquam Moyses in carcere defunctus est, qui fuit ibi menses* xi. *dies* xi. Sed catalogum illic accuratum non esse vel hinc probatur, quod Novatiani schisma sic narrat ut Moysi morte posterius, cùm eâ anterius fuisse palàm hîc Cornelius testetur. Si verò Cyprianum consulamus, ad imitationem Cornelii titulos, quibus Moysen exornat, pro diversis temporibus mutat. Nam in Epistola 10. sequenti n. 5. respiciens ad id tempus, quo Moyses celebri Novatiani Epistolæ de Lapsis subscripsit, illum *tunc adhuc confessorem*, pro tempore autem, quo ipse ad Antonianum scribebat, *nunc jam martyrem* appellat. Verum neque inde quidquam certi adversus Valesii sententiam conficitur: cum Cyprianus etiam eos, qui etsi non torti, in carcere tamen vitam finiunt, martyres habendos censeat. Quamvis igitur in id propendeam animo, ut qui ob *egregium et admirabile martyrium* commendatur, eum in diversis tormentorum generibus constanter perferendis mirabilem se exhibuisse credam: propter diuturnitatem tamen durissimi carceris, quo a Christi confessione ad mortem usque deterreri non valuit, egregium et admirabile dici potuit ejus martyrium. Moyses autem cum tantum esset presbyter, Novatianum

communionis exsortem fecit, non potestate atque auctoritate judicis, sed ea cautione qua cuique fideli uti licet erga eos, quorum fides perversa vitaque pestilens manifeste deprehenditur. COUSTANT. Usitatiori modo nomen scribitur Μωυσῆς in *MS. Norfolc.*

P. 15. l. 16. ἀκοινώνητον ἐποίησε] Musculus vertit *excommunicavit.* Christophorsonus vero *fidelium societate et communione interdixit,* quod idem est. Ego vero hanc interpretationem probare non possum. Neque enim Moyses presbyter jus habuit excommunicandi presbyteros collegas suos: sed quod unum potuit, se a communione illorum separavit; cum scilicet illi videndi ejus causâ venirent in carcerem. Solent porro antiqui scriptores ita loqui de sacerdotibus qui ab aliorum communicatione abstinent, quasi ipsi eos a communione sua separent. Paulinus presbyter in vita B. Ambrosii. *Ipsum vero Maximum a communionis consortio segregavit, admonens ut effusi sanguinis Domini sui ageret pœnitentiam.* Qui Paulini locus ita intelligendus est ut dixi. Neque enim Ambrosius Maximum Imperatorem a communione totius ecclesiæ sejunxit, cum nullum jus in eum haberet: sed tantum a Maximi et episcoporum ejus communione abstinuit, ut ipse testatur in relatione sua ad Valentinianum. Vide quæ supra notavi de privata communione et excommunicatione. Ceterum quod hic scribit Cornelius de Novatiano Moysis præjudicio condemnato, id a Moyse paulo ante obitum mihi factum videtur. Nam initio quidem Moyses confessor cum Novatiano communicabat. Et cum clerus Romanus epistolam illam ad Cyprianum scripsit quæ inter Cypriani epistolas prima ac tricesima numeratur, adhuc Moyses pacem cum Novatiano servabat. Ambo enim illi epistolæ subscripserunt. Quinetiam Novatianus ipse epistolam eam composuerat, sicut testatur Cyprianus in Epistola ad Antonianum. Ex qua ingenium et eloquentiam Novatiani obiter licet cognoscere. Est enim epistola illa, ut fatendum est, elegantissima. Scripta est autem, cum jam Moyses annum in carcere exegisset quod ex Cypriani Epistolis ad Moysem prius datis aperte colligitur. VALESIUS.

P. 16. l. 1. σὺν τοῖς πέντε πρεσβυτέροις] Quinam fuerint quinque illi presbyteri qui cum Novatiano schisma fecerant, mihi quidem incompertum est. Neque enim puto esse Maximum presbyterum et confessorem, qui cum Urbano, Sidonio ac Nicostrato ac reliquis confessoribus a Novatiano deceptus, ejus partes aliquandiu fovit. Quippe

fierent. Certe lecturi sumus Cyprianum a Stephano papa petiisse, ut quem substitueret in Marciani Arelatensis episcopi locum, sibi quam primum significaret. COUSTANT. Ad Marciani hujus substitutionem quod spectat, monuit Stephanum Cyprianus, ut adversus Marcianum Novatianistam, quocum communicare jam ante recusaverant Afri, literas ad Arelatenses mitteret, *quibus abstento Marciano alius in locum ejus substitueretur*, hoc est, exponente Fello, "ibique hortaretur Arelatenses, ut ad episcopi electio-" "nem procederent." *Ep.* 68, al. 67; vel, quod idem est, docente olim Richerio Appendice ad vol. I. *Hist. Concil. Generalium*, "exauctorato Marciano alium ab illo omni-" "um consensu in ejus locum substituerent," p. 802. Aliquid vero auctoritati literarum plus favens nobis suadere possit, non tantum verborum forma, sed etiam exemplum illud substitutionis nonnullorum episcoporum a Cornelio modo narratum ad pag. 11. lin. 16. Certe hoc apparet, curam aliquam Arelatensium ad Romani episcopi officium pertinuisse. Synodum autem illam Italicam, quam ex Eusebii verbis supra ad p. 33. allatis sibi collegit Hieronymus, tuetur quidem contra Pearsonium de eadem dubitantem Basnagius ad ann. 252. sect. vi. p. 366. *Annalium*; an vero feliciter, judicent alii. Et nonnullos inveni viros doctos, post quam hæc exaraveram, cum Pearsonio adhuc sentientes.

Hîc denique cum veritatis tum S. Cornelii causâ verba Cypriani apponam, qui una cum cæteris episcopis Africanis hoc olim statuerat, omnia integra reservanda esse, donec legati sui, alii item episcopi, pace restituta aut veritate comperta Româ redirent; hæc enim ad Cornelium postea scribit: *Quod divinitus evenisse et consilium nostrum providenter processisse gaudemus. Sic enim nunc episcopatus tui et veritas pariter et dignitas apertissima luce et manifestissima et firmissima comprobatione fundata est, ut ex rescriptis collegarum nostrorum, qui ad nos literas inde fecerunt, et ex relatione ac testimoniis coepiscoporum Pompeii et Stephani et Caldonii ac Fortunati ordinationis tuæ et origo necessaria et ratio justa et gloriosa quoque innocentia ab omnibus nosceretur. Epist.* 45. seu 48. p. 59. Vid. et *Epist. ad Antonianum* pag. 68. His insuper, quid de Novatiano atque causa ejus senserit magnus Dionysius Alex. ostenditur fragmento epistolæ ejus ad cognominem Romanum episcopum apud Euseb. lib. vii. cap. 8. Νοουατιανῷ μὲν γὰρ εὐλόγως ἀπεχθανόμεθα, inquit ille, διακόψαντι τὴν ἐκκλησίαν, καί τινας τῶν ἀδελφῶν εἰς ἀσεβείας καὶ βλασφημίας ἑλκύ-

σαντι, καὶ περὶ τοῦ Θεοῦ διδασκαλίαν ἀνωσιωτάτην ἐπεισκυκλήσαντι· καὶ τὸν χρηστότατον Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὡς ἀνηλεῆ συκοφαντοῦντι. Ita quoque allocutus est ipsum Novatianum idem vir sanctus, Διονύσιος Νοουατῷ (Ναυατιανῷ aliter legtur) τῷ ἀδελφῷ χαίρειν. Εἰ ἄκων ὡς φὴς ἤχθης, δείξεις ἐὰν ἀναχωρήσῃς ἑκών· ἔδει μὲν γὰρ καὶ πᾶν ὁτιοῦν παθεῖν, ὑπὲρ τοῦ μὴ διακόψαι τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ.—καὶ νῦν δὲ εἰ πείσαιο ἢ βιάσαιο τοὺς ἀδελφοὺς εἰς ὁμόνοιαν ἐλθεῖν, μεῖζον ἔσται σοι τοῦ σφάλματος τὸ κατόρθωμα. Euseb. vi. 45. De Novatiano autem Cornelium criminante Pearsonius loco paulo supra commemorato, sed ad §. vii. hæc scribit; "Interim Novatianus contra "ordinationem Cornelii aperte disputavit, eamque ut ille-"gitimam publice traduxit et abrogare conatus est. Quod "ut perficeret, multa Cornelio ipsi nefanda objecit, li-"brumque acerbationibus criminosis plenum evulgavit, "præcipue illi minime a quopiam communicandum esse "docens, quod cum lapsis communionem haberet."

P. 17. l. 12. litteras quas attulerant] A Fortunato missas, qui a schismaticis Cypriani loco episcopus Carthaginiensis constitutus fuerat. Cæterum Baluzius editioni suæ *Cypriani*, ad pag. 167. aliam quandam *Cornelii ad Cyprianum epistolam* una cum *duabus Cyprianicis* adjecit; ait vero, nolle se præstare has tres epistolas genuinas esse, putasse autem debere se illas edere, quia referantur in codicibus quibusdam veteribus S. Cypriani. Epistola autem quæ Cornelio supposita est, sermone vix Latino Cyprianum sugillat propter sententiam ejus de hæreticorum baptismo. "Manifestam fraudis et mendacii notam præ se fe-"rens," ait Prudentius Maranus in *Vit. S. Cypriani* editioni Baluzianæ præmissa, "quippe cum hanc controver-"siam sub Cornelio natam non fuisse, ac summam sem-"per consensionem Cornelium inter et Cyprianum inter-"cessisse constet." p. 125. A Coustantio quoque in Appendice ad *Epistolas Rom. Pontif.* quæ adulterina scripta complectitur, reposita est. Nonnulla interea opuscula ex illis, quæ ad finem *S. Cypriani* collocari solent, scribi potuisse a Cornelio, nonnulli existimarunt. Vide Tillemont. *Mem.* tom. iii. ad fin. *S. Cornelii*, p. 208. edit. Bruxel.

CONCILIA

SUB S. CYPRIANO

CARTHAGINIENSIA.

CONCILIA
SUB S. CYPRIANO
CARTHAGINIENSIA.

CARTHAGINIENSE CONCILIUM SUB CYPRIANO SECUNDUM,

ANNO POST CHRISTUM NATUM 252 HABITUM,

DE PACE LAPSIS DANDA.

Synodica hæc Epistola ad Cornelium Romanum Episcopum, inter Cypriani Epistolas est LIV. *vel* LVII. *et ad p. 77. edit. Benedictinæ extat.*

CYPRIANUS, Liberalis, Caldonius, Nicomedes, Cæcilius, Junius, Marrutius, Felix, Successus, Faustinus, Fortunatus, Victor, Saturninus, alius Saturninus, Rogatianus, Tertullus, Lucianus, Satius, Secundinus, alius Saturninus, Eutyches, Amplus, alius Saturninus, Aurelius, Priscus, Herculaneus, Victoricus, Quintus, Honoratus, Manthaneus, Hortensianus, Verianus, Jambus, Donatus, Pomponius, Polycarpus, Demetrius, alius Donatus, Privatianus, Fortunatus, Rogatus, et Munnulus Cornelio fratri salutem. Statueramus quidem jam pridem, frater carissime, participato invicem nobiscum consilio, ut qui in persecutionis infestatione supplantati ab adversario et lapsi fuissent, et sacrificiis se illicitis maculassent, agerent diu pœnitentiam plenam, et si periculum infirmitatis urgeret, pacem sub ictu mortis acciperent. Nec enim fas erat aut permittebat paterna pietas et divina clementia ecclesiam pulsantibus claudi et dolenti-

bus ac deprecantibus spei salutaris subsidium denegari, ut de sæculo recedentes sine communicatione et pace ad Dominum dimitterentur, quando permiserit ipse qui legem dedit [c] ut ligata in terris etiam in cælis ligata essent, solvi autem possent illic quæ hic prius in ecclesia solverentur. Sed enim cum videamus diem rursus alterius infestationis appropinquare cœpisse, et crebris atque assiduis ostensionibus admoneamur ut ad certamen quod nobis hostis indicit armati et parati simus, plebem etiam nobis de divina dignatione commissam exhortationibus nostris paremus, et omnes omnino milites Christi qui arma desiderant et prælium flagitant intra castra dominica colligamus, necessitate cogente censuimus eis qui de ecclesia Domini non recesserunt, sed pœnitentiam agere et lamentari ac Dominum deprecari a primo lapsus sui die non destiterunt, pacem dandam esse, et eos ad prælium quod imminet armari et instrui oportere. Obtemperandum est namque ostensionibus atque admonitionibus justis, ut a pastoribus oves in periculo non deserantur, sed grex omnis in unum congregetur, et exercitus Domini ad certamen militiæ cælestis armetur. Merito enim trahebatur dolentium pœnitentia tempore longiore ut infirmis in exitu subveniretur quandiu quies et tranquillitas aderat, quæ differre diu plangentium lacrymas et subvenire sero morientibus in infirmitate pateretur. At vero nunc non infirmis, sed fortibus, pax necessaria est, nec morientibus, sed viventibus, communicatio a nobis danda est; ut quos excitamus et hortamur ad prælium non inermes et nudos relinquamus, sed protectione sanguinis et corporis Christi muniamus; et cum ad hoc fiat eucharistia ut possit accipientibus esse tutela, quos tutos esse contra adversarium volumus, munimento dominicæ saturitatis armemus. Nam quomodo docemus aut provocamus eos in confessione no-

[c] Matth. xviii. 18.

minis sanguinem suum fundere, si eis militaturis Christi sanguinem denegamus? Aut quomodo ad martyrii poculum idoneos facimus, si non eos prius ad bibendum in ecclesia poculum Domini jure communicationis admittimus? Interesse debet, frater carissime, inter eos qui vel apostataverunt et ad sæculum cui renuntiaverant reversi gentiliter vivunt, vel ad hæreticos transfugæ facti, contra ecclesiam parricidalia quotidie arma suscipiunt, et inter eos qui ab ecclesiæ limine non recedentes et implorantes jugiter ac dolenter divina et paterna solatia, nunc se ad pugnam paratos esse et pro Domini sui nomine ac pro sua salute stare fortiter et pugnare profitentur. Hoc in tempore pacem nos non dormientibus sed vigilantibus damus, pacem non delitiis sed armis damus, pacem non ad quietem sed ad aciem damus. Si secundum quod eos audimus et optamus et credimus fortiter steterint, et adversarium nobiscum in congressione prostraverint, non pœnitet pacem concessisse tam fortibus, immo episcopatus nostri honor grandis et gloria est pacem dedisse martyribus, ut sacerdotes qui sacrificia Dei quotidie celebramus, hostias Deo et victimas præparemus. Si autem, quod Dominus avertat a fratribus nostris, aliquis lapsorum fefellerit, ut pacem subdole petat, et impendentis prælii tempore communicationem non præliaturus accipiat, se ipsum fallit et decipit, qui aliud corde occultat, et aliud voce pronuntiat. Nos, in quantum nobis et videre et judicare conceditur, faciem singulorum videmus, cor scrutari et mentem perspicere non possumus. De his judicat occultorum scrutator et cognitor cito venturus et de arcanis cordis atque abditis judicaturus. Obesse autem mali bonis non debent, sed magis mali a bonis adjuvari. Nec ideo martyrium facturis pax neganda est quia sunt quidam negaturi, cum propter hoc pax danda sit omnibus militaturis, ne per ignorantiam nostram ille incipiat præteriri qui habet in prælio coronari. Nec quisquam dicat,

qui martyrium tollit, sanguine suo baptizatur, nec pax illi ab episcopo necessaria est habituro gloriæ suæ pacem et accepturo majorem de Domini dignatione mercedem. Primo idoneus esse non potest ad martyrium qui ab ecclesia non armatur ad prælium, et mens deficit quam non recepta eucharistia erigit et accendit. Dominus enim in evangelio suo dicit: [d] *Cum autem vos tradiderint, nolite cogitare quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.* Quando autem dicat in traditis atque in confessione nominis constitutis spiritum patris loqui, quomodo potest ad confessionem paratus aut idoneus inveniri qui non prius pace accepta receperit spiritum patris, qui corroborans servos suos ipse loquitur et confitetur in nobis? Tum deinde si relictis omnibus rebus suis fugerit, et in latebris atque in solitudine constitutus in latrones forte incurrerit, aut in febribus et in languore decesserit, nonne nobis imputabitur quod tam bonus miles, qui omnia sua dereliquit, et contempta domo et parentibus ac liberis sequi Dominum suum maluit, sine pace et sine communicatione decedit? Nonne nobis vel negligentia segnis vel duritia crudelis adscribetur in die judicii quod pastores creditas et commissas nobis oves nec curare in pace nec in acie voluerimus armare? Nonne ingeretur nobis a Domino quod per prophetam suum clamat et dicit: [e] *Ecce lac consumitis et lanis vos tegitis, et quod crassum est interficitis, et oves meas non pascitis, quod infirmatum est non confortastis, et quod male habuit non corroborastis, et quod contribulatum est non consolidastis, et quod errabat non revocastis, et quod periit non inquisistis, et quod forte fuit confecistis labore, et dispersæ sunt oves meæ, eo quod non sunt pastores, et factæ sunt in comesturam omnibus bestiis agri; et non*

[d] Matth. x. 19, 20. [e] Ezech. xxxiv. 3—6. 10.

fuit qui inquireret, neque qui revocaret. Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego super pastores, et requiram oves meas de manibus eorum, et avertam eos ut non pascant oves meas, et jam non pascent eas, et extraham oves meas de ore eorum, et pascam eas cum judicio. Ne igitur ore nostro, quo pacem negamus, quo duritiam magis humanæ crudelitatis quam (Fortasse hic addendum est dulcedinem. Vide enim notam.) divinæ et paternæ pietatis opponimus, oves nobis commissæ a Domino reposcantur, placuit nobis, sancto spiritu suggerente, et Domino per visiones multas et manifestas admonente quia hostis nobis imminere prænuntiatur et ostenditur, colligere intra castra milites Christi, et examinatis singulorum causis, pacem lapsis dare, immo pugnaturis arma suggerere. Quod credimus vobis quoque paternæ misericordiæ contemplatione placiturum. Quod si de collegis aliquis extiterit qui urgente certamine pacem fratribus et sororibus non putat dandam, reddet ille rationem in die judicii Domino vel importunæ censuræ vel inhumanæ duritiæ suæ. Nos quod fidei et caritati et sollicitudini congruebat quæ erant in conscientia nostra protulimus, diem certaminis appropinquasse, hostem violentum cito contra nos exsurgere, pugnam, non talem qualis fuit, sed graviorem multo et acriorem venire; hoc nobis divinitus frequenter ostendi, de hoc nos providentia et misericordia Domini sæpius admoneri; de cujus ope et pietate qui in eum confidimus possumus esse securi quia qui in pace militibus suis futuram prænuntiat pugnam, dabit militantibus in congressione victoriam. Optamus te, frater carissime, semper bene valere.

CARTHAGINIENSE CONCILIUM SUB CYPRIANO TERTIUM,

ANNO POST CHRISTUM NATUM 253 HABITUM,

DE INFANTIBUS BAPTIZANDIS.

Synodica hæc Epistola ad Fidum Episcopum inter Cypriani Epistolas est LIX. *vel* LXIV. *et ad pag.* 97. *edit. Benedictinæ extat.*

Cyprianus et cæteri collegæ qui in concilio affuerunt numero LXVI. Fido fratri salutem. Legimus litteras tuas, frater carissime, quibus significasti de Victore quondam presbytero, quod ei, antequam pœnitentiam plenam egisset, et Domino Deo, in quem deliquerat, satisfecisset, temere Therapius collega noster immaturo tempore et præpropera festinatione pacem dederit. Quæ res nos satis movit, recessum esse a decreti nostri auctoritate, ut ante legitimum et plenum tempus satisfactionis, et sine petitu et conscientia plebis, nulla infirmitate urgente ac necessitate cogente, pax ei concederetur. Sed librato apud nos diu consilio, satis fuit objurgare Therapium collegam nostrum quod temere hoc fecerit et instruxisse ne quid tale de cætero faciat. Pacem tamen quomodocunque a sacerdote Dei semel datam non putavimus auferendam, ac per hoc Victori communicationem sibi concessam usurpare permisimus. Quantum vero ad causam infantium pertinet, quos dixisti intra secundum vel tertium diem quo nati sint constitutos baptizari non oportere, et considerandam esse [f] legem circumcisionis antiquæ, ut intra octavum diem eum qui natus est baptizandum et sanctificandum non putares, longe aliud in concilio nostro omnibus visum est. In hoc enim quod tu putabas esse faciendum nemo consensit, sed universi potius judicavimus nulli homini

[f] Gen. xvii. 12.

nato misericordiam Dei et gratiam denegandam. Nam cum Dominus in evangelio suo dicat, [g] *Filius hominis non venit animas hominum perdere, sed salvare*, quantum in nobis est, si fieri potest, nulla anima perdenda est. Quid enim ei deest qui semel in utero Dei manibus formatus est? Nobis enim atque oculis nostris secundum dierum sæcularium cursum accipere qui nati sunt incrementum videntur. Cæterum quæcunque a Deo fiunt, Dei factoris majestate et opere perfecta sunt. Esse denique apud omnes, sive infantes, sive majores natu, unam divini muneris æqualitatem declarat nobis divinæ scripturæ fides. [h] Helisæus super infantem viduæ filium qui mortuus jacebat ita se Deum deprecans superstravit ut capiti caput et faciei facies applicaretur, et superfusi Helisæi membra singulis parvuli membris et pedes pedibus jungerentur. Quæ res si secundum nativitatis nostræ et corporis inæqualitatem cogitetur, adulto et provecto infans non posset æquari, nec cohærere et sufficere possent parva membra majoribus. Sed illic æqualitas divina et spiritalis exprimitur, quod pares atque æquales sint omnes homines, quando a Deo semel facti sunt, et possit ætas nostra in incrementis corporis secundum sæculum, non secundum Deum, habere discrimen; nisi si et gratia ipsa, quæ baptizatis datur, pro ætate accipientium vel minor vel major tribuitur, cum spiritus sanctus non de mensura sed de pietate atque indulgentia paterna, æqualis omnibus præbeatur. [i] Nam Deus ut personam non accipit, sic nec ætatem, cum se omnibus ad cælestis gratiæ consecutionem æqualitate librata præbeat patrem. Nam et quod vestigium infantis in primis partus sui diebus constituti mundum non esse dixisti, quod unusquisque nostrum adhuc horreat exosculari, nec hoc putamus ad cælestem gratiam dandam impedimento esse oportere. Scriptum est enim:

[g] Luc. ix. 56. [h] 4 Reg. iv. 34. [i] Gal. ii. 6.

[k] *Omnia munda sunt mundis.* Nec aliquis nostrum id debet horrere quod Deus dignatus est facere. Nam etsi adhuc infans a partu novus est, non ita est tamen ut quisquam illum in gratia danda atque in pace facienda horrere debeat osculari, quando in osculo infantis unusquisque nostrum pro sua religione ipsas adhuc recentes Dei manus debeat cogitare, quas in homine modo formato et recens quodam modo exosculamur quando id quod Deus fecit amplectimur. Nam quod in Judaica circumcisione carnali octavus dies observabatur, sacramentum est in umbra atque in imagine ante præmissum, sed veniente Christo veritate completum. Nam qui octavus dies, id est, post sabbatum primus dies, futurus erat quo Dominus resurgeret et nos vivificaret et circumcisionem nobis spiritalem daret, hic dies octavus, id est, post sabbatum primus et dominicus, præcessit in imagine. Quæ imago cessavit superveniente postmodum veritate et data nobis spiritali circumcisione. Propter quod neminem putamus a gratia consequenda impediendum esse ea lege quæ jam statuta est, nec spiritalem circumcisionem impediri carnali circumcisione debere, sed omnem omnino hominem admittendum esse ad gratiam Christi, quando et Petrus in actis apostolorum loquatur et dicat: [l] *Dominus mihi dixit neminem hominem communem dicendum et immundum.* Cæterum si homines impedire aliquid ad consecutionem gratiæ posset, magis adultos et provectos et majores natu possent impedire peccata graviora. Porro autem si etiam gravissimis delictoribus et in Deum multum ante peccantibus, cum postea crediderint, remissa peccatorum datur, et a baptismo atque a gratia nemo prohibetur, quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccavit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquæ prima nativitate contraxit, qui ad

[k] Tit. i. 15. [l] Act. x. 28.

remissam peccatorum accipiendam hoc ipso facilius accedit quod illi remittuntur, non propria, sed aliena peccata. Et idcirco, frater carissime, hæc fuit in concilio nostra sententia, a baptismo atque a gratia Dei, qui omnibus misericors et benignus et pius est, neminem per nos debere prohiberi. Quod cum circa universos observandum sit atque retinendum, tum magis circa infantes ipsos et recens natos observandum putamus, qui hoc ipso de ope nostra ac de divina misericordia plus merentur quod in primo statim nativitatis suæ ortu plorantes ac flentes nihil aliud faciunt quam deprecantur. Optamus te, frater carissime, semper bene valere.

CARTHAGINIENSE CONCILIUM SUB CYPRIANO QUARTUM,

ANNO POST CHRISTUM NATUM 254 HABITUM,

DE BASILIDE ET MARTIALE HISPANIÆ EPISCOPIS LIBELLATICIS.

Synodica hæc Epistola ad Clerum et Plebes ad Legionem, et Asturicæ, et Emeritæ, consistentes, est inter Cypriani Epistolas LXVIII. *vel* LXVII. *et ad pag.* 117. *edit. Benedictinæ extat.*

Cyprianus, Cæcilius, Primus, Polycarpus, Nicomedes, Lucilianus, Successus, Sedatus, Fortunatus, Januarius, Secundinus, Pomponius, Honoratus, Victor, Aurelius, Satius, Petrus, alius Januarius, Saturninus, alius Aurelius, Venantius, Quietus, Rogatianus, Tenax, Felix, Faustus, Quintus, alius Saturninus, Lucius, Vincentius, Libosus, Geminius, Marcellus, Jambus, Adelphius, Victoricus, et Paulus Felici presbytero et plebibus consistentibus ad Legionem et Asturicæ, item Lælio diacono et plebi Emeritæ

consistentibus fratribus in Domino salutem. Cum in unum convenissemus, legimus litteras vestras, fratres dilectissimi, quas ad nos per Felicem et Sabinum coëpiscopos nostros pro fidei vestræ integritate et pro Dei timore fecistis, significantes Basilidem et Martialem libellis idololatriæ commaculatos et nefandorum facinorum conscientia vinctos episcopatum gerere et sacerdotium Dei administrare non oportere; et desiderastis rescribi ad hæc vobis, et justam pariter ac necessariam sollicitudinem vestram vel solatio vel auxilio nostræ sententiæ sublevari. Sed enim desiderio huic vestro non tam nostra consilia quam divina præcepta respondent, quibus jampridem mandatur voce cælesti, et Dei lege præscribitur quos et quales oporteat deservire altari et sacrificia divina celebrare. In Exodo namque ad Moysem Deus loquitur et monet dicens: [m] *Sacerdotes qui accedunt ad Dominum Deum sanctificentur, ne forte derelinquat illos Dominus.* Et iterum: [n] *Et cum accedunt ministrare ad altare sancti, non adducent in se delictum, ne moriantur.* Item in Levitico præcipit Dominus et dicit: [o] *Homo in quo fuerit macula et vitium non accedet offerre dona Deo.* Quæ cum prædicta et manifestata sint nobis, præceptis divinis necesse est obsequia nostra deserviant; nec personam in ejusmodi rebus accipere aut aliquid cuiquam largiri potest humana indulgentia ubi intercedit et legem tribuit divina præscriptio. Neque enim immemores esse debemus quid ad Judæos per Esaïam prophetam locutus sit Dominus increpans et indignans quod, contemptis divinis præceptis, humanas doctrinas sequerentur. [p] *Populus iste,* inquit, *labiis suis honorificat me, cor vero eorum longe separatum est a me. Sine causa autem colunt me, mandata et doctrinas hominum docentes.* Quod item Dominus in evangelio repetit et dicit:

[m] Exod. xix. 22.
[n] Exod. xxviii. 43.
[o] Levit. xxi. 17.
[p] Esai. xxix. 13.

[q] *Rejicitis mandatum Dei ut traditionem vestram statuatis.* Quæ ante oculos habentes et sollicite ac religiose considerantes, in ordinationibus sacerdotum non nisi immaculatos et integros antistites eligere debemus, qui sancte et digne sacrificia Deo offerentes audiri in precibus possint quas faciunt pro plebis dominicæ incolumitate, cum scriptum sit: [r] *Deus peccatorem non audit; sed si quis Deum coluerit et voluntatem ejus fecerit, illum audit.* Propter quod plena diligentia et exploratione sincera oportet eos ad sacerdotium Dei deligi quos a Deo constet audiri. Nec sibi plebs blandiatur quasi immunis esse a contagio delicti possit cum sacerdote peccatore communicans et ad injustum atque illicitum præpositi sui episcopatum consensum suum commodans, quando per Osee prophetam comminetur et dicat censura divina, [s] *Sacrificia eorum tanquam panis luctus, omnes qui manducant ea contaminabuntur,* docens scilicet et ostendens omnes omnino ad peccatum constringi qui fuerint prophani et injusti sacerdotis sacrificio contaminati. [t] Quod item in Numeris manifestari invenimus, quando Chore et Dathan et Abiron contra Aaron sacerdotem sacrificandi sibi licentiam vindicaverunt. Illic quoque per Moysem præcepit Dominus ut ab eis populus separetur, ne facinorosis conjunctus eodem facinore et ipse perstringatur. *Separamini,* inquit, *a tabernaculis horum hominum durissimorum, et nolite tangere ea quæ ad eos pertinent, ne simul pereatis in peccato eorum.* Propter quod plebs obsequens præceptis dominicis et Deum metuens a peccatore præposito separare se debet, nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere, quando ipsa maxime habeat potestatem vel eligendi dignos sacerdotes vel indignos recusandi. Quod et ipsum videmus de divina auctoritate descendere, ut sacerdos plebe præsente sub omnium oculis deligatur et dignus atque ido-

[q] Marc. vii. 13. [r] Joan. ix. 31. [s] Osee ix. 4. [t] Num. xvi. 26.

neus publico judicio ac testimonio comprobetur, sicut in Numeris Dominus Moysi præcepit dicens: [t] *Apprehende Aaron fratrem tuum et Eleazarum filium ejus, et impones eos in montem coram omni synagoga, et exue Aaron stolam ejus, et indue Eleazarum filium ejus, et Aaron appositus moriatur illic.* Coram omni synagoga jubet Deus constitui sacerdotem, id est, instruit et ostendit ordinationes sacerdotales non nisi sub populi assistentis conscientia fieri oportere, ut plebe præsente vel detegantur malorum crimina vel bonorum merita prædicentur, et sit ordinatio justa et legitima quæ omnium suffragio et judicio fuerit examinata. Quod postea secundum divina magisteria observatur in actis apostolorum, quando de ordinando in locum Judæ apostolo Petrus ad plebem loquitur. [u] *Surrexit*, inquit, *Petrus in medio discentium, fuit autem turba in uno.* Nec hoc in episcoporum tantum et sacerdotum, sed et in diaconorum ordinationibus observasse apostolos animadvertimus, de quo et ipso in actis eorum scriptum est: [x] *Et convocaverunt*, inquit, *illi duodecim totam plebem discipulorum, et dixerunt eis.* Quod utique idcirco tam diligenter et caute convocata plebe tota gerebatur, ne quis ad altaris ministerium vel ad sacerdotalem locum indignus obreperet. Ordinari enim nonnunquam indignos non secundum Dei voluntatem, sed secundum humanam præsumptionem, et hæc Deo displicere quæ non veniant ex legitima et justa ordinatione, Deus ipse manifestat per Osee prophetam dicens: [y] *Sibimetipsis constituerunt regem, et non per me.* Propter quod diligenter de traditione divina et apostolicâ observatione servandum est et tenendum quod apud nos quoque et fere per provincias universas tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas ad eam plebem cui præpositus ordinatur, episcopi ejusdem provinciæ proximi quique conveniant, et

[t] Num. xx. 25, 26. [u] Act. i. 15. [x] Act. vi. 2. [y] Osee viii. 4.

episcopus deligatur plebe præsente, quæ singulorum vitam plenissime novit et uniuscujusque actum de ejus conversatione perspexit. Quod et apud vos factum videmus in Sabini collegæ nostri ordinatione, ut de universæ fraternitatis suffragio et de episcoporum qui in præsentia convenerant, quique de eo ad vos litteras fecerant, judicio episcopatus ei deferretur et manus ei in locum Basilidis imponeretur. Nec rescindere ordinationem jure perfectam potest quod Basilides post crimina sua detecta et conscientiam etiam propria confessione nudatam Romam pergens Stephanum collegam nostrum longe positum et gestæ rei ac veritatis ignarum fefellit, ut exambiret reponi se injuste in episcopatum de quo fuerat jure depositus. Hoc eo pertinet ut Basilidis non tam abolita sint quam cumulata delicta, ut ad superiora peccata ejus etiam fallaciæ et circumventionis crimen accesserit. Neque enim tam culpandus est ille cui negligenter obreptum est quam hic execrandus qui fraudulenter obrepsit. Obrepere autem si hominibus Basilides potuit, Deo non potest, cum scriptum sit: [z] *Deus non deridetur.* Sed nec Martiali potest profuisse fallacia quo minus ipse quoque delictis gravibus involutus episcopatum tenere non debeat, quando et apostolus moneat et dicat: [a] *Episcopum oportet esse sine crimine, quasi Dei dispensatorem.* Quapropter cum, sicut scripsistis, fratres dilectissimi, et ut Felix et Sabinus collegæ nostri asseverant, utque alius Felix de Cæsaraugusta fidei cultor ac defensor veritatis litteris suis significat, Basilides et Martialis nefando idololatriæ libello contaminati sint, Basilides adhuc insuper, præter libelli maculam, cum in infirmitate decumberet, in Deum blasphemaverit et se blasphemasse confessus sit, et episcopatum pro conscientiæ suæ vulnere sponte deponens ad agendam pœnitentiam conversus sit, Deum deprecans, et satis gratulans si sibi

[z] Gal. vi. 7. [a] Tit. i. 7.

vel laïco communicare contingeret, Martialis quoque præter gentilium turpia et lutulenta convivia in collegio diu frequentata et filios in eodem collegio exterarum gentium more apud prophana sepulchra depositos et alienigenis consepultos, actis etiam publice habitis apud procuratorem ducenarium obtemperasse se idololatriæ et Christum negasse contestatus sit, cumque alia multa sint et gravia delicta quibus Basilides et Martialis implicati tenentur, frustra tales episcopatum sibi usurpare conantur, cum manifestum sit ejusmodi homines nec ecclesiæ Christi posse præesse nec Deo sacrificia offerre debere; maxime cum jampridem nobiscum et cum omnibus omnino episcopis in toto mundo constitutis etam Cornelius collega noster sacerdos pacificus ac justus, et martyrio quoque dignatione Domini honoratus, decreverit ejusmodi homines ad pœnitentiam quidem agendam posse admitti, ab ordinatione autem cleri atque sacerdotali honore prohiberi. Nec vos moveat, fratres dilectissimi, si apud quosdam in novissimis temporibus aut lubrica fides nutat, aut Dei timor irreligiosus (f. relig.) vacillat, aut pacifica concordia non perseverat. Prænuntiata sunt hæc futura in sæculi fine, et Domini voce atque apostolorum contestatione prædictum est deficiente jam mundo, atque appropinquante antichristo, bona quæque deficere, mala vero et adversa proficere. Non sic tamen, quamvis novissimis temporibus, in ecclesia Dei aut evangelicus vigor cecidit, aut Christianæ virtutis aut fidei robur elanguit, ut non supersit portio sacerdotum quæ minime ad has rerum ruinas et fidei naufragia succumbat, sed fortis et stabilis honorem divinæ majestatis et sacerdotalem dignitatem plena timoris observatione tueatur. Meminimus et tenemus, succumbentibus licet et cedentibus cæteris, [a] Mathathiam, legem Dei vindicasse fortiter, [b] Heliam, Judæis deficientibus atque a religione

[a] 1 Mach. ii. 19, 20.

[b] 3 Reg. xix. 10.

divina recedentibus, stetisse et certasse sublimiter, [c] Danielem nec solitudine regionis alienæ nec persecutionis assiduæ infestatione deterritum frequenter ac fortiter gloriosa dedisse martyria, [d] tres item pueros nec annis nec minis fractos contra ignes Babylonios fideliter obstitisse et victorem regem in ipsa sua captivitate vicisse. Viderit vel prævaricatorum numerus vel proditorum qui nunc in ecclesia contra ecclesiam surgere et fidem pariter ac veritatem labefactare cœperunt. Permanet apud plurimos sincera mens et religio integra, et non nisi Domino et Deo suo anima devota, nec christianam fidem aliena perfidia deprimit ad ruinam, sed magis excitat et exaltat ad gloriam, secundum quod beatus apostolus Paulus hortatur et dicit: [e] *Quid enim si exciderunt a fide quidam eorum, numquid infidelitas illorum fidem Dei evacuavit? Absit. Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax.* Si autem omnis homo mendax est et solus Deus verax, quid aliud servi, et maxime sacerdotes Dei, facere debemus nisi ut humanos errores et mendacia relinquamus, et præcepta dominica custodientes in Dei veritate maneamus? Quare etsi aliqui de collegis nostris extiterint, fratres dilectissimi, qui deificam disciplinam negligendam putant et cum Basilide et Martiale temere communicant, conturbare fidem nostram res ista non debet, cum spiritus sanctus in psalmis talibus comminetur dicens: [f] *Tu autem odisti disciplinam, et abjecisti sermones meos retro. Si videbas furem, concurrebas ei, et cum adulteris portionem tuam ponebas.* Consortes et participes ostendit eos alienorum delictorum fieri qui fuerint delinquentibus copulati. Sed et hoc idem Paulus apostolus scribit et dicit: [g] *Susurratores, detractores, abhorrentes Deo, injuriosi, superbi, jactantes sui, adinventores malorum, qui cum justitiam Dei cognovissent, non intellex-*

[c] Dan. vi. 10, 21, 22. [d] Dan. iii. 18. [e] Rom. iii. 3, 4.
[f] Psal. xlix. 17, 18. [g] Rom. i. 30, 31, 32.

erunt, quoniam qui talia agunt morte sunt digni, non tantum qui faciunt ea, sed et qui consentiunt eis qui hæc agunt: quoniam qui talia, inquit, *agunt, morte sunt digni.* Manifestat et comprobat morte dignos esse et ad pœnam venire, non tantum illos qui mala faciunt, sed etiam eos qui talia agentibus consentiunt, qui dum malis et peccatoribus et pœnitentiam non agentibus illicita communicatione miscentur, nocentium contractibus polluuntur, et dum junguntur in culpa, sic nec in pœna separantur. Propter quod integritatis et fidei vestræ religiosam sollicitudinem, fratres dilectissimi, et laudamus pariter et probamus; et quantum possumus adhortamur litteris nostris, ne vos cum prophanis et maculatis sacerdotibus communicatione sacrilega misceatis, sed integram et sinceram fidei vestræ firmitatem religioso timore servetis. Opto vos, fratres carissimi, semper bene valere.

CARTHAGINIENSE CONCILIUM SUB CYPRIANO QUINTUM,

DE BAPTISMO PRIMUM,

ANNO POST CHRISTUM NATUM 255 HABITUM.

Synodica hæc Epistola ad Numidiæ Episcopos, inter Cypriani Epistolas est LXX. *et ad pag.* 124. *edit. Benedictinæ extat.*

Cyprianus, Liberalis, Caldonius, Junius, Primus, Cæcilius, Polycarpus, Nicomedes, Felix, Marrutius, Successus, Lucianus, Honoratus, Fortunatus, Victor, Donatus, Lucius, Herculanus, Pomponius, Demetrius, Quintus, Saturninus, Marcus, alius Saturninus, alius Donatus, Rogatianus, Sedatus, Tertullus, Hortensianus, item alius Saturnius, Sattius Januario, Saturnino, Maximo, Victori, alio Victori, Cassio, Proculo, Modiano, Cittino, Gargi-

lio, Eutyciano, alio Gargilio, alio Saturnino, Nemesiano, Nampulo, Antoniano, Rogatiano, Honorato fratribus salutem. Cum simul in concilio essemus, fratres carissimi, legimus litteras vestras quas ad nos fecistis de iis qui apud hæreticos et schismaticos baptizati videntur, an ad ecclesiam catholicam, quæ una et vera est, venientes baptizari debeant. De qua re quamquam et ipsi illic veritatem et firmitatem catholicæ regulæ teneatis, tamen quoniam consulendos nos pro communi dilectione existimastis, sententiam nostram non novam promimus, sed jampridem ab antecessoribus nostris statutam et a nobis observatam vobiscum pari consensione conjungimus, (vid. not.) censentes scilicet et pro certo tenentes neminem foris baptizari extra ecclesiam posse, cum sit baptisma unum in sancta ecclesia constitutum, et scriptum sit Domino dicente: [h] *Me derelinquerunt fontem aquæ vivæ, et effoderunt sibi lacus detritos qui non possunt aquam portare.* Et iterum divina scriptura moneat et dicat: [i] *Ab aqua aliena abstine te, et a fonte aquæ alienæ ne biberis.* Oportet ergo mundari et sanctificari aquam prius a sacerdote, ut possit baptismo suo peccata hominis qui baptizatur abluere; quia per Ezechielem prophetam Dominus dicit: [k] *Et aspergam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus immunditiis vestris, et ab omnibus simulacris vestris emundabo vos, et dabo vobis cor novum, et spiritum novum dabo in vobis.* Quomodo autem mundare et sanctificare aquam potest qui ipse immundus est et apud quem spiritus sanctus non est, cum Dominus dicat in Numeris: [l] *Et omnia quæcunque tetigerit immundus immunda erunt.* Aut quomodo baptizans dare alteri remissam peccatorum potest qui ipse sua peccata deponere extra ecclesiam non potest? Sed et ipsa interrogatio quæ fit in baptismo testis est veritatis. Nam cum dicimus, *Credis in vitam æternam et*

[h] Hier. ii. 13.
[i] Prov. ix. 18. sec. LXX.
[k] Ezech. xxxvi. 25, 26.
[l] Num. xix. 22.

remissionem peccatorum per sanctam ecclesiam, intelligimus remissionem peccatorum non nisi in ecclesia dari, apud hæreticos autem, ubi ecclesia non sit, non posse peccata dimitti. Itaque qui hæreticos baptizare posse asserunt, aut interrogationem mutent, aut vindicent veritatem, nisi si eis et ecclesiam tribuunt quos baptisma habere contendunt. Ungi quoque necesse est eum qui baptizatus sit, ut accepto chrismate, id est, unctione, esse unctus Dei et habere in se gratiam Christi possit. Porro autem eucharistia est unde baptizati unguntur oleum in altari sanctificatum. Sanctificare autem non potuit olei creaturam qui nec altare habuit nec ecclesiam. Unde nec unctio spiritalis apud hæreticos potest esse, quando constet oleum sanctificari et eucharistiam fieri apud illos omnino non posse. Scire autem et meminisse debemus scriptum esse: [l] *Oleum peccatoris non ungat caput meum*. quod ante in psalmis præmonuit spiritus sanctus, ne quis exorbitans et a via veritatis exerrans apud hæreticos et Christi adversarios ungeretur. Sed et pro baptizato quam precem facere potest sacerdos sacrilegus et peccator, cum scriptum sit: [m] *Deus peccatorem non audit; sed qui eum coluerit, et voluntatem ejus fecerit, illum audit.* Quis autem potest dare quod ipse non habeat, aut quomodo potest spiritalia agere qui ipse amiserit spiritum sanctum? Et idcirco baptizandus est et innovandus qui ad ecclesiam rudis venit, ut intus per sanctos sanctificetur, quia scriptum est: [n] *Sancti estote, quia et ego sanctus sum, dicit Dominus:* ut qui in errorem seductus est et foris tinctus in baptismo vero et ecclesiastico etiam hoc ipsum deponat quod homo ad Deum veniens, dum sacerdotem quærit, in sacrilegum fraude erroris incurrit. Cæterum probare est hæreticorum et schismaticorum baptisma consentire in id quod illi baptizaverint. Neque enim potest pars illic ina-

[l] Psal. cxl. 6. [m] Joan. ix. 31. [n] Levit. xix. 2. et xx. 26.

nis esse et pars prævalere. Si baptizare potuit, potuit et spiritum sanctum dare. Si autem spiritum sanctum dare non potest, quia foris constitutus cum sancto spiritu non est, nec baptizare venientem potest, quando et baptisma unum sit, et spiritus sanctus unus, et una ecclesia a Christo Domino super Petrum origine unitatis et ratione fundata. Ita fit ut cum omnia apud illos inania et falsa sint, nihil eorum quæ illi gesserint probari a nobis debeat. Quid enim potest ratum et firmum esse apud Deum quod illi faciunt quos Dominus hostes et adversarios suos dicit in evangelio suo ponens: [o] *Qui non est mecum adversum me est; et qui non mecum colligit, spargit.* Et beatus quoque apostolus Joannes mandata Domini et præcepta custodiens in epistola sua posuerit dicens: [p] *Audistis quia antichristus venit. Nunc autem antichristi multi facti sunt. Unde cognoscimus quia novissima hora est. Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum.* Unde nos quoque colligere et considerare debemus an qui adversarii sunt Domini, et appellati sunt antichristi, possint dare gratiam Christi. Quare qui cum Domino sumus, et unitatem Domini tenemus et secundum ejus dignationem sacerdotium ejus in ecclesia administramus, quæcunque adversarii ejus et antichristi faciunt repudiare et rejicere et pro prophanis habere debemus, et eis qui de errore et pravitate venientes agnoscunt unius ecclesiæ veram fidem, dare illis per omnia divinæ gratiæ sacramenta et unitatis et fidei veritatem. Optamus vos, fratres carissimi, semper bene valere.

[o] Luc. xi. 23. [p] 1 Joan. ii. 18, 19.

CARTHAGINIENSE CONCILIUM SUB CYPRIANO SEXTUM,

EX AFRICA PROVINCIA ET NUMIDIA,

QUOD DE BAPTISMO SECUNDUM EST,

ANNOQUE POST CHRISTUM NATUM 256 HABITUM.

Synodica hæc epistola ad Stephanum Urbis Romæ Episcopum, apud Cyprianum est LXXII. *et ad pag.* 128. *edit. Benedictinæ extat.*

Cyprianus et cæteri Stephano fratri salutem. Ad quædam disponenda et consilii communis examinatione limanda necesse habuimus, frater carissime, convenientibus in unum pluribus sacerdotibus cogere et celebrare concilium; in quo multa quidem prolata atque transacta sunt. Sed de eo vel maxime tibi scribendum et cum tua gravitate ac sapientia conferendum fuit quod magis pertineat et ad sacerdotalem auctoritatem et ad ecclesiæ catholicæ unitatem pariter ac dignitatem de divinæ dispositionis ordinatione venientem, eos qui sint foris extra ecclesiam tincti et apud hæreticos et schismaticos prophanæ aquæ labe maculati, quando ad nos atque ad ecclesiam, quæ una est, venerint, baptizari oportere, eo quod parum sit eis manum imponere ad accipiendum spiritum sanctum, nisi accipiant et ecclesiæ baptismum. Tunc enim demum plene sanctificari et esse filii Dei possunt, si sacramento utroque nascantur, cum scriptum sit: [q] *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non potest introire in regnum Dei.* Invenimus enim etiam in [r] actis apostolorum hoc esse ab apostolis custoditum et salutaris fidei veritate servatum, ut cum in domo Cornelii centurionis super ethnicos qui illic aderant fidei calore ferventes et in Dominum toto corde credentes descendisset spiritus sanctus, quo adim-

[q] Joan. iii. 5. [r] Act. x. 48.

pleti variis linguis Deum benedicerent, nihilominus tamen beatum apostolum Petrum divini præcepti atque evangelii memorem præcepisse ut baptizarentur iidem illi qui jam fuerant sancto spiritu pleni, ut nihil prætermissum videretur quo minus per omnia divini præcepti atque evangelii legem apostolica magisteria servarent. Baptismum autem non esse quo hæretici utuntur, nec quemquam apud eos qui Christo adversantur per gratiam Christi posse proficere diligenter nuper expressum est in epistola quæ ad Quintum collegam nostrum in Mauritania constitutum super ea re scripta est, item in litteris quas collegæ nostri ad coëpiscopos in Numidia præsidentes ante fecerunt; cujus utriusque epistolæ exempla subdimus hic. Addimus plane et adjungimus, frater carissime, consensu et auctoritate communi, ut etiam si qui presbyteri aut diaconi, qui vel in ecclesia catholica prius ordinati fuerint, et postmodum perfidi ac rebelles contra ecclesiam steterint, vel apud hæreticos a pseudoëpiscopis et antichristis contra Christi dispositionem prophana ordinatione promoti sint, et contra altare unum atque divinum sacrificia foris falsa ac sacrilega offerre conati sint, eos quoque hac conditione suscipi cum revertuntur ut communicent laïci, et satis habeant quod admittuntur ad pacem qui hostes pacis extiterint, nec debere eos revertentes ea apud nos ordinationis et honoris arma retinere quibus contra nos rebellaverint. Oportet enim sacerdotes et ministros qui altari et sacrificiis deserviunt integros atque immaculatos esse, cum Dominus Deus in Levitico loquatur et dicat: [s] *Homo in quo fuerit macula et vitium non accedet offerre dona Deo.* Item in Exodo hæc eadem præcipiat et dicat: [t] *Et sacerdotes qui accedunt ad Dominum Deum sanctificentur, ne forte derelinquat illos Dominus.* Et iterum: [u] *Et cum accedunt ministrare ad altare sancti, non adducent in*

[s] Levit. xxi. 21. [t] Exod. xix. 22. [u] Exod. xxviii. 43.

se delictum, ne moriantur. Quod autem majus potest esse delictum aut quæ macula deformior quam adversus Christum stetisse, quam ecclesiam ejus, quam ille sanguine suo paravit et condidit, dissipasse, quam evangelicæ pacis ac dilectionis oblitum contra unanimem et concordem Dei populum hostilis discordiæ furore pugnasse? Qui etsi ipsi postmodum ad ecclesiam redeunt, restituere tamen eos et secum revocare non possunt qui ab eis seducti et foris morte præventi extra ecclesiam sine communicatione et pace perierunt; quorum animæ in die judicii de ipsorum manibus expetentur qui perditionis auctores et duces extiterunt. Et idcirco satis est talibus revertentibus veniam dari. Non tamen debet in domo fidei perfidia promoveri. Nam quid bonis et innocentibus atque ab ecclesia non recedentibus reservamus, si eos qui a nobis recesserint et contra ecclesiam steterint honoramus? Hæc ad conscientiam tuam, frater carissime, et pro honore communi et pro simplici dilectione pertulimus, credentes etiam tibi pro religionis tuæ et fidei veritate placere quæ et religiosa pariter et vera sunt. Cæterum scimus quosdam quod semel imbiberint nolle deponere nec propositum suum facile mutare, sed salvo inter collegas pacis et concordiæ vinculo quædam propria quæ apud se semel sint usurpata retinere. Qua in re nec nos vim cuiquam facimus aut legem damus, quando habeat in ecclesiæ administratione voluntatis suæ arbitrium liberum unusquisque præpositus, rationem actus sui Domino redditurus. Optamus te, frater carissime, sempe bene valere.

CARTHAGINIENSE CONCILIUM SUB CYPRIANO SEPTIMUM,

EX TRIBUS AFRICÆ PROVINCIIS,

QUOD DE BAPTISMO TERTIUM EST,

ANNOQUE POST CHRISTUM NATUM 256 HABITUM.

Sententiæ Episcoporum LXXXVII. *de Hæreticis Baptizandis.*

Cum in unum Carthagini convenissent Kalendis Septembris episcopi plurimi ex provincia Africa, Numidia, Mauritania, cum presbyteris et diaconibus, præsente etiam plebis maxima parte, et lectæ essent litteræ Jubaiani ad Cyprianum factæ, item Cypriani ad Jubaianum rescriptæ, de hæreticis baptizandis, quidque postmodum Cypriano Jubaianus idem rescripserit, Cyprianus dixit: Audistis, collegæ dilectissimi, quid mihi Jubaianus coëpiscopus noster scripserit consulens mediocritatem nostram de illicito et prophano hæreticorum baptismo, et quid ego ei rescripserim, censens scilicet, quod semel atque iterum et sæpe censuimus, hæreticos ad ecclesiam venientes ecclesiæ baptismo baptizari et sanctificari oportere. Item lectæ sunt vobis et aliæ Jubaiani litteræ, quibus pro sua sincera et religiosa devotione ad epistolam nostram rescribens, non tantum consensit, sed etiam instructum se esse confessus gratias egit. Superest ut de hac ipsa re singuli quid sentiamus proferamus, neminem judicantes, aut a jure communicationis aliquem, si diversum senserit, amoventes. Neque enim quisquam nostrum episcopum se episcoporum constituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos adigit, quando habeat omnis episcopus pro licentia libertatis et potestatis suæ arbitrium proprium, tamque judicari ab

alio non possit quam nec ipse potest alterum judicare. Sed expectemus universi judicium Domini nostri Jesu Christi, qui unus et solus habet potestatem et præponendi nos in ecclesiæ suæ gubernatione et de actu nostro judicandi.

Cæcilius a Bilta dixit. Ego unum baptisma in ecclesia solum scio, et extra ecclesiam nullum. Hic erit unum ubi spes vera est et fides certa. Sic enim scriptum est: [1] *Una fides, una spes, unum baptisma*, non apud hæreticos, ubi spes nulla est et fides falsa, ubi omnia per mendacium geruntur, ubi exorcizat dæmoniacus, sacramentum interrogat, cujus os et verba cancer emittunt, fidem dat infidelis, veniam delictorum tribuit sceleratus, et in nomine Christi tingit antichristus, benedicit a Deo maledictus, vitam pollicetur mortuus, pacem dat impacificus, Deum invocat blasphemus, sacerdotium administrat prophanus, ponit altare sacrilegus. Ad hæc omnia accedit et illud malum, ut antistites diaboli audeant eucharistiam facere; aut qui illis assistunt dicant hæc omnia falsa esse de hæreticis. Ecce ad qualia cogitur ecclesia consentire, et sine baptismo ac venia delictorum communicare compellitur. Quam rem, fratres, fugere ac vitare debemus et a tanto scelere nos separare, et unum baptisma tenere, quod soli ecclesiæ a Domino concessum est.

Primus a Misgirpa dixit. Censeo omnem hominem ab hæresi venientem baptizandum. Frustra enim illic putat se esse baptizatum, cum non sit baptisma nisi in ecclesia unum et verum: quia et Deus unus, et fides una, et ecclesia una est, in qua stat unum baptisma et sanctitas et cætera. Nam quæ foris excercentur nullum habent salutis effectum.

Polycarpus ab Adrumeto dixit. Qui hæreticorum baptisma probant nostrum evacuant.

[1] Ephes. iv. 5.

Novatus a Thamugade dixit. Licet sciamus omnes scripturas testimonium reddere de salutari baptismo, debemus tamen fidem nostram exprimere, hæreticos et schismaticos ad ecclesiam venientes, qui pseudobaptizati videntur, debere eos in fonte perenni baptizari, et ideo secundum testimonium scripturarum et secundum decretum collegarum nostrorum sanctissimæ memoriæ virorum omnes schismaticos et hæreticos qui ad ecclesiam conversi sunt baptizari, sed et eos qui ordinati videbantur, inter laicos recipi.

Nemesianus a Thubunis dixit. Baptisma quod dant hæretici et schismatici non esse verum ubique in scripturis sanctis declaratum est: quoniam ipsi præpositi eorum falsi Christi sunt et falsi prophetæ, dicente Domino per Salomonem: [y] *Qui fidens est in falsis, hic pascit ventos, idem autem ipse sequitur aves volantes. Deserit enim vias vineæ suæ, a semitis vero agelli sui erravit. Ingreditur autem per avia loca atque arida et terram destinatam in sitim, contrahit autem manibus infructuosa.* Et iterum: *Ab aqua aliena abstine te, et de fonte extraneo ne biberis, ut longum vivas tempus, adjiciantur etiam tibi anni vitæ.* Et in evangelio divina sua voce Dominus noster Jesus Christus locutus est dicens: [z] *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu non potest introire in regnum Dei.* Hic est spiritus qui ab initio ferebatur super aquas. Neque enim spiritus sine aqua operari potest, neque aqua sine spiritu. Male ergo sibi quidam interpretantur ut dicant quod per manus impositionem spiritum sanctum accipiant et sic recipiantur, cum manifestum sit utroque sacramento debere eos renasci in ecclesia catholica. Tunc quippe poterunt filii Dei esse, dicente apostolo: [a] *Curantes servare unitatem spiritus in conjunctione pacis, unum corpus, et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ, unus*

[y] Prov. ix. 12, 18. sec. LXX. [z] Joan. iii. 5. [a] Ephes. iv. 3, 4.

Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus. Hæc omnia ecclesia catholica loquitur. Et iterum in evangelio dicit Dominus: [b] *Quod natum est de carne caro est, et quod natum est de spiritu spiritus est; quia Deus spiritus est, et de Deo natus est.* Ergo omnes hæretici et schismatici omnia quæcunqne faciunt carnalia sunt, dicente apostolo: [c] *Manifesta enim sunt opera carnis, quæ sunt, fornicationes, immunditiæ, incestum, idololatriæ, veneficia, inimicitiæ, certamina, zelus, ira, divisiones, hæreses, et his similia; de quibus prædixi vobis, sicut prædico, quoniam quicunque hæc faciunt regnum Dei non hereditabunt.* Condemnat itaque apostolus cum omnibus malis et eos qui divisionem faciunt, hoc est schismaticos et hæreticos. Nisi ergo acceperint baptisma salutare in ecclesia catholica, quæ una est, salvi esse non possunt, sed cum carnalibus in judicio Domini Christi damnabuntur.

Januarius a Lambese dixit. Secundum scripturarum sanctarum auctoritatem decerno hæreticos omnes baptizandos, et sic in ecclesiam sanctam admittendos.

Lucius a Castra Galbæ dixit. Cum Dominus in evangelio suo dixerit, [d] *Vos estis sal terræ, si autem sal infatuatum fuerit, in quo salietur? ex eo ad nihilum valebit nisi ut projiciatur foras et conculcetur ab hominibus,* et iterum post resurrectionem suam mittens apostolos suos mandaverit dicens, [e] *Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra. Ite, et docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti.* Cum ergo manifestum sit hæreticos, id est hostes Christi, non integram sacramenti confessionem habere, item schismaticos non posse condire sapientia spiritali, cum ipsi ab ecclesia, quæ una est, recedendo infatuati contrarii facti sint, fiat sicut scriptum est, *Domus contrariorum legis debet emundationem,* et consequens est eos qui a contrariis bapti-

[b] Joan. iii. 6.
[c] Gal. v. 19, 20, 21.
[d] Matth. v. 13.
[e] Matth. xxviii. 18, 19.

zati inquinati sunt primo purgari et tunc demum baptizari.

Crescens a Cirta dixit. In tanto cœtu sanctissimorum consacerdotum lectis litteris Cypriani dilectissimi nostri ad Jubaianum, itemque ad Stephanum, quæ tantum in se sanctorum testimoniorum descendentium ex scripturis deificis continent ut merito omnes per Dei gratiam adunati consentire debeamus, censeo omnes hæreticos et schismaticos qui ad catholicam ecclesiam voluerint venire non ante ingredi nisi exorcizati et baptizati prius fuerint, exceptis his sane qui in ecclesia catholica fuerint ante baptizati, ita tamen ut per manus impositionem in pœnitentiam ecclesiæ reconcilientur.

Nicomedes a Segermis dixit. Mea sententia hæc est, ut hæretici ad ecclesiam venientes baptizentur, eo quod nullam foris apud peccatores remissionem peccatorum consequantur.

Munnulus a Girba dixit. Ecclesiæ catholicæ matris nostræ veritas semper apud nos, fratres, et mansit et manet, et vel maxime in baptismatis trinitate, Domino nostro dicente: [f] *Ite et baptizate gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti.* Cum ergo manifeste sciamus hæreticos non habere nec patrem nec filium nec spiritum sanctum, debent venientes ad ecclesiam matrem nostram vere renasci et baptizari, ut cancer quod habebant et damnationis ira et erroris offectura per sanctum et cæleste lavacrum sanctificetur.

Secundinus a Cedias dixit. Cum Dominus noster Christus dicat, [g] *Qui non est mecum adversus me est,* et [h] Joannes apostolus eos qui ab ecclesia exeunt antichristos dicat, indubitanter hostes Christi, quique antichristi nominati sunt, gratiam baptismi salutaris ministrare non possunt. Et ideo censeo eos qui de insidiis hæreticorum

[f] Matth. xxviii. 19. [g] Matth. xii. 30. [h] 1 Joan. ii. 18, 19.

remissionem peccatorum per sanctam ecclesiam, intelligimus remissionem peccatorum non nisi in ecclesia dari, apud hæreticos autem, ubi ecclesia non sit, non posse peccata dimitti. Itaque qui hæreticos baptizare posse asserunt, aut interrogationem mutent, aut vindicent veritatem, nisi si eis et ecclesiam tribuunt quos baptisma habere contendunt. Ungi quoque necesse est eum qui baptizatus sit, ut accepto chrismate, id est, unctione, esse unctus Dei et habere in se gratiam Christi possit. Porro autem eucharistia est unde baptizati unguntur oleum in altari sanctificatum. Sanctificare autem non potuit olei creaturam qui nec altare habuit nec ecclesiam. Unde nec unctio spiritalis apud hæreticos potest esse, quando constet oleum sanctificari et eucharistiam fieri apud illos omnino non posse. Scire autem et meminisse debemus scriptum esse: [l] *Oleum peccatoris non ungat caput meum.* quod ante in psalmis præmonuit spiritus sanctus, ne quis exorbitans et a via veritatis exerrans apud hæreticos et Christi adversarios ungeretur. Sed et pro baptizato quam precem facere potest sacerdos sacrilegus et peccator, cum scriptum sit: [m] *Deus peccatorem non audit; sed qui eum coluerit, et voluntatem ejus fecerit, illum audit.* Quis autem potest dare quod ipse non habeat, aut quomodo potest spiritalia agere qui ipse amiserit spiritum sanctum? Et idcirco baptizandus est et innovandus qui ad ecclesiam rudis venit, ut intus per sanctos sanctificetur, quia scriptum est: [n] *Sancti estote, quia et ego sanctus sum, dicit Dominus:* ut qui in errorem seductus est et foris tinctus in baptismo vero et ecclesiastico etiam hoc ipsum deponat quod homo ad Deum veniens, dum sacerdotem quærit, in sacrilegum fraude erroris incurrit. Cæterum probare est hæreticorum et schismaticorum baptisma consentire in id quod illi baptizaverint. Neque enim potest pars illic ina-

[l] Psal. cxl. 6. [m] Joan. IX. 31. [n] Levit. xix. 2. et xx. 26.

nis esse et pars prævalere. Si baptizare potuit, potuit et spiritum sanctum dare. Si autem spiritum sanctum dare non potest, quia foris constitutus cum sancto spiritu non est, nec baptizare venientem potest, quando et baptisma unum sit, et spiritus sanctus unus, et una ecclesia a Christo Domino super Petrum origine unitatis et ratione fundata. Ita fit ut cum omnia apud illos inania et falsa sint, nihil eorum quæ illi gesserint probari a nobis debeat. Quid enim potest ratum et firmum esse apud Deum quod illi faciunt quos Dominus hostes et adversarios suos dicit in evangelio suo ponens: [o] *Qui non est mecum adversum me est; et qui non mecum colligit, spargit.* Et beatus quoque apostolus Joannes mandata Domini et præcepta custodiens in epistola sua posuerit dicens: [p] *Audistis quia antichristus venit. Nunc autem antichristi multi facti sunt. Unde cognoscimus quia novissima hora est. Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum.* Unde nos quoque colligere et considerare debemus an qui adversarii sunt Domini, et appellati sunt antichristi, possint dare gratiam Christi. Quare qui cum Domino sumus, et unitatem Domini tenemus et secundum ejus dignationem sacerdotium ejus in ecclesia administramus, quæcunque adversarii ejus et antichristi faciunt repudiare et rejicere et pro prophanis habere debemus, et eis qui de errore et pravitate venientes agnoscunt unius ecclesiæ veram fidem, dare illis per omnia divinæ gratiæ sacramenta et unitatis et fidei veritatem. Optamus vos, fratres carissimi, semper bene valere.

[o] Luc. xi. 23. [p] 1 Joan. ii. 18, 19.

consistentibus fratribus in Domino salutem. Cum in unum convenissemus, legimus litteras vestras, fratres dilectissimi, quas ad nos per Felicem et Sabinum coëpiscopos nostros pro fidei vestræ integritate et pro Dei timore fecistis, significantes Basilidem et Martialem libellis idololatriæ commaculatos et nefandorum facinorum conscientia vinctos episcopatum gerere et sacerdotium Dei administrare non oportere; et desiderastis rescribi ad hæc vobis, et justam pariter ac necessariam sollicitudinem vestram vel solatio vel auxilio nostræ sententiæ sublevari. Sed enim desiderio huic vestro non tam nostra consilia quam divina præcepta respondent, quibus jampridem mandatur voce cælesti, et Dei lege præscribitur quos et quales oporteat deservire altari et sacrificia divina celebrare. In Exodo namque ad Moysem Deus loquitur et monet dicens: [m] *Sacerdotes qui accedunt ad Dominum Deum sanctificentur, ne forte derelinquat illos Dominus.* Et iterum: [n] *Et cum accedunt ministrare ad altare sancti, non adducent in se delictum, ne moriantur.* Item in Levitico præcipit Dominus et dicit: [o] *Homo in quo fuerit macula et vitium non accedet offerre dona Deo.* Quæ cum prædicta et manifestata sint nobis, præceptis divinis necesse est obsequia nostra deserviant; nec personam in ejusmodi rebus accipere aut aliquid cuiquam largiri potest humana indulgentia ubi intercedit et legem tribuit divina præscriptio. Neque enim immemores esse debemus quid ad Judæos per Esaïam prophetam locutus sit Dominus increpans et indignans quod, contemptis divinis præceptis, humanas doctrinas sequerentur. [p] *Populus iste,* inquit, *labiis suis honorificat me, cor vero eorum longe separatum est a me. Sine causa autem colunt me, mandata et doctrinas hominum docentes.* Quod item Dominus in evangelio repetit et dicit:

[m] Exod. xix. 22.
[n] Exod. xxviii. 43.
[o] Levit. xxi. 17.
[p] Esai. xxix. 13.

[q] *Rejicitis mandatum Dei ut traditionem vestram statuatis.* Quæ ante oculos habentes et sollicite ac religiose considerantes, in ordinationibus sacerdotum non nisi immaculatos et integros antistites eligere debemus, qui sancte et digne sacrificia Deo offerentes audiri in precibus possint quas faciunt pro plebis dominicæ incolumitate, cum scriptum sit: [r] *Deus peccatorem non audit; sed si quis Deum coluerit et voluntatem ejus fecerit, illum audit.* Propter quod plena diligentia et exploratione sincera oportet eos ad sacerdotium Dei deligi quos a Deo constet audiri. Nec sibi plebs blandiatur quasi immunis esse a contagio delicti possit cum sacerdote peccatore communicans et ad injustum atque illicitum præpositi sui episcopatum consensum suum commodans, quando per Osee prophetam comminetur et dicat censura divina, [s] *Sacrificia eorum tanquam panis luctus, omnes qui manducant ea contaminabuntur,* docens scilicet et ostendens omnes omnino ad peccatum constringi qui fuerint prophani et injusti sacerdotis sacrificio contaminati. [t] Quod item in Numeris manifestari invenimus, quando Chore et Dathan et Abiron contra Aaron sacerdotem sacrificandi sibi licentiam vindicaverunt. Illic quoque per Moysem præcepit Dominus ut ab eis populus separetur, ne facinorosis conjunctus eodem facinore et ipse perstringatur. *Separamini,* inquit, *a tabernaculis horum hominum durissimorum, et nolite tangere ea quæ ad eos pertinent, ne simul pereatis in peccato eorum.* Propter quod plebs obsequens præceptis dominicis et Deum metuens a peccatore præposito separare se debet, nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere, quando ipsa maxime habeat potestatem vel eligendi dignos sacerdotes vel indignos recusandi. Quod et ipsum videmus de divina auctoritate descendere, ut sacerdos plebe præsente sub omnium oculis deligatur et dignus atque ido-

[q] Marc. vii. 13. [r] Joan. ix. 31. [s] Osee ix. 4. [t] Num. xvi. 26.

neus publico judicio ac testimonio comprobetur, sicut in Numeris Dominus Moysi præcepit dicens: [t] *Apprehende Aaron fratrem tuum et Eleazarum filium ejus, et impones eos in montem coram omni synagoga, et exue Aaron stolam ejus, et indue Eleazarum filium ejus, et Aaron appositus moriatur illic.* Coram omni synagoga jubet Deus constitui sacerdotem, id est, instruit et ostendit ordinationes sacerdotales non nisi sub populi assistentis conscientia fieri oportere, ut plebe præsente vel detegantur malorum crimina vel bonorum merita prædicentur, et sit ordinatio justa et legitima quæ omnium suffragio et judicio fuerit examinata. Quod postea secundum divina magisteria observatur in actis apostolorum, quando de ordinando in locum Judæ apostolo Petrus ad plebem loquitur. [u] *Surrexit,* inquit, *Petrus in medio discentium, fuit autem turba in uno.* Nec hoc in episcoporum tantum et sacerdotum, sed et in diaconorum ordinationibus observasse apostolos animadvertimus, de quo et ipso in actis eorum scriptum est: [x] *Et convocaverunt,* inquit, *illi duodecim totam plebem discipulorum, et dixerunt eis.* Quod utique idcirco tam diligenter et caute convocata plebe tota gerebatur, ne quis ad altaris ministerium vel ad sacerdotalem locum indignus obreperet. Ordinari enim nonnunquam indignos non secundum Dei voluntatem, sed secundum humanam præsumptionem, et hæc Deo displicere quæ non veniant ex legitima et justa ordinatione, Deus ipse manifestat per Osee prophetam dicens: [y] *Sibimetipsis constituerunt regem, et non per me.* Propter quod diligenter de traditione divina et apostolica observatione servandum est et tenendum quod apud nos quoque et fere per provincias universas tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas ad eam plebem cui præpositus ordinatur, episcopi ejusdem provinciæ proximi quique conveniant, et

[t] Num. xx. 25, 26. [u] Act. i. 15. [x] Act. vi. 2. [y] Osee viii. 4.

episcopus deligatur plebe præsente, quæ singulorum vitam plenissime novit et uniuscujusque actum de ejus conversatione perspexit. Quod et apud vos factum videmus in Sabini collegæ nostri ordinatione, ut de universæ fraternitatis suffragio et de episcoporum qui in præsentia convenerant, quique de eo ad vos litteras fecerant, judicio episcopatus ei deferretur et manus ei in locum Basilidis imponeretur. Nec rescindere ordinationem jure perfectam potest quod Basilides post crimina sua detecta et conscientiam etiam propria confessione nudatam Romam pergens Stephanum collegam nostrum longe positum et gestæ rei ac veritatis ignarum fefellit, ut exambiret reponi se injuste in episcopatum de quo fuerat jure depositus. Hoc eo pertinet ut Basilidis non tam abolita sint quam cumulata delicta, ut ad superiora peccata ejus etiam fallaciæ et circumventionis crimen accesserit. Neque enim tam culpandus est ille cui negligenter obreptum est quam hic execrandus qui fraudulenter obrepsit. Obrepere autem si hominibus Basilides potuit, Deo non potest, cum scriptum sit: [z] *Deus non deridetur.* Sed nec Martiali potest profuisse fallacia quo minus ipse quoque delictis gravibus involutus episcopatum tenere non debeat, quando et apostolus moneat et dicat: [a] *Episcopum oportet esse sine crimine, quasi Dei dispensatorem.* Quapropter cum, sicut scripsistis, fratres dilectissimi, et ut Felix et Sabinus collegæ nostri asseverant, utque alius Felix de Cæsaraugusta fidei cultor ac defensor veritatis litteris suis significat, Basilides et Martialis nefando idololatriæ libello contaminati sint, Basilides adhuc insuper, præter libelli maculam, cum in infirmitate decumberet, in Deum blasphemaverit et se blasphemasse confessus sit, et episcopatum pro conscientiæ suæ vulnere sponte deponens ad agendam pœnitentiam conversus sit, Deum deprecans, et satis gratulans si sibi

[z] Gal. vi. 7. [a] Tit. i. 7.

vel laïco communicare contingeret, Martialis quoque præter gentilium turpia et lutulenta convivia in collegio diu frequentata et filios in eodem collegio exterarum gentium more apud prophana sepulchra depositos et alienigenis consepultos, actis etiam publice habitis apud procuratorem ducenarium obtemperasse se idololatriæ et Christum negasse contestatus sit, cumque alia multa sint et gravia delicta quibus Basilides et Martialis implicati tenentur, frustra tales episcopatum sibi usurpare conantur, cum manifestum sit ejusmodi homines nec ecclesiæ Christi posse præesse nec Deo sacrificia offerre debere; maxime cum jampridem nobiscum et cum omnibus omnino episcopis in toto mundo constitutis etam Cornelius collega noster sacerdos pacificus ac justus, et martyrio quoque dignatione Domini honoratus, decreverit ejusmodi homines ad pœnitentiam quidem agendam posse admitti, ab ordinatione autem cleri atque sacerdotali honore prohiberi. Nec vos moveat, fratres dilectissimi, si apud quosdam in novissimis temporibus aut lubrica fides nutat, aut Dei timor irreligiosus (f. relig.) vacillat, aut pacifica concordia non perseverat. Prænuntiata sunt hæc futura in sæculi fine, et Domini voce atque apostolorum contestatione prædictum est deficiente jam mundo, atque appropinquante antichristo, bona quæque deficere, mala vero et adversa proficere. Non sic tamen, quamvis novissimis temporibus, in ecclesia Dei aut evangelicus vigor cecidit, aut Christianæ virtutis aut fidei robur elanguit, ut non supersit portio sacerdotum quæ minime ad has rerum ruinas et fidei naufragia succumbat, sed fortis et stabilis honorem divinæ majestatis et sacerdotalem dignitatem plena timoris observatione tueatur. Meminimus et tenemus, succumbentibus licet et cedentibus cæteris, [a] Mathathiam, legem Dei vindicasse fortiter, [b] Heliam, Judæis deficientibus atque a religione

[a] 1 Mach. ii. 19, 20. [b] 3 Reg. xix. 10.

divina recedentibus, stetisse et certasse sublimiter, [c] Danielem nec solitudine regionis alienæ nec persecutionis assiduæ infestatione deterritum frequenter ac fortiter gloriosa dedisse martyria, [d] tres item pueros nec annis nec minis fractos contra ignes Babylonios fideliter obstitisse et victorem regem in ipsa sua captivitate vicisse. Viderit vel prævaricatorum numerus vel proditorum qui nunc in ecclesia contra ecclesiam surgere et fidem pariter ac veritatem labefactare cœperunt. Permanet apud plurimos sincera mens et religio integra, et non nisi Domino et Deo suo anima devota, nec christianam fidem aliena perfidia deprimit ad ruinam, sed magis excitat et exaltat ad gloriam, secundum quod beatus apostolus Paulus hortatur et dicit: [e] *Quid enim si exciderunt a fide quidam eorum, numquid infidelitas illorum fidem Dei evacuavit? Absit. Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax.* Si autem omnis homo mendax est et solus Deus verax, quid aliud servi, et maxime sacerdotes Dei, facere debemus nisi ut humanos errores et mendacia relinquamus, et præcepta dominica custodientes in Dei veritate maneamus? Quare etsi aliqui de collegis nostris extiterint, fratres dilectissimi, qui deificam disciplinam negligendam putant et cum Basilide et Martiale temere communicant, conturbare fidem nostram res ista non debet, cum spiritus sanctus in psalmis talibus comminetur dicens: [f] *Tu autem odisti disciplinam, et abjecisti sermones meos retro. Si videbas furem, concurrebas ei, et cum adulteris portionem tuam ponebas.* Consortes et participes ostendit eos alienorum delictorum fieri qui fuerint delinquentibus copulati. Sed et hoc idem Paulus apostolus scribit et dicit: [g] *Susurratores, detractores, abhorrentes Deo, injuriosi, superbi, jactantes sui, adinventores malorum, qui cum justitiam Dei cognovissent, non intellex-*

[c] Dan. vi. 10, 21, 22. [d] Dan. iii. 18. [e] Rom. iii. 3, 4.
[f] Psal. xlix. 17, 18. [g] Rom. i. 30, 31, 32.

erunt, quoniam qui talia agunt morte sunt digni, non tantum qui faciunt ea, sed et qui consentiunt eis qui hæc agunt: quoniam qui talia, inquit, *agunt, morte sunt digni.* Manifestat et comprobat morte dignos esse et ad pœnam venire, non tantum illos qui mala faciunt, sed etiam eos qui talia agentibus consentiunt, qui dum malis et peccatoribus et pœnitentiam non agentibus illicita communicatione miscentur, nocentium contractibus polluuntur, et dum junguntur in culpa, sic nec in pœna separantur. Propter quod integritatis et fidei vestræ religiosam sollicitudinem, fratres dilectissimi, et laudamus pariter et probamus; et quantum possumus adhortamur litteris nostris, ne vos cum prophanis et maculatis sacerdotibus communicatione sacrilega misceatis, sed integram et sinceram fidei vestræ firmitatem religioso timore servetis. Opto vos, fratres carissimi, semper bene valere.

CARTHAGINIENSE CONCILIUM SUB CYPRIANO QUINTUM,

DE BAPTISMO PRIMUM,

ANNO POST CHRISTUM NATUM 255 HABITUM.

Synodica hæc Epistola ad Numidiæ Episcopos, inter Cypriani Epistolas est LXX. *et ad pag.* 124. *edit. Benedictinæ extat.*

Cyprianus, Liberalis, Caldonius, Junius, Primus, Cæcilius, Polycarpus, Nicomedes, Felix, Marrutius, Successus, Lucianus, Honoratus, Fortunatus, Victor, Donatus, Lucius, Herculanus, Pomponius, Demetrius, Quintus, Saturninus, Marcus, alius Saturninus, alius Donatus, Rogatianus, Sedatus, Tertullus, Hortensianus, item alius Saturnius, Sattius Januario, Saturnino, Maximo, Victori, alio Victori, Cassio, Proculo, Modiano, Cittino, Gargi-

lio, Eutyciano, alio Gargilio, alio Saturnino, Nemesiano, Nampulo, Antoniano, Rogatiano, Honorato fratribus salutem. Cum simul in concilio essemus, fratres carissimi, legimus litteras vestras quas ad nos fecistis de iis qui apud hæreticos et schismaticos baptizati videntur, an ad ecclesiam catholicam, quæ una et vera est, venientes baptizari debeant. De qua re quamquam et ipsi illic veritatem et firmitatem catholicæ regulæ teneatis, tamen quoniam consulendos nos pro communi dilectione existimastis, sententiam nostram non novam promimus, sed jampridem ab antecessoribus nostris statutam et a nobis observatam vobiscum pari consensione conjungimus, (vid. not.) censentes scilicet et pro certo tenentes neminem foris baptizari extra ecclesiam posse, cum sit baptisma unum in sancta ecclesia constitutum, et scriptum sit Domino dicente: [h] *Me derelinquerunt fontem aquæ vivæ, et effoderunt sibi lacus detritos qui non possunt aquam portare.* Et iterum divina scriptura moneat et dicat: [i] *Ab aqua aliena abstine te, et a fonte aquæ alienæ ne biberis.* Oportet ergo mundari et sanctificari aquam prius a sacerdote, ut possit baptismo suo peccata hominis qui baptizatur abluere; quia per Ezechielem prophetam Dominus dicit: [k] *Et aspergam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus immunditiis vestris, et ab omnibus simulacris vestris emundabo vos, et dabo vobis cor novum, et spiritum novum dabo in vobis.* Quomodo autem mundare et sanctificare aquam potest qui ipse immundus est et apud quem spiritus sanctus non est, cum Dominus dicat in Numeris: [l] *Et omnia quæcunque tetigerit immundus immunda erunt.* Aut quomodo baptizans dare alteri remissam peccatorum potest qui ipse sua peccata deponere extra ecclesiam non potest? Sed et ipsa interrogatio quæ fit in baptismo testis est veritatis. Nam cum dicimus, *Credis in vitam æternam et*

[h] Hier. ii. 13.
[i] Prov. ix. 18. sec. LXX.
[k] Ezech. xxxvi. 25, 26.
[l] Num. xix. 22.

remissionem peccatorum per sanctam ecclesiam, intelligimus remissionem peccatorum non nisi in ecclesia dari, apud hæreticos autem, ubi ecclesia non sit, non posse peccata dimitti. Itaque qui hæreticos baptizare posse asserunt, aut interrogationem mutent, aut vindicent veritatem, nisi si eis et ecclesiam tribuunt quos baptisma habere contendunt. Ungi quoque necesse est eum qui baptizatus sit, ut accepto chrismate, id est, unctione, esse unctus Dei et habere in se gratiam Christi possit. Porro autem eucharistia est unde baptizati unguntur oleum in altari sanctificatum. Sanctificare autem non potuit olei creaturam qui nec altare habuit nec ecclesiam. Unde nec unctio spiritalis apud hæreticos potest esse, quando constet oleum sanctificari et eucharistiam fieri apud illos omnino non posse. Scire autem et meminisse debemus scriptum esse: [l] *Oleum peccatoris non ungat caput meum.* quod ante in psalmis præmonuit spiritus sanctus, ne quis exorbitans et a via veritatis exerrans apud hæreticos et Christi adversarios ungeretur. Sed et pro baptizato quam precem facere potest sacerdos sacrilegus et peccator, cum scriptum sit: [m] *Deus peccatorem non audit; sed qui eum coluerit, et voluntatem ejus fecerit, illum audit.* Quis autem potest dare quod ipse non habeat, aut quomodo potest spiritalia agere qui ipse amiserit spiritum sanctum? Et idcirco baptizandus est et innovandus qui ad ecclesiam rudis venit, ut intus per sanctos sanctificetur, quia scriptum est: [n] *Sancti estote, quia et ego sanctus sum, dicit Dominus:* ut qui in errorem seductus est et foris tinctus in baptismo vero et ecclesiastico etiam hoc ipsum deponat quod homo ad Deum veniens, dum sacerdotem quærit, in sacrilegum fraude erroris incurrit. Cæterum probare est hæreticorum et schismaticorum baptisma consentire in id quod illi baptizaverint. Neque enim potest pars illic ina-

[l] Psal. cxl. 6. [m] Joan. ix. 31. [n] Levit. xix. 2. et xx. 26.

nis esse et pars prævalere. Si baptizare potuit, potuit et spiritum sanctum dare. Si autem spiritum sanctum dare non potest, quia foris constitutus cum sancto spiritu non est, nec baptizare venientem potest, quando et baptisma unum sit, et spiritus sanctus unus, et una ecclesia a Christo Domino super Petrum origine unitatis et ratione fundata. Ita fit ut cum omnia apud illos inania et falsa sint, nihil eorum quæ illi gesserint probari a nobis debeat. Quid enim potest ratum et firmum esse apud Deum quod illi faciunt quos Dominus hostes et adversarios suos dicit in evangelio suo ponens: [o] *Qui non est mecum adversum me est; et qui non mecum colligit, spargit.* Et beatus quoque apostolus Joannes mandata Domini et præcepta custodiens in epistola sua posuerit dicens: [p] *Audistis quia antichristus venit. Nunc autem antichristi multi facti sunt. Unde cognoscimus quia novissima hora est. Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum.* Unde nos quoque colligere et considerare debemus an qui adversarii sunt Domini, et appellati sunt antichristi, possint dare gratiam Christi. Quare qui cum Domino sumus, et unitatem Domini tenemus et secundum ejus dignationem sacerdotium ejus in ecclesia administramus, quæcunque adversarii ejus et antichristi faciunt repudiare et rejicere et pro prophanis habere debemus, et eis qui de errore et pravitate venientes agnoscunt unius ecclesiæ veram fidem, dare illis per omnia divinæ gratiæ sacramenta et unitatis et fidei veritatem. Optamus vos, fratres carissimi, semper bene valere.

[o] Luc. xi. 23. [p] 1 Joan. ii. 18, 19.

CARTHAGINIENSE CONCILIUM SUB CYPRIANO SEXTUM,

EX AFRICA PROVINCIA ET NUMIDIA,

QUOD DE BAPTISMO SECUNDUM EST,

ANNOQUE POST CHRISTUM NATUM 256 HABITUM.

Synodica hæc epistola ad Stephanum Urbis Romæ Episcopum, apud Cyprianum est LXXII. *et ad pag.* 128. *edit. Benedictinæ extat.*

Cyprianus et cæteri Stephano fratri salutem. Ad quædam disponenda et consilii communis examinatione limanda necesse habuimus, frater carissime, convenientibus in unum pluribus sacerdotibus cogere et celebrare concilium; in quo multa quidem prolata atque transacta sunt. Sed de eo vel maxime tibi scribendum et cum tua gravitate ac sapientia conferendum fuit quod magis pertineat et ad sacerdotalem auctoritatem et ad ecclesiæ catholicæ unitatem pariter ac dignitatem de divinæ dispositionis ordinatione venientem, eos qui sint foris extra ecclesiam tincti et apud hæreticos et schismaticos prophanæ aquæ labe maculati, quando ad nos atque ad ecclesiam, quæ una est, venerint, baptizari oportere, eo quod parum sit eis manum imponere ad accipiendum spiritum sanctum, nisi accipiant et ecclesiæ baptismum. Tunc enim demum plene sanctificari et esse filii Dei possunt, si sacramento utroque nascantur, cum scriptum sit: [q] *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non potest introire in regnum Dei.* Invenimus enim etiam in [r] actis apostolorum hoc esse ab apostolis custoditum et salutaris fidei veritate servatum, ut cum in domo Cornelii centurionis super ethnicos qui illic aderant fidei calore ferventes et in Dominum toto corde credentes descendisset spiritus sanctus, quo adim-

[q] Joan. iii. 5. [r] Act. x. 48.

pleti variis linguis Deum benedicerent, nihilominus tamen beatum apostolum Petrum divini præcepti atque evangelii memorem præcepisse ut baptizarentur iidem illi qui jam fuerant sancto spiritu pleni, ut nihil prætermissum videretur quo minus per omnia divini præcepti atque evangelii legem apostolica magisteria servarent. Baptismum autem non esse quo hæretici utuntur, nec quemquam apud eos qui Christo adversantur per gratiam Christi posse proficere diligenter nuper expressum est in epistola quæ ad Quintum collegam nostrum in Mauritania constitutum super ea re scripta est, item in litteris quas collegæ nostri ad coëpiscopos in Numidia præsidentes ante fecerunt; cujus utriusque epistolæ exempla subdimus hic. Addimus plane et adjungimus, frater carissime, consensu et auctoritate communi, ut etiam si qui presbyteri aut diaconi, qui vel in ecclesia catholica prius ordinati fuerint, et postmodum perfidi ac rebelles contra ecclesiam steterint, vel apud hæreticos a pseudoëpiscopis et antichristis contra Christi dispositionem prophana ordinatione promoti sint, et contra altare unum atque divinum sacrificia foris falsa ac sacrilega offerre conati sint, eos quoque hac conditione suscipi cum revertuntur ut communicent laïci, et satis habeant quod admittuntur ad pacem qui hostes pacis extiterint, nec debere eos revertentes ea apud nos ordinationis et honoris arma retinere quibus contra nos rebellaverint. Oportet enim sacerdotes et ministros qui altari et sacrificiis deserviunt integros atque immaculatos esse, cum Dominus Deus in Levitico loquatur et dicat: [s] *Homo in quo fuerit macula et vitium non accedet offerre dona Deo.* Item in Exodo hæc eadem præcipiat et dicat: [t] *Et sacerdotes qui accedunt ad Dominum Deum sanctificentur, ne forte derelinquat illos Dominus.* Et iterum: [u] *Et cum accedunt ministrare ad altare sancti, non adducent in*

[s] Levit. xxi. 21. [t] Exod. xix. 22. [u] Exod. xxviii. 43.

se delictum, ne moriantur. Quod autem majus potest esse delictum aut quæ macula deformior quam adversus Christum stetisse, quam ecclesiam ejus, quam ille sanguine suo paravit et condidit, dissipasse, quam evangelicæ pacis ac dilectionis oblitum contra unanimem et concordem Dei populum hostilis discordiæ furore pugnasse? Qui etsi ipsi postmodum ad ecclesiam redeunt, restituere tamen eos et secum revocare non possunt qui ab eis seducti et foris morte præventi extra ecclesiam sine communicatione et pace perierunt; quorum animæ in die judicii de ipsorum manibus expetentur qui perditionis auctores et duces extiterunt. Et idcirco satis est talibus revertentibus veniam fieri. Non tamen debet in domo fidei perfidia promoveri. Nam quid bonis et innocentibus atque ab ecclesia non recedentibus reservamus, si eos qui a nobis recesserint et contra ecclesiam steterint honoramus? Hæc ad conscientiam tuam, frater carissime, et pro honore communi et pro simplici dilectione pertulimus, credentes etiam tibi pro religionis tuæ et fidei veritate placere quæ et religiosa pariter et vera sunt. Cæterum scimus quosdam quod semel imbiberint nolle deponere nec propositum suum facile mutare, sed salvo inter collegas pacis et concordiæ vinculo quædam propria quæ apud se semel sint usurpata retinere. Qua in re nec nos vim cuiquam facimus aut legem damus, quando habeat in ecclesiæ administratione voluntatis suæ arbitrium liberum unusquisque præpositus, rationem actus sui Domino redditurus. Optamus te, frater carissime, sempe bene valere.

CARTHAGINIENSE CONCILIUM SUB CYPRIANO SEPTIMUM,

EX TRIBUS AFRICÆ PROVINCIIS,

QUOD DE BAPTISMO TERTIUM EST,

ANNOQUE POST CHRISTUM NATUM 256 HABITUM.

Sententiæ Episcoporum LXXXVII. *de Hæreticis Baptizandis.*

Cum in unum Carthagini convenissent Kalendis Septembris episcopi plurimi ex provincia Africa, Numidia, Mauritania, cum presbyteris et diaconibus, præsente etiam plebis maxima parte, et lectæ essent litteræ Jubaiani ad Cyprianum factæ, item Cypriani ad Jubaianum rescriptæ, de hæreticis baptizandis, quidque postmodum Cypriano Jubaianus idem rescripserit, Cyprianus dixit: Audistis, collegæ dilectissimi, quid mihi Jubaianus coëpiscopus noster scripserit consulens mediocritatem nostram de illicito et prophano hæreticorum baptismo, et quid ego ei rescripserim, censens scilicet, quod semel atque iterum et sæpe censuimus, hæreticos ad ecclesiam venientes ecclesiæ baptismo baptizari et sanctificari oportere. Item lectæ sunt vobis et aliæ Jubaiani litteræ, quibus pro sua sincera et religiosa devotione ad epistolam nostram rescribens, non tantum consensit, sed etiam instructum se esse confessus gratias egit. Superest ut de hac ipsa re singuli quid sentiamus proferamus, neminem judicantes, aut a jure communicationis aliquem, si diversum senserit, amoventes. Neque enim quisquam nostrum episcopum se episcoporum constituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos adigit, quando habeat omnis episcopus pro licentia libertatis et potestatis suæ arbitrium proprium, tamque judicari ab

alio non possit quam nec ipse potest alterum judicare. Sed expectemus universi judicium Domini nostri Jesu Christi, qui unus et solus habet potestatem et præponendi nos in ecclesiæ suæ gubernatione et de actu nostro judicandi.

Cæcilius a Bilta dixit. Ego unum baptisma in ecclesia solum scio, et extra ecclesiam nullum. Hic erit unum ubi spes vera est et fides certa. Sic enim scriptum est: [x] *Una fides, una spes, unum baptisma*, non apud hæreticos, ubi spes nulla est et fides falsa, ubi omnia per mendacium geruntur, ubi exorcizat dæmoniacus, sacramentum interrogat, cujus os et verba cancer emittunt, fidem dat infidelis, veniam delictorum tribuit sceleratus, et in nomine Christi tingit antichristus, benedicit a Deo maledictus, vitam pollicetur mortuus, pacem dat impacificus, Deum invocat blasphemus, sacerdotium administrat prophanus, ponit altare sacrilegus. Ad hæc omnia accedit et illud malum, ut antistites diaboli audeant eucharistiam facere; aut qui illis assistunt dicant hæc omnia falsa esse de hæreticis. Ecce ad qualia cogitur ecclesia consentire, et sine baptismo ac venia delictorum communicare compellitur. Quam rem, fratres, fugere ac vitare debemus et a tanto scelere nos separare, et unum baptisma tenere, quod soli ecclesiæ a Domino concessum est.

Primus a Misgirpa dixit. Censeo omnem hominem ab hæresi venientem baptizandum. Frustra enim illic putat se esse baptizatum, cum non sit baptisma nisi in ecclesia unum et verum: quia et Deus unus, et fides una, et ecclesia una est, in qua stat unum baptisma et sanctitas et cætera. Nam quæ foris excercentur nullum habent salutis effectum.

Polycarpus ab Adrumeto dixit. Qui hæreticorum baptisma probant nostrum evacuant.

[x] Ephes. iv. 5.

Novatus a Thamugade dixit. Licet sciamus omnes scripturas testimonium reddere de salutari baptismo, debemus tamen fidem nostram exprimere, hæreticos et schismaticos ad ecclesiam venientes, qui pseudobaptizati videntur, debere eos in fonte perenni baptizari, et ideo secundum testimonium scripturarum et secundum decretum collegarum nostrorum sanctissimæ memoriæ virorum omnes schismaticos et hæreticos qui ad ecclesiam conversi sunt baptizari, sed et eos qui ordinati videbantur, inter laicos recipi.

Nemesianus a Thubunis dixit. Baptisma quod dant hæretici et schismatici non esse verum ubique in scripturis sanctis declaratum est: quoniam ipsi præpositi eorum falsi Christi sunt et falsi prophetæ, dicente Domino per Salomonem: [y] *Qui fidens est in falsis, hic pascit ventos, idem autem ipse sequitur aves volantes. Deserit enim vias vineæ suæ, a semitis vero agelli sui erravit. Ingreditur autem per avia loca atque arida et terram destinatam in sitim, contrahit autem manibus infructuosa.* Et iterum: *Ab aqua aliena abstine te, et de fonte extraneo ne biberis, ut longum vivas tempus, adjiciantur etiam tibi anni vitæ.* Et in evangelio divina sua voce Dominus noster Jesus Christus locutus est dicens: [z] *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu non potest introire in regnum Dei.* Hic est spiritus qui ab initio ferebatur super aquas. Neque enim spiritus sine aqua operari potest, neque aqua sine spiritu. Male ergo sibi quidam interpretantur ut dicant quod per manus impositionem spiritum sanctum accipiant et sic recipiantur, cum manifestum sit utroque sacramento debere eos renasci in ecclesia catholica. Tunc quippe poterunt filii Dei esse, dicente apostolo: [a] *Curantes servare unitatem spiritus in conjunctione pacis, unum corpus, et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ, unus*

[y] Prov. ix. 12, 18. sec. LXX. [z] Joan. iii. 5. [a] Ephes. iv. 3, 4.

Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus. Hæc omnia ecclesia catholica loquitur. Et iterum in evangelio dicit Dominus: [b] *Quod natum est de carne caro est, et quod natum est de spiritu spiritus est; quia Deus spiritus est, et de Deo natus est.* Ergo omnes hæretici et schismatici omnia quæcunqne faciunt carnalia sunt, dicente apostolo: [c] *Manifesta enim sunt opera carnis, quæ sunt, fornicationes, immunditiæ, incestum, idololatriæ, veneficia, inimicitiæ, certamina, zelus, ira, divisiones, hæreses, et his similia; de quibus prædixi vobis, sicut prædico, quoniam quicunque hæc faciunt regnum Dei non hereditabunt.* Condemnat itaque apostolus cum omnibus malis et eos qui divisionem faciunt, hoc est schismaticos et hæreticos. Nisi ergo acceperint baptisma salutare in ecclesia catholica, quæ una est, salvi esse non possunt, sed cum carnalibus in judicio Domini Christi damnabuntur.

Januarius a Lambese dixit. Secundum scripturarum sanctarum auctoritatem decerno hæreticos omnes baptizandos, et sic in ecclesiam sanctam admittendos.

Lucius a Castra Galbæ dixit. Cum Dominus in evangelio suo dixerit, [d] *Vos estis sal terræ, si autem sal infatuatum fuerit, in quo salietur? ex eo ad nihilum valebit nisi ut projiciatur foras et conculcetur ab hominibus,* et iterum post resurrectionem suam mittens apostolos suos mandaverit dicens, [e] *Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra. Ite, et docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti.* Cum ergo manifestum sit hæreticos, id est hostes Christi, non integram sacramenti confessionem habere, item schismaticos non posse condire sapientia spiritali, cum ipsi ab ecclesia, quæ una est, recedendo infatuati contrarii facti sint, fiat sicut scriptum est, *Domus contrariorum legis debet emundationem,* et consequens est eos qui a contrariis bapti-

b Joan. iii. 6. c Gal. v. 19, 20, 21.
d Matth. v. 13. e Matth. xxviii. 18, 19.

zati inquinati sunt primo purgari et tunc demum baptizari.

Crescens a Cirta dixit. In tanto cœtu sanctissimorum consacerdotum lectis litteris Cypriani dilectissimi nostri ad Jubaianum, itemque ad Stephanum, quæ tantum in se sanctorum testimoniorum descendentium ex scripturis deificis continent ut merito omnes per Dei gratiam adunati consentire debeamus, censeo omnes hæreticos et schismaticos qui ad catholicam ecclesiam voluerint venire non ante ingredi nisi exorcizati et baptizati prius fuerint, exceptis his sane qui in ecclesia catholica fuerint ante baptizati, ita tamen ut per manus impositionem in pœnitentiam ecclesiæ reconcilientur.

Nicomedes a Segermis dixit. Mea sententia hæc est, ut hæretici ad ecclesiam venientes baptizentur, eo quod nullam foris apud peccatores remissionem peccatorum consequantur.

Munnulus a Girba dixit. Ecclesiæ catholicæ matris nostræ veritas semper apud nos, fratres, et mansit et manet, et vel maxime in baptismatis trinitate, Domino nostro dicente: [f] *Ite et baptizate gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti.* Cum ergo manifeste sciamus hæreticos non habere nec patrem nec filium nec spiritum sanctum, debent venientes ad ecclesiam matrem nostram vere renasci et baptizari, ut cancer quod habebant et damnationis ira et erroris offectura per sanctum et cæleste lavacrum sanctificetur.

Secundinus a Cedias dixit. Cum Dominus noster Christus dicat, [g] *Qui non est mecum adversus me est*, et [h] Joannes apostolus eos qui ab ecclesia exeunt antichristos dicat, indubitanter hostes Christi, quique antichristi nominati sunt, gratiam baptismi salutaris ministrare non possunt. Et ideo censeo eos qui de insidiis hæreticorum

[f] Matth. xxviii. 19. [g] Matth. xii. 30. [h] 1 Joan. ii. 18, 19.

confugiunt ad ecclesiam baptizandos esse a nobis, [i] qui amici appellati sumus Dei de ejus dignatione.

Felix a Bagai dixit. [k] Sicut cœcus cœcum ducens simul in foveam cadunt, ita hæreticus hæreticum baptizans simul in mortem cadunt. Et ideo hæreticus baptizandus est et vivificandus, ne nos vivi mortuis communicemus.

Polianus a Mileo dixit. Justum est hæreticum baptizari in ecclesia sancta.

Theogenes ab Hippone regio dixit. Secundum sacramentum Dei gratiæ cælestis, quod accepimus, unum baptisma quod est in ecclesia sancta credimus.

Dativus a Badis dixit. Nos quantum in nobis est hæreticis non communicamus, nisi baptizati in ecclesia fuerint, et remissionem peccatorum acceperint.

Successus ab Abbir Germaniciana dixit. Hæreticis aut nihil licet aut totum licet. Si possunt baptizare, possunt dare et spiritum sanctum. Si autem spiritum sanctum dare non possunt, quia non habent spiritum sanctum, nec baptizare spiritaliter possunt. Propterea censemus hæreticos baptizandos esse.

Fortunatus a Tuchabori dixit. Jesus Christus Dominus et Deus noster Dei patris et creatoris filius [l] super petram ædificavit ecclesiam suam, non super hæresim, et potestatem baptizandi episcopis dedit, non hæreticis. Quare qui extra ecclesiam sunt, et contra Christum stantes oves ejus et gregem spargunt, baptizare foris non possunt.

Sedatus a Tuburbo dixit. In quantum aqua sacerdotis prece in ecclesia sanctificata abluit delicta, in tantum hæretico sermone velut cancere infecta cumulat peccata. Quare omnibus pacificis quidem viribus nitendum est ne quis hæretico errore infectus et tinctus singulare et verum ecclesiæ baptismum detrectet accipere; quo quisquis non fuerit baptizatus regno cælorum fiet alienus.

[i] Joan. xv. 15. [k] Matth. xv. 14. [l] Matth. xvi. 18.

Privatianus a Sufetula dixit. Qui hæreticos potestatem baptizandi habere dicit, dicat prius quis hæresim condiderit. Si enim hæresis a Deo est, habere et indulgentiam divinam potest. Si vero a Deo non est, quomodo gratiam Dei aut habere aut conferre alicui potest?

Privatus a Sufibus dixit. Qui hæreticorum baptismum probat, quid aliud quam hæreticis communicat?

Hortensianus a Laribus dixit. Quot sint baptismi viderint aut præsumptores aut fautores hæreticorum. Nos unum baptisma, quod non nisi in ecclesia novimus, ecclesiæ vindicamus. Aut quomodo possunt in nomine Christi aliquem baptizare quos ipse Christus dicit adversarios suos esse?

Cassius a Macomadibus dixit. Cum baptismata duo esse non possint, qui hæreticis baptisma concedit sibi tollit. Censeo itaque flebiles et tabidos hæreticos baptizandos esse cum ad ecclesiam venire cœperint, et sacra et divina lavatione lotos, et lumine vitæ illuminatos, non hostes, sed pacificos, non alienos, sed fidei Domini domesticos, non adulteros, sed Dei filios, non erroris sed salutis effectos, in ecclesiam recipi, absque his qui de ecclesia fideles supplantati ad hæresis tenebras transierant, sed eos per manus impositionem restituendos.

Alius Januarius a Vico Cæsaris dixit. Si non obtemperat error veritati, multo magis veritas non consentit errori. Et ideo nos ecclesiæ assistimus, in qua præsidemus, ut baptismum ejus ipsi soli vindicantes, eos quos ecclesia non baptizavit baptizemus.

Alius Secundinus a Carpis dixit. Hæretici christiani sunt, an non? Si christiani sunt, cur in ecclesia Dei non sunt? Si christiani non sunt, quomodo christianos faciunt? Aut quo pertinebit sermo Domini dicentis: [1] *Qui non est mecum, adversus me est, et qui non mecum colligit*

[1] Matth. xii. 30.

spargit. Unde constat super filios alienos et soboles antichristi spiritum sanctum per manus impositionem tantummodo non posse descendere, cum manifestum sit hæreticos baptisma non habere.

Victoricus a Thabraca dixit. Si licet hæreticis baptizare et remissam peccatorum dare, quid illos infamamus et hæreticos appellamus?

Alius Felix ab Uthina dixit. Nemini dubium est, sanctissimi consacerdotes, non tantum posse humanam præsumptionem quantum Domini nostri Jesu Christi adorandam et venerabilem majestatem. Memores ergo periculi, hoc quoque non tantum observare debemus, verum etiam ab omnibus nobis confirmari oportet ut omnes hæretici qui ad sinum matris ecclesiæ accurrunt baptizentur, ut mens hæretica, quæ diuturna tabe polluta est, sanctificatione lavacri purgata in melius reformetur.

Quietus a Baruch dixit. Qui fide vivimus, obsequi iis quæ instruendis nobis ante prædicta sunt credula observatione debemus. Nam scriptum est apud Salomonem: [m] *Qui baptizatur a mortuo, quid proficit lavatio ejus?* Quod utique de his qui ab hæreticis tinguntur et de tingentibus loquitur. Si enim qui apud illos baptizantur per remissionem peccatorum vitam æternam consequuntur, cur ad ecclesiam veniunt? Si vero a mortuo salutis nihil accipitur, ac propterea agnito errore pristino ad veritatem cum pœnitentia revertuntur, uno vitali baptismate, quod in ecclesia catholica est, sanctificari debebunt.

Castus a Sicca dixit. Qui contempta veritate præsumit consuetudinem sequi, aut circa fratres invidus est et malignus, quibus veritas revelatur, aut circa Deum ingratus est, cujus inspiratione ecclesia ejus instruitur.

Euchratius a Thenis dixit. Fidem nostram et baptismatis gratiam et legis ecclesiasticæ regulam Deus et Do-

[m] Ecclus. xxxiv. 25.

minus noster Jesus Christus suo ore apostolos docens perimplevit dicens: [n] *Ite, et docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.* Falsum ergo hæreticorum baptisma et iniquum a nobis pellendum est et omni detestatione refutandum, de quorum ore virus, non vita, nec gratia cælestis, sed blasphemia trinitatis exprimitur. Et ideo venientes ad ecclesiam hæreticos integro et catholico baptismate baptizari debere manifestum est, ut a blasphemia suæ præsumptionis purificati possint spiritus sancti gratia reformari.

Libosus a Vaga dixit. In evangelio Dominus, [o] *Ego sum,* inquit, *veritas.* Non dixit, Ego sum consuetudo. Itaque veritate manifestata cedat consuetudo veritati, ut etsi in præteritum quis in ecclesia hæreticos non baptizabat nunc baptizare incipiat.

Lucius a Thebeste dixit. Hæreticos blasphemos atque iniquos verbis variis decerpentes sancta et adorabilia scripturarum verba execrandos censeo, et ideo exorcizandos et baptizandos esse.

Eugenius ab Ammedera dixit. Et ego hoc idem censeo, hæreticos baptizandos esse.

Item alius Felix ab Amaccora dixit. Et ego ipse secutus divinarum scripturarum auctoritatem baptizandos hæreticos esse censeo, sed et eos qui apud schismaticos baptizatos se esse contendunt. Si enim secundum cautum Christi privatus fons noster est, intelligant cuncti ecclesiæ nostræ adversarii quia alienus esse non potest nec duobus populis salutarem aquam tribuere potest ille qui unius gregis pastor est. Et ideo manifestum est nec hæreticos nec schismaticos aliquid cæleste posse suscipere, qui a peccatoribus hominibus et ab ecclesia extraneis audeant accipere. Quando danti locus non est, utique nec accipienti prodest.

[n] Matth. xxviii. 19. [o] Joan. xiv. 6.

Item alius Januarius Muzulensis dixit. Miror quod cum omnes confiteantur unum esse baptisma, non omnes intelligant ejusdem baptismatis unitatem. Ecclesia enim et hæresis duæ et diversæ res sunt. Si hæretici habent baptisma, nos non habemus. Si autem nos habemus, hæretici habere non possunt. Dubium autem non est ecclesiam solam baptismum Christi possidere, quæ sola possideat et gratiam Christi et veritatem.

Adelphius a Thasvalte dixit. Sine causa quidam falso et invidioso verbo impugnant veritatem ut rebaptizare nos dicant, quando ecclesia hæreticos non rebaptizet, sed baptizet.

Demetrius a Leptiminus dixit. Unum baptisma nos custodimus, quia ecclesiæ catholicæ soli rem suam vindicamus. Qui autem dicunt quia hæretici vere et legitime baptizant, ipsi sunt qui non unum sed multa baptismata faciunt. Nam cum hæreses multæ sint, pro earum numero et baptismata computabuntur.

Vincentius a Thibari dixit. Hæreticos scimus esse pejores quam ethnicos. Si ergo conversi ad Dominum venire voluerint, habemus utique regulam veritatis, quam Dominus præcepto divino mandavit apostolis dicens: [p] *Ite, in nomine meo manum imponite, dæmonia expellite.* Et alio loco: [q] *Ite, et docete gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.* Ergo primo per manus impositionem in exorcismo, secundo per baptismi regenerationem, tunc possunt ad Christi pollicitationem venire. Alias autem fieri censeo non debere.

Marcus a Mactari dixit. Mirandum non est si hæretici hostes atque impugnatores veritatis rem sibi vindicant potestatis et dignationis alienæ. Sed illud mirandum est quod quidam nostri prævaricatores veritatis hæreticis suffragantur et christianis adversantur. Propterea decernimus hæreticos baptizandos esse.

[p] Matth. x. 8. [q] Matth. xxviii. 19.

Sattius a Sicilibba dixit. Si hæreticis in baptismo sua peccata donantur, sine causa ad ecclesiam veniunt. Nam cum in die judicii peccata sint quæ puniuntur, nihil est quod timere possint hæretici de judicio Christi, si sunt remissionem peccatorum consecuti.

Victor a Gor dixit. Cum peccata non nisi in ecclesiæ baptismo remittantur, qui hæreticum ad communicationem sine baptismo admittit, utrumque contra rationem facit, nec hæreticos purgat, et christianos inquinat.

Aurelius ab Utica dixit. [r] Cum dicat apostolus non communicandum peccatis alienis, quid aliud quam peccatis alienis communicat qui hæreticis sine ecclesiæ baptismo communicat? Et ideo censeo baptizandos esse hæreticos ut accipiant remissam peccatorum, et sic illis communicetur.

Jambus a Germaniciana dixit. Qui hæreticorum baptisma probant, nostrum improbant, ut extra ecclesiam, non dicam lotos, sed sordidatos, negent in ecclesia baptizari oportere.

Lucianus a Rucuma dixit. Scriptum est: [s] *Et vidit Deus lucem quia bona est, et divisit inter lucem et tenebras.* Si potest luci et tenebris convenire, potest nobis et hæreticis aliquid esse commune. Propterea censeo hæreticos baptizandos esse.

Pelagianus a Luperciana dixit. Scriptum est: [t] *Aut enim Dominus Deus est, aut Baal Deus est.* Ita et nunc, aut ecclesia ecclesia est, aut hæresis ecclesia est. Porro si hæresis ecclesia non est, quomodo esse apud hæreticos baptisma ecclesiæ potest?

Jader a Midila dixit. Scimus non esse nisi unum baptisma in ecclesia catholica. Et ideo non debemus admittere hæreticum nisi baptizatus apud nos fuerit, ne se putet extra ecclesiam catholicam baptizatum esse.

[r] 1 Tim. v. 22. [s] Gen. i. 4. [t] 3 Reg. xviii. 21.

Item alius Felix a Marazana dixit. Una fides, unum baptisma, sed ecclesiæ catholicæ, cui soli licet baptizare.

Paulus ab Obba dixit. Me non movet si aliquis ecclesiæ fidem et veritatem non vindicat, quando apostolus dicat: [u] *Quid enim si exciderunt a fide quidam illorum? Numquid infidelitas eorum fidem Dei evacuavit? Absit. Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax.* Si autem Deus verax est, quomodo esse apud hæreticos baptismi veritas potest, apud quos Deus non est?

Pomponius a Dionysiana dixit. Manifestum est hæreticos non posse baptizare et remissionem peccatorum dare, qui potestatem non habent ut aut solvere aut ligare aliquid in terris possint.

Venantius a Timisa dixit. Si maritus peregre proficiscens amico suo commendasset uxorem suam custodiendam, commendatam sibi ille quanta posset diligentia conservaret, ne ab aliquo castitas ejus et sanctitas adulteraretur. Christus Dominus et Deus noster ad patrem proficiscens sponsam suam nobis commendavit. Utrumne eam incorruptam et inviolatam custodiemus, an integritatem ejus et castitatem mœchis et corruptoribus prodemus? Qui enim baptisma ecclesiæ commune cum hæreticis facit, sponsam Christi adulteris prodit.

Ahymnus ab Ausvaga dixit. Nos unum baptisma accepimus, et ipsum tenemus et exercemus. Qui autem dicit quia et hæreticis licet baptizare, ipse duo baptismata facit.

Saturninus a Victoriana dixit. Si licet hæreticis baptizare, excusati sunt et defensi illicita (for. licita Marshal.) facientes. Nec video quare eos aut Christus adversarios suos aut apostolus antichristos appellaverit.

Saturninus a Thucca dixit. Gentiles quamvis idola colant, tamen summum Deum patrem creatorem cognoscunt et confitentur. In hunc Marcion blasphemat, et qui-

[u] Rom. iii. 3.

dam non erubescunt Marcionis baptismum probare. Quomodo tales sacerdotes sacerdotium Dei aut servant aut vindicant qui hostes Dei non baptizant, et sic illis communicant?

Marcellus a Zama dixit. Cum peccata non nisi ecclesiæ baptismo remittantur, qui hæreticum non baptizat peccatori communicat.

Irenæus ab Ululis dixit. Si ideo ecclesia hæreticum non baptizat quod dicatur jam baptizatus esse, hæresis major est.

Donatus a Cibaliana dixit. Ego unam ecclesiam et unum baptisma ejus novi. Si est qui dicat esse apud hæreticos baptismi gratiam, ante est ut ostendat et probet esse illic ecclesiam.

Zosimus a Tharassa dixit. Revelatione facta veritatis, cedat error veritati; [x] quia et Petrus, qui prius circumcidebat, cessit Paulo veritatem prædicanti.

Julianus a Telepte dixit. Scriptum est: [y] *Nemo potest aliquid accipere, nisi datum fuerit illi de cœlo.* Si hæresis de cælo est, potest et baptisma dare.

Faustus a Timida regia dixit. Non sibi blandiantur qui hæreticis patrocinantur. Qui pro hæreticis ecclesiastico baptismati intercedit, illos christianos et nos hæreticos facit.

Geminius a Furnis dixit. Quidam de collegis hæreticos præponere sibi possunt, nobis non possunt. Et ideo quod semel decrevimus tenemus, ut ab hæreticis venientes baptizemus.

Rogatianus a Nova dixit. Ecclesiam Christus instituit, hæresim diabolus. Quomodo potest habere baptismum Christi synagoga satanæ?

Therapius a Bulla dixit. Qui hæreticis ecclesiæ baptisma concedit et prodit, quid aliud quam Judas sponsæ Christi existit?

[x] Gal. cap. ii. [y] Joan. iii. 27.

Item alius Lucius a Membresa dixit. Scriptum est: [z] *Deus peccatorem non audit.* Hæreticus, qui peccator est, quomodo audiri in baptismo potest?

Item alius Felix a Bussacenis dixit. In hæreticis sine ecclesiæ baptismo admittendis nemo consuetudinem rationi et veritati præponat, quia consuetudinem ratio et veritas semper excludit.

Alius Saturninus ab Avitinis dixit. Si potest antichristus dare alicui gratiam Christi, possunt et hæretici baptizare, qui appellati sunt antichristi.

Quintus ab Aggya dixit. Ille potest dare aliquid qui aliquid habuerit. Hæretici autem quid possunt dare, quos constat nihil habere?

Alius Julianus a Marcelliana dixit. [a] Si potest homo duobus dominis servire, Deo et mammonæ, potest et baptisma duobus servire, christiano et hæretico.

Tenax ab Horreis Cæliæ dixit. Baptisma unum est, sed ecclesiæ. Ubi ecclesia non est, baptisma illic esse non potest.

Alius Victor ab Assuras dixit. [b] Scriptum est quia Deus unus est, et Christus unus, et ecclesia una, et baptisma unum. Quomodo ergo illic baptizari aliquis potest ubi Deus et Christus et ecclesia non est?

Donatulus a Capse dixit. Et ego semper hoc sensi, ut hæretici, qui nihil foris consequi possunt, quando ad ecclesiam convertuntur baptizentur.

Verulus a Rusiccade dixit. Homo hæreticus dare non potest quod non habet; multo magis schismaticus, qui quod habuit amisit.

Pudentianus a Cuiculi dixit. Novitas episcopatus effecit, fratres dilectissimi, ut sustinerem quid majores judicarent. Nam hæreses nihil habere nec posse manifestum est. Atque ita si qui ex eis venerint baptizari æquissime statutum est.

[z] Joan. ix. 31. [a] Matth. vi. 24. [b] Ephes. iv. 5, 6.

Petrus ab Hippone Diarrhytorum dixit. Cum baptisma unum sit in catholica ecclesia, manifestum est non posse extra ecclesiam baptizari. Et ideo in hæresi tinctos sive in schismate venientes ad ecclesiam censeo baptizari oportere.

Item alius Lucius ab Ausafa dixit. Secundum motum animi mei et spiritus sancti, cum sit unus Deus pater Domini nostri Jesu Christi, et unus Christus, et una spes, et unus spiritus, et una ecclesia, unum debet esse et baptisma. Et ideo dico, si quid ab hæreticis motum aut factum fuerit, rescindi debere, et eos qui inde veniunt in ecclesia baptizandos esse.

Item alius Felix a Gurgitibus dixit. Ego censeo ut secundum sanctarum scripturarum præcepta baptizatus ab hæreticis illicite extra ecclesiam, cum ad ecclesiam confugere voluerit, gratiam baptismi ubi licite datur consequatur.

Pusillus a Lamasba dixit. Ego credo baptisma salutare non esse nisi in ecclesia catholica. Quicquid absque catholica fuerit simulatio est.

Salvianus a Gazaufala dixit. Hæreticos nihil habere constat; et ideo ad nos veniunt ut possint accipere quod non habent.

Honoratus a Thucca dixit. Cum Christus veritas sit, magis veritatem quam consuetudinem sequi debemus, ut hæreticos, qui ideo ad nos veniunt quia foris nihil accipere potuerunt, ecclesiæ baptismo sanctificemus.

Victor ab Octavo dixit. Quod et ipsi scitis, non olim sum episcopus constitutus, et ideo expectabam præcessorum consilium. Hoc itaque existimo, ut quicunque ex hæresi venerint sine dubio baptizentur.

Clarus a Mascula dixit. Manifesta est sententia Domini nostri Jesu Christi apostolos suos mittentis et ipsis solis potestatem a patre sibi datam permittentis, quibus nos successimus eadem potestate ecclesiam Domini guberman-

tes et credentium fidem baptizantes. Et ideo hæretici, qui nec potestatem foris nec ecclesiam Christi habent, neminem baptizare baptismo ejus possunt.

Secundianus a Thambeis dixit. Non debemus hæreticos nostra præsumptione decipere ut in ecclesia Domini nostri Jesu Christi non baptizati, ac per hoc remissionem peccatorum non consecuti, cum judicii dies venerit nobis imputent quod per nos non sint baptizati et indulgentiam divinæ gratiæ non sint consecuti. Propter quod, cum sit una ecclesia et unum baptisma, quando ad nos convertuntur, simul cum ecclesia et ecclesiæ baptismum consequantur.

Item alius Aurelius a Chullabi dixit. Joannes apostolus in epistola sua posuit dicens: [c] *Si quis ad vos venit, et doctrinam Christi non habet, nolite eum admittere in domum vestram, et ave illi ne dixeritis. Qui enim dixerit illi ave communicat factis ejus malis.* Quomodo admitti tales temere in Domum Dei possunt qui in domum nostram privatam admitti prohibentur? Aut quomodo cum eis sine ecclesiæ baptismo communicare possumus quibus si ave tantum dixerimus, factis eorum malis communicamus?

Litteus a Gemellis dixit. [d] *Cæcus si cæcum ducat, ambo in foveam cadunt.* Cum ergo hæreticos constet non posse illuminare quemquam, utpote cæcos, baptisma eorum non valet.

Natalis ab Oëa dixit. Tam ego præsens quam Pompeius Sabratensis, quam etiam Dioga Leptimagnensis, qui mihi mandaverunt, corpore quidem absentes, spiritu præsentes, censemus quod et collegæ nostri, quod hæretici communicationem habere nobiscum non possunt, nisi ecclesiastico baptismo baptizati fuerint.

Julius a Neapoli dixit. Ab eo quod semel censuimus non recedo, ut hæreticos venientes ad ecclesiam baptizemus.

[c] 2 Joan. i. 10, 11. [d] Matth. xv. 14.

Cyprianus a Carthagine dixit. Meam sententiam plenissime exprimit epistola quæ ad Jubaianum collegam nostrum scripta est, hæreticos secundum evangelicam et apostolicam contestationem adversarios Christi et antichristos appellatos, quando ad ecclesiam venerint, unico ecclesiæ baptismo baptizandos esse, ut possint fieri de adversariis amici et de antichristis christiani. *Extat hoc Concilium ad* p. 329. *edit. Benedictinæ S. Cypriani.*

ANNOTATIONES

IN CONCILIA CARTHAGINIENSIA.

CONCIL. CARTHAG. SUB CYPRIANO II.

P. 69. l. 4. Carthaginiense Concilium &c.] Carthaginiense quidem, quod primum vocant, Concilium sub initia hujus sæculi, dum episcopus Carthagine sedebat Agrippinus, ab Africæ et Numidiæ episcopis de rebaptizandis hæreticis ante fuerat celebratum. De primo autem sub Cypriano Concilio nonnulla extat mentio mox infra ad initium sequentis epistolæ, quæ quidem epistola ad hoc Concilium, quod dicitur Secundum, pertinet. In qua Synodo secunda Cyprianica edenda, tum in quinque illis, quæ sequuntur, editionem *operum S. Cypriani* Benedictinam, seu Baluzianam, nisi ubi de variata lectione lectorem monui, semper secutus sum, quippe cum eadem a Baluzio post visam ab eo, ut ex notis ejus constat, J. Harduini Conciliorum editionem, adornata fuerit. Mortuus est autem Baluzius, ut supra ostendi ad CORNELII Fragmenta pag. 18. ante editum anno 1727 a Benedictinis monachis Cyprianum octo annos, atque interea prodiit Coustantii opus, qui anno 1721 *Epistolas Pontificum Romanorum* edidit, in quibus duas ex epistolis his Synodicis primam et quintam reposuit. Quod ad aliud quoddam Concilium attinet præter septem ista Cyprianica, ad octavum istud duas epistolas Cyprianicas, scil. 65 et 66, sive 3 et 1, pertinere censet post alios Emanuel à Schelstrate, *Eccles. African. Dissert.* iii. cap. 1. p. 121. Refragati autem fuerant huic sententiæ tam Pearsonius in *Annalibus Cypr.* quam Fellus ad *Cyprianum* ipsum, dum monent clarissimi præsules, verba, *Collegæ qui præsentes aderant*, sacram synodum apud Cyprianum semper signare non solere; ac porro solenne fere esse Cypriano in epistolis Synodicis nomina episcoporum apponere, quæ quidem ibi non comparent. Itaque ea quidem de causa potiore jure inter Synodicas epistolas recensenda foret illa 62, aliter, 4, *ad Pomponium* de virginibus synisactis, cujus fronti nomina

episcoporum, qui aderant, inscripta sunt. Sed in ea epistola contineri rite coactum concilium haud facile dicerem.

P. 69. l. 11. Cyprianus, Liberalis, &c.] Omnes fere libri veteres et omnes veteres editiones præferunt nomina omnium episcoporum. Quare valde miror Pamelium illa omisisse in sua et Rigaltium maluisse ea referre in suis observationibus tanquam rem novam, professus se ea addere ex codice Corbeiensi. Melius Angli, qui ea posuerunt in contextu. Porro inter se in illis scribendis variant vetera exemplaria et veteres editiones. Inutile esset referre varias lectiones. Itaque nos credidimus ea sufficere quæ in codice Thuano, quo Rigaltius quoque usus est, inveniuntur. Cæterum illud quoque admonemus, in uno codice regio desiderari nomina episcoporum et in titulo istius epistolæ scriptum esse simpliciter: *Cyprianus Cornelio fratri salutem.* At in codice sancti Arnulphi legitur: *Cyprianus cum fratribus numero* XLI. *Cornelio fratri salutem.* STEPH. BALUZIUS. Cum in hoc Concilio scriptas fuisse sexaginta sex episcoporum ad Fidum litteras, quas, tanquam si concilii Cyprianici tertii fuerint, proxime post subjunxi, idcirco opinatus sit eruditus Cellier. *Hist. Générale des Auteurs Sacrés,* quod eædem litteræ anno 252, non 253, collocari ex sententia sua deberent, hoc est, ante factum decretum de indulgentia lapsis supplicibus concedenda, ideo erratum esse in hoc numero XLI. idem vir statuit, nisi pauciores pluresve præsules diversis adfuisse temporibus in concilio censendi sint. Vid. eum in vol. iii. pag. 588. et Marini *Vit. Cypriani,* p. xciv. Certe in loco ab eodem Celliero ad pag. 108. excitato numerum episcoporum, qui in litteris illis ad Fidum comparet, S. Augustinus his verbis confirmavit, *In Epistola autem quam scripsit* (Cyprianus) *ad episcopum Fidum cum sexaginta sex coepiscopis suis a quo fuerat consultus propter circumcisionis legem,* &c. Lib. iv. *ad Bonifac.* cap. 8. tom. x. p. 481.

Ibid. l. 19. Statueramus quidem jam pridem &c.] Primi istius Concilii sub Cypriano, quod anno superiore, hoc est, anno 251, adversus Felicissimum schismaticum, et in causa lapsorum fuerat habitum, notitiam colligendam ait Harduinus in Indice tomi I. *Conciliorum* ex *Epistola* Cypriani 2. ad plebem, 42. ad Cornelium, 52. ad Antonianum, et 54. et 55. ad Cornelium. Numeri epistolarum sunt Pameliani. Porro memorat eandem synodum his verbis Auctor *Synodici*: Σύνοδος θεῖα καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Καρταγένῃ τῇ Νεαπόλει τῆς Ἀφρικῆς καλουμένῃ, συναθροισθεῖσα ὑπὸ τοῦ

clero manus fuerit imposita, quanto magis in his gravissimis et extremis delictis *caute omnia et moderate secundum disciplinam Domini observari oportet?* Confer et *Epist.* 10. al. 16. ubi hæc sunt;—*illi contra evangelii legem——ante actam pœnitentiam, ante exomologesin gravissimi atque extremi delicti* (solennem et publicam, exponente Fello) *factam, ante manum ab episcopo et clero in pœnitentiam impositam, offerre pro illis et eucharistiam dare, id est, sanctum Domini corpus profanare* audent. Hæc profecto non solum demonstrant, in morte subvenire solitum esse lapsis ante Cypriani tempora, quod negat Albaspinæus, verum etiam probare videntur, moris fuisse eos absolvere pœnitentia completa. Palam autem est, ipso eodem judice viro docto, nihil durius a Cypriano postea cum lapsis actum fuisse, quam mos antea tulisset.

P. 70. l. 3. permiserit ipse qui legem dedit] *promiserit ipse et legem dederit, plurimi MSti* a Fello et Coustantio memorati, quod etiam in textum recepit Coustantius. Cæterum notat cl. Marshallus, Anglicus interpres, exponendum esse ex Cypriani saltem sententia de censuris ecclesiasticis ipsarumque relaxatione *S. Matthæi* locum.

Ibid. l. 6. diem rursus alterius infestationis] Lapsis in persecutione Deciana, reditum in ecclesiam importune urgentibus; Ep. XIX. respondit Cyprianus; *tempus ipsum plus quam peterent largiri;* quodque, *qui differri non potest, potest coronari:* quæ multum videntur distare ab iis quæ hic dicuntur de pace lapsis necessaria; frustra *doceri et provocari in confessione nominis sanguinem fundere, si eis militaturis Christi sanguinem denegemus.* Sed optime cohærent utrobique dicta. Primo aliter se habuit lapsorum status durante persecutione Deciana, et ipsa cessante. Nam qui in judicium vocatus mendacio se defendebat, erat fortasse obstrictus eo ipso in loco, coram iisdem judicibus, et circumstante populo crimen retractare, et publice verum profiteri: quod finita cognitione præstare minus tenebatur. Et ideo lapsus ad duras istas conditiones non erat etiamnum adigendus, ad quas dum prælium adhuc gerebatur cogi debebat. Secundo, in difficillimo lapsorum casu nihil erat ex privatis auspiciis innovandum; et ideo fas non fuit ex arbitrio singularis episcopi lapsos admittere; sed postquam ex concilii decreto pax iis erat concessa, nihil prohibebat temporis moram, interveniente utique concilii auctoritate, ob causam etiam idoneam, expectatam scil. persecutionem, aliquantum contrahi. Tertio, lapsi jam per idoneum temporis decursum in pœni-

tentia positi, sui specimina fecerunt, quod prius non fecissent. Porro notandum, quod lapsorum commoda cedere debebant utilitati ecclesiæ; et utcunque optandum fuerit illis dominica saturitate perfrui, et ita ad passionem armari; hæc in considerationem non veniebant donec disciplinæ ecclesiasticæ, per pœnas in delinquentes irrogatas, fuisset satisfactum. Imo lapsorum commodis tam crudo et importuno tempore non conduceret ut *mortiferos idolorum cibos adhuc pene ructantes, exhalantibus etiam scelus suum faucibus, et funesta contagia redolentibus, Domini corpus invaderent.* Verba sunt Cypriani lib. de Lapsis. Sed expectandum, et ut 1 Cor. xi. 28. jubet Apostolus, *homo se probet, et sic de pane edat et de calice bibat.* FELLUS.

P. 70. l. 7. crebris atque assiduis ostensionibus] Sub finem Epistolæ: *Hoc nobis divinitus frequenter ostenditur.* Idem commemorat Epistola ad Thibaritanos, quos etiam de persecutione gravissima admonet. RIGALTIUS a Fello allatus.

Ibid. l. 22. infirmis] Erasmus addidit, *si qui essent.* Quod in nullo eorum veterum exemplarium quibus utor reperi, neque in aliis editionibus. BALUZIUS.

Ibid. l. 29. protectione sanguinis et corporis Christi] In sequentibus dicet, *Eucharistia recepta fideles erigi et accendi.* Jure id quidem. Nam a convivio Dominico, memores Dominici sanguinis, sumpto sacramento, quemadmodum suprema illa nocte præceperat Dominus, ut conjurati prodibant alacres, mortemque fortiter oppetebant quam Dominus pro ipsorum salute obierat. RIGALTIUS a Fello allatus.

P. 71. l. 1. si eis militaturis] Codex Corbeiensis, *si eis qui militaverint.* BALUZIUS.

Ibid. l. 10. ac dolenter] Hæc desunt in quatuor antiquis exemplaribus. In meo legitur *dolentes.* Sic etiam codex sancti Arnulphi. BALUZIUS.

Ibid. l. 16. et optamus et credimus] Hæc quidem habentur in septem codicibus antiquis. Sed desunt in aliis octo. Erasmus primus posuit. Nam desiderantur in antiquis editionibus. BALUZIUS. Primus *Morellius,* teste Pamelio, verba hæc addidit. Neque enim *Erasmus* neque etiam *Manutius* ea exhibuerant. *Editio Romana* anni 1471, cujus exemplar penes me est, habet, nec male, *audivimus* pro *audimus.*

Ibid. l. 20. sacrificia Dei] *sacrificium Deo* MS. noster. HARDUIN. sacrificia Dei; ita certe habet codex Cor-

beiensis. Et tamen Rigaltius adnotat in illo scriptum esse *Deo*. BALUZIUS. Designatur ab Harduino MS. Bibliothecæ Jesuitarum Collegii Ludovici M. Parisiis.

P. 71. l. 20. quotidie celebramus] In libro de Oratione Dominica pag. 209. *Eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus.* Tertullianus lib. ii. ad Uxorem, *Nesciet maritus quid secreto ante omnem cibum gustes; et si sciverit panem, non illum credit esse qui dicitur.* Vide cap. *Quotidie* apud Gratianum dist. 2. de Consecratione. BALUZIUS.

Ibid. l. 23. impendentis] Codex Fuxensis, *ingruentis.* BALUZIUS.

Ibid. l. 30. mali] Quidam libri veteres habent *malivoli.* BALUZIUS.

P. 72. l. 1. qui martyrium tollit] Sic Luc. ix. 23. ἀράτω τὸν ϛαυρὸν αὐτȣ̃. Rigaltius ait, Qui dignatione divina martyrium obtinet; martyrium tollit, ut infra, *arma tollentes.* FELLUS.

Ibid. sanguine suo baptizatur] Rigaltius ait, *Tota paradisi clavis, sanguis tuus est,* inquit Tertul. vid. Epist. LVIII. (al. LVI.) FELLUS. Epist. 73. pag. 136. *utpote qui baptizentur gloriosissimo et maximo sanguinis baptismo.* Et mox addit sanguine suo baptizatos et passione sanctificatos consummari et divinæ pollicitationis gratiam consequi. Vide Tertullianum in libro de Baptismo et in libro de Pudicitia. Passio sanctarum Perpetuæ et Felicitatis, *a sanguine ab obstetrice ad retiarium latura post partum baptismo secundo.* Vide dissertationem 13. Henrici Dodwelli, quæ est de secundo martyrii baptismo. BALUZIUS.

Ibid. l. 29. *quod contribulatum est non consolidastis*] Librarii vocem hanc in vulgari tribulationis sive ærumnæ notatione intelligebant; et ideo consolationem melius respondere crediderunt; contra sacri textus mentem. LXX. legunt κατεδήσατε. Colligastis *Tertull.* FELLUS. *Fellinam edit.* secutus sum, in qua sic restitutum est ex *scriptis,* opinor, *codicibus* pro *non consolati estis,* quod habent *impressi.* Harduinus notavit, *MS.* Societatis suæ exhibere *non consolati estis,* sed memoravit Baluzius in *codice Sorbonico* scriptum esse *non consolidati estis.* Vulgata Interp. habet, *quod confractum est, non reduxistis.*

Ibid. l. 33. *comesturam*] Codex Remigianus *comestionem,* Corbeiensis *deprædatione,* Turonensis *de prædicatione.* BALUZIUS. Vulgata habet, *in devorationem.*

P. 73. l. 4. *et jam non pascent eas*] Hæc desunt in antiquis editionibus et in novem libris antiquis. Defuisse etiam

in tribus a se visis testatur Pamelius. BALUZIUS. Sed verba agnoscunt LXX. Vulgata habet post cod. Hebræum, *nec pascant amplius pastores semetipsos.*

P. 73. l. 4. *de ore eorum*] Codex Fuxensis, *de manu et ore eorum.* BALUZIUS.

Ibid. l. 5. *pascam eas cum judicio*] βοσκήσω αὐτὰ μετὰ κρίματος. Hæc desumpta sunt ex versu 16. Ipse Deus singulis ovibus, pascua sua designabit. FELLUS.

Ibid. l. 6. duritiam magis humanæ crudelitatis] Ipse Epist. LX. *Magis philosophiæ secularis pravitate durus, quam philosophiæ Dominicæ lenitate pacificus.* Pacianus Epist. II. dixit, *Inobsecrabilem asperitatem, cui opponit gratuita Domini bona, et cœlestis clementiæ titulos.* RIGALTIUS a Fello allatus.

Ibid. l. 8. paternæ pietatis] Erasmus edidit, *paternæ pietatis dulcedinem apponimus.* Verum vocem *dulcedinem* ego nuspiam reperi in libris antiquis. BALUZIUS. Cum vero constet ex *Var. Lectt.* in *edit. Oxon.* positis habere *Codicem Coll. Nov.* 2. *quam dulcedini divinæ,* pro *quam divinæ,* vocem *dulcedinem* ante *divinæ* addendam esse censeo.

Ibid. l. 11. nobis imminere] Pronomen *nobis* ex *edd.* ante Baluzianam, seu Benedictinam, revocavi; similiterque particulam *et* ante *examinatis.*

Ibid. l. 14. vobis quoque] Cornelio Romanisque suis.

Ibid. l. 16. Quod si de collegis aliquis] Quanquam in synodo convenerit lapsis ob ingruentem persecutionem pacem maturius dandam esse, tamen cum penes episcopum erat judicare de lapsi pœnitentia, res hæc in ejus arbitrio usque permansit. Aut fortassis respicit episcopos eos, ad quos provinciæ Africæ synodi decreta non pertinebant. FELLUS.

Ibid. l. 23. graviorem multo] Certe Cypriano erat gravior; qui post exilii tædia, tandem hac persecutione capite plectebatur. Sed Prophetæ, visorum suorum non semper fidi interpretes. Donum prophetias interpretandi, prorsus erat distinctum a prophetiæ charismate. Vid. 1 Cor. i. 10. FELLUS. Cornelio quidem gravior fuit hæc Galli vexatio, ut Fellum corrigens Anglicus ait interpres, non Cypriano, qui Valeriano Imp. nonnullis post annis martyrium passurus erat.

Ibid. l. 24. ostendi—admoneri] In aliquot MSS. post *nobis* additur *scimus* operâ librarii, qui verbum sequens *ostendi* ad superius *protulimus* referendum esse non animadvertit. In vulgatis autem mox obtinet *ostenditur,* pro

ostendi, et subinde *admonent* pro *admoniti*. Optimæ notæ codex Colb. cui et Corb. aliique favent, sinceram lectionem asservavit. Coustant. Quem quidem virum eruditum hoc loco secutus sum. *Edit. Benedictina* habet *ostenditur* et *admonemus*. *Edit. Oxon. ostenditur* et *admonent*. Sed diu ante Coustantium in *Manutiana edit.* duo isti infinitivi extiterant *ostendi* et *admoneri*.

CONCIL. CARTHAG. III.

P. 74. l. 5. *Synodica hæc Epistola*] Hujus epistolæ mentio extat apud sanctum Augustinum in libro de Gestis Pelagii cap. 11. et in libro quarto contra duas Epistolas Pelagianorum cap. 8. et in sermone 294. novæ editionis. Meminit ejusdem etiam Hieronymus in Calce Dialogorum adversus Pelagianos. Vide librum Georgii Cassandri adversus Anabaptistas. Baluzius.

Ibid. l. 9. numero LXVI.] Videsis quod ante annotatum est ad Concil. II. p. 109.

Ibid. Fido] Pamelius ait non potuisse se reperire quo in loco Fidus fuerit episcopus, verisimile tamen esse fuisse vicinum Therapii, qui in synodo sancti Cypriani cognominatur a Bulla. (vid. supra *Concill.* VII. p. 103.) Morellius putavit fuisse tantum presbyterum. Baluzius. Ait Pearsonius in *Annal.* "Dum illi in concilio erant, allatæ "sunt a Fido episcopo, ut videtur, scriptæ literæ," ad an. 253. sect. ix.

Ibid. l. 10. Victore quondam presbytero] Rigaltius ait, *Iste Victor quondam in ecclesia presbyter, male servata fide, ecclesiam amiserat, et pacem. Itaque etsi pacem quomodocunque, hoc est præpropera Therapii festinatione recepisset, minime tamen locum in ecclesia hoc est presbyteri honorem receperat. Bene igitur, atque ex disciplina veteri, scripsit Cyprianus, de Victore quondam presbytero, qui nunc inter laicos communicabat ecclesiæ. Idem ergo Victor de laico presbyter; de presbytero lapsus: de lapso pœnitens: de pœnitente laicus.* Supra observavimus, non semper in ecclesia obtinuisse, ut in clericos delinquentes, solum per depositionem ad communionem laicam animadverteretur. Constat Victorem ecclesia pulsum ad pœnitentiam eamque diutinam admissum. Licet vero synodo post reditum Cypriani secunda, lapsis ob persecutionem ingruentem indultum; tamen non ea mens patrum erat ut

pace restituta *et nulla necessitate cogente*, episcopus omnia pro arbitrio laxaret. Pacem nunc ecclesiæ redditam frequens synodus indicat. Fortunatianus lapsus *quondam episcopus* dicitur, statim Ep. LXV. (al. LXIV.) FELLUS. Quamquam Pamelius agnoscat editiones Manutii et Morellii istic habere *quondam*, magis tamen ei placuit lectio veterum editionum, in quibus scriptum est *quodam*, eam videlicet ob causam, ut ille ait, quod satis constet ex sequentibus adhuc vixisse Victorem presbyterum cum Cyprianus hanc epistolam scriberet. Quod est certissimum. Verum vox *quondam* non accipienda est in hoc loco tanquam intelligi deberet de homine defuncto, sed de eo qui cum pœnitentiam accepisset post lapsum, dejectus erat de gradu presbyteri, sicut infra Epist. lxiv. pag. 110. legitur *Fortunatianum quondam apud vos episcopum*. Lectionem porro quam nos revocamus exhibent libri veteres et vetustissima hujus epistolæ versio Syriaca quam servat bibliotheca serenissimi Ducis Florentiæ, uti ego accepi a viro istius linguæ et bonarum litterarum peritissimo Eusebio Renaudotio. Sic in epistola Felicis Papæ III. ad Acacium, *quondam episcopos, nunc vero honore et communione privatos*. Possunt reperiri plurima exempla similia. BALUZIUS. Clericis haud licuisse qui pœnitentiam egissent, recipere locum suum in ecclesia, satis ostendit Basilidis exemplum in litteris Synodicis proxime post has sequentibus commemoratum. Idemque nobis inculcant cum Rigaltius etiam alibi in *Notis ad Cyprianum*, tum Albaspinæus *Observatt. de Veteribus Eccles. Rit.* lib. ii. cap. 34. et Binghamus *Antiquit. Eccles. Christ.* lib. ii. c. 2. §§. 2. et 4.

P. 74. l. 13. temere Therapius collega noster] Baluzius quidem duorum librorum veterum fide nixus, a quibus aberat vox *temere*, eandem ut a sciolo quodam ex sequentibus ad pag. hujus lin. 20. adjectam neglexit; quæ vero ipso fatente viro cl. in pluribus veteribus exemplaribus lectio inventa est, hanc ego minime eliminandam putavi, præsertim cum bene conveniret loco vocabulum.

Ibid. Therapius] Episcopus Bullensis in provincia proconsulari. Duplex autem fuit, ut alibi diximus, Bulla in ea provincia, una dicta simpliciter Bulla, cujus iste Therapius erat episcopus, alia Bulla regia. Concilio Carthaginensi sub Genetlio interfuit Epigonius episcopus Bullensium regiorum, collationi vero Carthaginensi inter catholicos et Donatistas Dominicus episcopus Bullensium regiorum catholicus et Felix Donatista, qui in gestis vocatur simpliciter episcopus Bullensis. BALUZIUS.

P. 74. l. 15. decreti nostri] Cons. prioris Epistolæ init.

Ibid. l. 16. sine petitu et conscientia plebis] Hoc sæpissime dicit, *communicato etiam cum plebe consilio.* RIGALTIUS a Fello allatus.

Ibid. l. 17. nulla infirmitate urgente ac necessitate cogente] Significari hoc loco Anglicus monet interpres duo pœnitentiæ laxamenta, quæ in duabus synodis concessa fuerant, quorum alterum permittebat absolutionem, quam clinicam vocat, de vita periclitantibus, alterum ignoscebat pœnitentibus, ingruente persecutione et minitantibus iniquis temporibus.

Ibid. l. 24. Quantum vero &c.] Citat hunc locum sanctus Augustinus lib. iv. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 8. BALUZIUS.

Ibid. l. 26. baptizari non oportere] De baptismo infantium vide Josephum Vicecomitem lib. ii. cap. 1. de Antiquis Baptismi Ritibus et Scripta Anglicana Buceri p. 655. 667. 781. Vide etiam tractatum Florentii Conrii de Statu Parvulorum sine baptismo decedentium. BALUZIUS.

Ibid. l. 28. sanctificandum] Ita omnes editiones ante Pamelianam et plerique libri veteres. Pamelius scripsit *sacrificandum.* Ita etiam Rigaltius, quamvis Goulartius, repudiata lectione Pamelii, scripsisset *sanctificandum.* Hanc lectionem maluerunt Angli. Recte quidem. Est enim optima. Vide Epistolam 76. ad Magnum pag. 152. 155. BALUZIUS.

Ibid. l. 29. in concilio nostro omnibus visum est] Augustinus lib. iv. de Bapt. contra Donatistas cap. 23, 24. Infantium baptismum traditioni apostolicæ adscribit, hanc regulam proponens, *Quod universa tenet ecclesia, nec conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate apostolica traditum rectissime creditur.* Licet in Concilio hoc Carthaginiensi 66. episcoporum, *omnibus visum sit; nulli hominum nato misericordiam Dei, et gratiam denegandam;* hæc non ad pædobaptismum statuendum adducta qui olim obtinuit; sed ad Afrorum hac in re judaizantium errorem refellendum vibrata, qui ad diem octavum, circumcisioni olim præstitutum, ritum illum differendum censebant. FELLUS. Notat Baluzius, vocem deesse *omnibus,* quam valde superfluam appellat, in septem codicibus antiquis, extare tamen ait apud *Augustinum.* Sed de inutilitate ejus mihi adhuc non constat.

P. 75. l. 4. nulla anima perdenda est] Citat hunc locum sanctus Augustinus in epistola ad Hieronymum de Origine Animarum. BALUZIUS.

P. 75. l. 6. secundum dierum sæcularium cursum] Sic infra: *Secundum seculum, non secundum Deum.* Nam apud Deum non est tempus. Dies igitur dicit seculares, uti ab hominibus in seculo numerantur. RIGALTIUS.

Ibid. l. 12. viduæ filium] Ita veteres editiones et omnes fere libri veteres. Pamelius edidit *viduæ Sunamitis filium* ex unico codice Anglicano, fassus vocem *Sunamitis* desiderari in cæteris antiquis codicibus. Angli scripserunt *Sunamitidis*. Ego sustuli hanc vocem, quam non dubito esse ex glossemate. Admoneo tamen me illam reperisse in quinque libris veteribus. BALUZIUS.

Ibid. l. 16. inæqualitatem] Cæteræ editt. quas vidi omnes præter Benedictinam vel *æqualitatem* vel *qualitatem* habent, sed fortasse lectionem receptam in codicibus suis invenit Baluzius. Cæterum ænigmata istæc ab insania illa prope absunt Origenis et aliorum, quæ fidem historiarum sacrarum subvertere ausa est, ut mysticum adstrueret sensum libris sacris.

Ibid. l. 23. discrimen] Tres libri veteres habent *differentiam vel discrimen,* alius *discrimen.* Ex similibus fontibus, ut sæpe monuimus, orta sunt tot vocabula synonyma apud Cyprianum. BALUZIUS.

Ibid. l. 29. præbeat patrem] Ita omnes fere libri veteres et omnes editiones. Atque ea lectio est optima. Nam certum est Deum se omnibus hominibus æqualiter præstare patrem. Est enim pater noster, in primis vero eorum qui credunt in eum, eorum qui per eum sanctificati et gratiæ spiritalis nativitate reparati filii ejus esse cœperunt, ut ait sanctus martyr in libro de Oratione Dominica pag. 206. Et tamen Pamelius magis probat conjecturam Costerii existimantis legendum esse *parem;* eamque conjecturam Pamelius, ut ipse ait, in sua editione posuisset nisi contradicentes habuisset omnes libros manuscriptos et omnes editiones. Ego tamen vocem *parem* reperi in duobus codicibus antiquis. BALUZIUS.

Ibid. l. 31. adhuc horreat exosculari] Rigaltius ait, Fidus, ad quem est hæc Epistola Cypriani, horrebat osculari recens natos infantes, cum suis impedimentis profusos utique et oblitos, indeque in octavum a partu diem differri baptismum volebat. Horrorem discutit Cyprianus iisdem argumentis quibus Tertullianus Marcionis hæresin confutavit exhorrentis Fidei Christianæ articulum quo Christum filium Dei de Mariæ virginis utero vere hominem natum adserimus. *Christus dilexit hominem illum in immunditiis, in utero coagulatum, illum per pu-*

denda prolatum, illum per ludibria nutritum. Propter eum descendit, propter eum prædicavit. Tu hæc erubescenda illi facis quæ redemit? Tu exhorrescis in infante recentes adhuc Dei manus? Natura veneranda est, non erubescenda. Hæc Rigalt. Totus hic apparatus ex Ethnica superstitione originem sumsit. Macrobius lib. I. cap. 16. *Est,* inquit, *Nundinum Romanorum Dea, a nono die nascentium nuncupata qui lustricus dicitur. Est autem dies lustricus quo infantes lustrantur et nomen accipiunt, sed is maribus nonus, octavus est feminis.* Dato infantes non ad osculum admittendos ante diem octavum, sequebatur utique non baptizandos; quilibet enim Christianus, fraternitatis jure ad pacis osculum admissus. FELLUS.

P. 76. l. 10. sacramentum est] Pariter hujus typi meminit D. Augustinus contra Faustum Manich. lib. xvi. c. 29. *Tertio die resurgens quem dominicum dicimus, qui post sabbatum numeratur octavus, etiam circumcisionem octavi diei ad se prophetandum pertinere declarat.* Et paulo post. *Quia ista resurrectio quæ credita est nos justificat, illa octavæ diei circumcisione figurata est.* FELLUS.

Ibid. l. 12. veritate completum] Quidam libri veteres et editio Morellii habent *in veritate.* Quod potest esse melius. BALUZIUS. Adde *editionem principem.*

Ibid. l. 15. post sabbatum primus et dominicus] Magnum ante hos ducentos annos bellum cum maxima utrinque acerbitate gestum et pugnatum est inter Paulum de Middelburgo, qui postea fuit episcopus Forosemproniensis, Petrum de Rivo sacræ paginæ professorem in academia Lovaniensi, et Thomam Bazin, episcopum Lexoviensem et dein archiepiscopum Cæsariensem, an die octava sabbati, id est die dominica, Christus resurrexisset. Tractatus Petri de Rivo editus fuit anno 1492. in urbe Lovaniensi, et Pauli adversus Petrum in libro sexto de Recta Paschæ Celebratione. At tractatus Thomæ nondum editus habetur in bibliotheca regia. BALUZIUS. Videsis quæ de tempore Dominicæ resurrectionis alii aliter statuerunt in DIONYSII ALEX. *Epist. ad Basilidem* supra ad pag. 385. &c. vol. ii.

Ibid. l. 18. Propter quod &c.] Refert hunc locum sanctus Augustinus sermone 294. pag. 1193. novæ editionis. BALUZIUS. Ibi S. Augustinus, vel alius quis, adduxit locum, hæc quidem præfatus: *Sanctus Cyprianus est, quem in manus sumpsi, antiquus episcopus sedis hujus quid senserit de baptismo parvulorum, imo quid semper ecclesiam sensisse monstraverit, paululum accipite.*

P. 76. l. 18. a gratia consequenda] Tres libri veteres præferunt *ad gratiam consequendam*. BALUZIUS.

Ibid. l. 27. Porro autem &c.] Totum hunc locum descripsit sanctus Hieronymus in fine libri tertii adversus Pelagianos. Sed apud Hieronymum legitur *remissio* pro *remissa*; et pro eo quod apud Cyprianum recte scriptum est *de ope nostra ac divina misericordia*, in Hieronymo habet *de ope nostra ad divinam misericordiam*. BALUZIUS.

Ibid. l. 28. gravissimis delictoribus] Negatoribus, sacrificatis, libellatis. Delictores dicit eos qui fidem Christo datam deseruerunt, dereliquerunt. Observavimus supra ad Epist. LV. (al. LII.) RIGALTIUS a Fello allatus. At vero magis suadet illud, *si postea crediderint*, istæc verba de hominibus Christianam fidem amplexis, atque idcirco baptismum petentibus, exponere, per quem quidem baptismi ritum in nomine Divino celebratum peccata omnia remitti ac deleri credebat antiquitas.

Ibid. l. 32. nisi quod secundum Adam] Vix alibi reperitur, apud antiquos scriptores, locus ad confirmandum dogma de originali peccato, magis appositus, et expressus. De veterum hac in causa placitis consulatur auctor Historiæ Pelagianæ, lib. ii. qui tamen immerito sugillat Clementem Alexandrinum, quasi doctrinam de originali peccato non satis intellexisset, siquidem quæ Stromat. lib. iii. ab ipso disputata sunt, adversus Encratitas intentabantur, qui ferebant τὴν γένεσιν ἁπλῶς ἐπικατάρατον, ut ait Epiph. Porro asserebant Adamum damnatum. Iren. lib. I. c. 30. FELLUS. Hieronymus lib. iii. *adv. Pelag.* p. 545. et pluribus locis Augustinus auctoritatem harum litterarum Pelagianis, ut notavit Cellier *Histoire Générale*, &c. vol. iii. pag. 590. objecerunt. Extant autem præter hunc aliosque Cypriani locos insignia quædam de peccato originis in libro *De Habitu Virginum* p. 180; atque adjicio auctoribus illis veteribus, quos dogmatis hujus adduxit vindices eruditissimus Vossius in *Hist. Pelagiana* lib. ii. P. i. thes. 5. Theophilum Antiochenum, Tertullianum, (cujus tamen testimonium quoddam commemoratur in *Thesibus Theol. et Histor.* Disput. ii. ab eod. Vossio,) Firmilianum, Hippolytumque, vetustissimos scriptores; nec dubito, quin horum dictis addi mereatur Clementis Romani illud in *Epistola ad Corinthios*, cap. 38. Cæterum in *Epist.* 66, p. 593. tom. ii. ed. Benedictinæ Augustinus hæc scribit; *Beatus quidem Cyprianus non aliquod decretum condens novum, sed ecclesiæ fidem firmissimam servans ad corrigendum eos, qui putabant ante octavum diem nativitatis non*

esse parvulum baptizandum, non carnem, sed animam dixit esse non perdendam, et mox natum rite baptizari posse, cum suis quibusdam coepiscopis censuit.

P. 77. l. 10. nativitatis suæ ortu plorantes] Scriptores Ethnici Infantium modo natorum fletum; miseriarum sequentis vitæ omen putabant: Cyprianus pietati ascribit, et ceu precum inarticulatam formulam commendat. FELLUS. Quidam ex patribus Antenicænis, cujus tamen nomen mea excidit memoria, recens natorum vagitus ad deplorationem peccati pænæque originis suæ detorquet.

CONCIL. CARTHAG. IV.

Ibid. l. 18. *Epistola*] Certum est hanc epistolam esse responsionem ad epistolam quam episcopi Hispani scripserant ad Afros in causa Basilidis et Martialis. Nulla illic mentio epistolæ ab illis scriptæ ad Romanos. Et tamen Baronius, qui vult omnia ecclesiarum negotia vetustis illis temporibus relata fuisse ad Papam, verisimili et vehementi se duci conjectura ait ut existimet Felicem et Sabinum episcopos Hispanos, qui missi fuerant in Africam, ut sic Cypriani quoque suffragio sua ipsorum electione probata, inde tum ipsius tum aliorum ipsius collegarum litteris pariter communiti Romam ad refellenda Basilidis mendacia adnavigarent, sedisque apostolicæ auctoritate compescerent contumaces qui Hispaniæ episcopos contempsissent. At quia levis conjectura, ut Cicero ait, non penditur, ista inter leves numerabitur. BALUZIUS.

Ibid. l. 22. Nicomedes &c.] In nonnullis libris scriptis et in *editt. Pamelii* et *Rigaltii* omissa sunt nomina episcoporum, quæ post *Polycarpum* hic sequuntur. Aliis autem MStis nullum præter Cypriani nomen adest, in plerisque tamen codicibus cum scriptis tum antiquius impressis omnia hæc nomina signantur.

Ibid. l. 29. Legionem] Urbs est Hispaniæ Tarraconensis in finibus Asturum a Nerva Imperatore condita, qui et Asturicam instauravit; unde ex vicinia non minus quam querela recte hic conjunguntur civitates istæ ut et Emerita, urbs adjacens ab Augusto condita. Quibus additur Cæsar-augusta (vid. p. 81.) iisdem auspiciis structa, quibus pessimi exempli attentatum Martialis et Basilidis grave periculum induxerat. FELLUS. Quæ urbes hodieque *Leon, Astorga, Merida, Zaragosa,* appellantur.

P. 78. l. 3. coëpiscopos] Ita libri veteres et editiones.

In Rigaltiana tamen et in ea quam Reinhartus procuravit scriptum est *episcopos*. Angli emendaverunt. Sic etiam apud Victorem Vitensem lib. I. cap. 13. scribendum est *coepiscopis* pro eo quod ibi scriptum est *universis episcopis tuis*. Nam et in capite sequenti et alibi scriptum est *coepiscopis*. BALUZIUS.

P. 78. l. 5. libellis idololatriæ commaculatis] De libellaticis, sive illis, qui libellum seu judicis testimonium sibi comparabant, in quo scriptum erat, ipsos legibus satisfecisse, id est, Diis sacrificasse, tametsi nihil ejusmodi fecissent, vide cl. Moshemium more suo, hoc est et docte et fuse, in Opere *De Rebus Christianorum ante Constant. M.* disputantem. Sæc. III. §. ix. p. 482—489.

Ibid. l. 8. desiderastis rescribi ad hæc vobis] Non inconvenienter, neque absurde aliquis opinabitur, clerum Hispanum super istis episcopis idololatris etiam ad Stephanum literas dedisse, ut ad Cyprianum. Sed cur ad Cyprianum, si potestas infinita penes Romanum? Immo Romano, ut longe posito, ac per negligentiam decepto, sive per ambitum aut gratiam subornato, Basilides et Martialis injuste repositi in episcopatum, de quo juste depositi fuerant, cum usurpare locum pristinum conarentur, obstitere clerici Legionenses et Asturicenses una cum plebe, datisque ad Cyprianum litteris appellavere Carthaginiensem adversus Romanum. RIGALTIUS a Fello allatus.

Ibid. l. 21. prædicta et manifestata] Ita duodecim libri nostri veteres et quinque laudati a Pamelio. Alii duo nostri habent *cum prædicta et mandata*. Quatuor alii et veteres editiones, *prædicta vel mandata et manifesta*, nisi quod *et manifesta* deest in uno eorum. Addit Pamelius superflue additum fuisse in excusis *vel mandata*, cum non extent in libris manuscriptis. Ego cum Pamelio sentio istud superflue additum fuisse. Est enim unum ex synonymis quibus abundant vetera exemplaria operum sancti martyris. BALUZIUS. Prædicta et manifesta *edd. Pamelii Rigalt. Fellique*. Illud *vel mandata* edd. ante Pamelium.

Ibid. l. 28. contemptis divinis præceptis &c.] Hic Esaiæ locus fons et origo est omnium quas antehac observavimus dictionum hujusmodi Cyprianicarum, quibus hominum commenta, divinis mandatis opposita, damnantur: Dixerat autem Esaias: μάτην δὲ σέβονταί με διδάσκοντες ἐντάλματα ἀνθρώπων καὶ διδασκαλίας. Christus apud Matth. Pharisæos increpans dixit: *Quare et vos transgredimini mandatum Dei, per traditionem vestram.* Quod Cyprianus interpretatur, *Rejicitis mandatum Dei, ut traditionem ves-*

tram statuatis. Pro *transgredimini, sive rejicitis, aut irritum fecistis*, Græca habent παραβαίνετε et ἠκυρώσατε. Cyprianus dixit, *contemnitis.* Itaque opponit humanæ indulgentiæ, divinam præscriptionem; humanis doctrinis, divina præcepta; traditionibus humanis, mandata divina. Ac semel statuit quod semper custodiri velit, humanam indulgentiam nihil concedere cuiquam posse, ubi Deus intercedit, hoc est, vetat. Videantur Observationes ad Epist. III. ubi de ecclesia humana. RIGALT. a Fello allat.

P. 78. l. 30. *Sine causa*] Sic reddidit Cyprianus quæ Septuaginta dixere, μάτην σέβονταί με. *Sine causa, vane, perperam.* RIGALTIUS a Fello allatus

P. 79. l. 5. audiri in precibus] Adnotat Erasmus videri Cyprianum sensisse sacrificio sacerdotis impii nihil effici, immo magis inquinari populum. Joannes Gerson in sermone de cœna Domini: *Dic consequenter cur Cyprianus et alii doctores plurimi, quorum dicta recitantur in decretis, posuerunt nihil fieri in sacramentis nihilque conferri a schismaticis.* Vide 1. q. 1. in decreto Gratiani. Apud Etherium et Beatum in libro primo adversus Elipandum Toletanum scriptum est sacrificium altaris offerri non posse per quemlibet sacerdotem, sed per sacerdotem sanctum et justum. Albertus Stadensis describens historiam quorundam hæreticorum qui anno 1248. cœperunt pullulare in ecclesia Dei, ait illos dixisse sacerdotes in peccatis mortalibus constitutos non posse conficere eucharistiam. In articulis Wicleffi damnatis in concilio Constantiensi legitur: *Si episcopus vel sacerdos est in peccato mortali, non ordinat, non conficit, non consecrat, non baptizat.* Joanni de Varennis pastori sancti Læti in diocesi Remensi objectum est eadem tempestate quod *publice prædicavit quod presbyteri concubinarii non conficiebant corpus Christi*, ut videre est in tomo primo operum Gersonii p. 915. postremæ editionis. Apud Odoricum Raynaldum an. 1420. §. 17. extat bulla Martini Papæ V. adversus Nicolaum Serurarium prædicantem quod orationes et preces missales presbyterorum publice concubinariorum erant nullius valoris et presbyteros publice concubinarios esse pejores Juda. Vide Gregorium VII. lib. iv. Epist. 10. 11. 20. et notas nostras ad Agobardum pag. 66. Contra apud Gratianum 1. q. 1. cap. *Intra catholicam* refertur locus ex Augustino, in quo scriptum est intra catholicam ecclesiam in mysterio corporis et sanguinis Domini nihil a bono magis, nihil a malo minus perfici sacerdote. Vide Hugonem archiepiscopum Rothomagensem lib. v. Dialogorum cap. 11. et Epi-

stolam ejus Apologeticam ad Matthæum Albanensem. Vide etiam M. Antonium Marsilium in tractatu de Aqua benedicta p. 266. BALUZIUS. De solis sacerdotibus Cyprianus atque collegæ loqui videntur, qui peccatis illis contaminentur, propter quæ ex lege ecclesiæ sacerdotii fungi officiis desinerent. Adde, quod jam *depositus de munere jure fuerat* Basilides.

P. 79. l. 7. *peccatorem*] Codices aliquot recensuit Fellus, in quibus scriptum est *peccatores*, quemadmodum legitur in *Evangelio*, sed et istic ἁμάρτωλον codices nonnulli.

Ibid. l. 11. Nec sibi plebs blandiatur] Hunc locum alicubi mutatum et interpolatum retulit Algerus scholasticus Leodiensis in libro de Misericordia et Justitia cap. 81. et post *sacrificio contaminati* nonnulla addidit quæ neque in vulgatis editionibus extant neque in codicibus manuscriptis. Ea sic habent. *Nonne enim quia Jonas cum inobedientia esset in navi, navis periclitabatur conteri, quia Achaz cum anathemate laminæ aureæ erat in Israel, exercitus percussus et fugatus est ab urbe Hai. Si ergo ita punitum est in culpæ ignaros, quid fiet in conscios et consentientes?* BALUZIUS.

Ibid. l. 25. *horum hominum durissimorum*] Horum hominum injustorum durissimorum. Ita coëgit me auctoritas sedecim veterum exemplarium et vetustissimarum editionum ut mutarem editionem jam inde ab Erasmo receptam. Omnia enim vetera exemplaria habent *horum hominum injustorum durissimorum.* Sane in Fuxensi legitur tantum *hominum durissimorum*, per incuriam videlicet librarii, qui aliquid omisit. In capite xvi. Numerorum, ex quo locus iste descriptus est, legitur: *Recedite a tabernaculis hominum impiorum.* In Epistola tamen 76. (al. 77.) pag. 155. ubi idem locus refertur legitur *hominum istorum durissimorum.* BALUZIUS. Exhibent in hoc quoque loco, de quo agimus, eandem prorsus lectionem, *hominum istorum durissimorum*, editiones penes me *Manutiana* et *Pamelii*, et *Rigaltii*, *Fellina*que; *ed.* vero *Romana* anni 1471. voculam *istorum* haud agnoscit. Sed et Hieronymus *adv. Luciferianos* p. 128. *ed. Froben.* affert ex S. Scriptura, *istorum hominum durissimorum.* Itaque lectionem consimilem, *horum hominum durissimorum*, quam Harduinus in *Conciliorum* editione aliique præstant, reposui, nam vocem *injustorum* eo negligendam putavi, quod lectio duplex tantum sit, cum σκληρῶν vocabulum τῶν ό. alii alio modo vertunt. Multæ porro apud *Cyprianum* hujusmodi sunt lectiones. Quod autem censent cum in notis suis Rigaltius

tum Anglicus interpres, per vocem *durissimorum* significari a Cypriano Novatianos, qui lapsis pœnitentiam negabant, id mihi minus certum atque evidens videtur.

P. 79. l. 25. *tangere ea quæ ad eos pertinent*] Veteres editiones et undecim libri veteres habent, *nolite tangere ab omnibus quæ sunt eis*. Quod mutatum videtur a posterioribus librariis studio revocandæ lectionis quæ extat in editione vulgata sacræ scripturæ. Baluzius. A Fello adducti fuerant undecim illi libri veteres quos memorat Baluzius; ii vero τοὺς ο'. ad literam exprimunt, ita enim Græca horum se habent, Καὶ μὴ ἅπἶεσθε ἀπὸ πάντων ὅσα ἐςὶν αὐτοῖς.

Ibid. l. 27. plebs obsequens] Sermo de vexatione Donatistarum editus in appendice Optati a viro doctissimo Ludovico Ellies Du-Pin pag. 299. §. 3. *Ante plebem nimis sibi semper obsecutam*. Baluzius.

Ibid. l. 28. a peccatore præposito] Magna istic auctoritas datur plebi, ut de vita et moribus episcopi sui judicet, et si constiterit illum errare in fide, ab ejus communione abstineat. *Nam cum ideo episcopus*, ut ait sanctus Hieronymus in Dialogo adversus Luciferianos, *In ecclesia constituatur ut populum coërceat ab errore, quantus error erit in populo cum errat ille qui docet*. Item in epistola ad Pammachium contra Joannem Hierosolymitanum : *Sanctiores enim sunt aures populi quam sacerdotis animus*. Vide notas nostras ad Agobardum pag. 61. et viri doctissimi nobisque amicissimi Domni Bernardi de Montefalcone præfationem ad opuscula sancti Athanasii §. 6. Vide etiam itinerarium Adriani Papæ VI. editum in libro tertio Miscellaneorum nostrorum pag. 451. Exemplum plebis recedere volentis ab episcopo suo refert sanctus Augustinus in epistola ad Nancilionem, quamvis non ageretur de fide, sed de nova translatione unius vocabuli in capite quarto libri Jonæ. Nos homines Romanæ communionis putamus recedendum esse a Papa si sit hæreticus. Baluzius. Notavit inter alia Anglicus interpres, laicis vindicari hanc potestatem in decimo quinto Canone Concilii, quod vocat ille Septimum Œcumenicum, (quod quidem unum est ex synodis Photianis, cujus extant Canones ad pag. 331. et seq. *Synodici Beveregiani*,) separandi sese ab episcopo suo, si modo circa dogmata jam definita manifestus hæreticus extiterit, etiamsi nulla in eum lata esset synodica sententia. At vero hunc Canonem ad clerum præsuli hæretico subditum proxime pertinere dicerem.

Ibid. l. 30. ipsa maxime habeat potestatem &c.] Non proprio motu impulsa, sed admonita per justam ac neces-

sariam sollicitudinem aliorum præpositorum, per aliarum ecclesiarum episcopos, quorum consilia divinis præceptis respondent. RIGALTIUS a Fello allatus.

P. 80. l. 5. *et Aaron appositus*] LXX. προστεθεὶς ἀποθανέτω ἐκεῖ. Vulgata, *colligetur et morietur ibi*, h. e. *colligetur* ad patres suos. Ita *codex Fuxensis* a Baluzio memoratus habet, *et Aaron appositus ad patres suos moriatur*. Anglica Bibliorum versio, *ad populum suum*.

Ibid. l. 7. ordinationes sacerdotales non nisi &c.] Hoc exemplo Christianorum Alexander Severus dispositiones suas publicabat, ubi aliquos volebat vel rectores provinciis dare, vel præpositos facere, vel procuratores, id est rationales, ordinare: nomina eorum proponebat, dicebatque grave esse quum id Christiani et Judæi facerent in ordinandis sacerdotibus, non fieri in provinciarum rectoribus, &c. quæ apud Lampridium. RIGALTIUS a Fello allatus.

Ibid. l. 14. apostolo] Antea legebatur *episcopo*. Veram lectionem nobis subministrarunt tria vetera exemplaria. BALUZIUS. Sed prius restituta a Fello fuerat vox *apostolo* ex quatuor codicibus.

Ibid. l. 15. *in mèdio discentium*] Ait, Act. i. ἐν μέσῳ τῶν μαθητῶν. Vulg. discipulorum. RIGALTIUS a Fello allatus. Tres libri veteres, *discipulorum*, eodem sensu. Paulo post quoque scriptum est *discipulorum*. Apud Tertullianum in libro de Pœnitentia, *Ad unius quidem discentis gladium*. Vide notas Pamelii. BALUZIUS.

Ibid. *fuit autem turba in uno*] ἐπὶ τὸ αὐτό. Ipse Cyprianus principio hujus Epist. *Cum in unum convenissemus*. Psal. cxxi. ἧς ἡ μετοχὴ αὐτῆς ἐπὶ τὸ αὐτό. RIGALTIUS a Fello allatus. (Vulgata habet, *erat autem hominum turba simul fere centum viginti*. Atque audi Baluzium, qui reposuit, *fuit autem turba hominum fere centum viginti*.) Antea ibi scriptum erat *turba in uno* vel *in unum*. Nos emendavimus et supplevimus ex fide quatuor veterum exemplarium. Recte sane. Nam in actibus apostolorum, unde acceptus est hic locus, legitur *fere centum viginti*. BALUZIUS. Sic vir cl. Quum vero hæc lectio ex *Vulgata interp.* Cypriano post advecta esse mihi videretur, prout ipse quoque Baluzius de alio loco Cyprianico a librariis mutato ad pag. 79. judicaverat, veterem lectionem revocandam esse censui. Confer et notam proxime sequentem.

Ibid. l. 20. *totam plebem*] Act. vi. 2. προσκαλεσάμενοι δὲ οἱ δώδεκα τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν. et 6. ἐνώπιον παντὸς τοῦ πλήθους. Pacianus Epistola III. *cujus partes in unum*. RIGALTIUS a Fello allatus. Duo libri veteres, *totam mul-*

titudinem. BALUZIUS. *Vulgata* hoc loco habet, *convocantes autem duodecim multitudinem discipulorum.*

P. 80. l. 28. *et non per me*] Καὶ οὐ δι' ἐμοῦ ἦρξαν. Os. viii. RIGALTIUS a Fello allatus. Mox in verbis, *et uniuscujusque actum de ejus conversatione perspexit*, præpositione *de ex* significatur.

P. 81. l. 8. rescindere ordinationem] Hac in re Stephanus fuit minus excusandus quod contra canones propriæ ecclesiæ tempore Cornelii stabilitos deliquerit; ubi sancitum, *lapsos ad pœnitentiam agendam posse admitti, ab ordinatione autem cleri atque sacerdotali honore prohiberi.* Quod etiam *ab omnibus episcopis in toto mundo constitutis* decretum. FELLUS.

Ibid. l. 10. Romam pergens] Quo solebant contumaces, ut procul ab suis quibus erant noti, facilius fallerent, fucum et imposturam facerent. RIGALTIUS a Fello allatus.

Ibid. l. 12. ac veritatis] In posterioribus editionibus legitur, *ac tacitæ veritatis.* Pamelius adjecit vocem *tacitæ* ex unico codice Anglicano, fassus eam desiderari in cæteris. Sane ego illam nuspiam reperi in libris nostris veteribus. Testantur autem Angli eam non haberi in codice Bodleiano. Certe admodum inutilis est et superflua. BALUZ.

Ibid. exambiret reponi] Ut ad communionem Romanæ ecclesiæ admissus, ad suos redux; se illic pro episcopo agnitum jactaret, nullosque jam sine schismatis nota posse ejus communionem refugere, siquidem unitas ecclesiæ id poscebat, ut alicujus ecclesiæ membrum ab omnibus agnosceretur. FELLUS. Basilidis factum obreptionem, non appellationem, vocat Cyprianus, quod monet Richerius in *Hist. Concil. Generalium*, lib. I. c. vi. §. 9. Et quicquid inde colligendum sit, quod ad Romanum episcopum se recepisset Basilides, communionem ecclesiasticam a majoris sedis episcopo adipisci sperans, constat ab Hispanis rogatam esse post episcopum illum a Basilide circumventum ecclesiam Africanam, ut ab illa ad se rescriberetur de depositione duorum episcoporum, atque ordinatione et substitutione Sabini; tum vero Africanam ecclesiam, actis horum Hispanorum comprobatis, eos, ne cum Basilide aut altero reo Martiale, spretis evangelii atque ecclesiæ legibus, communicarent, magnopere hortatam fuisse. Sic rem contraxi. Conf. Dupin. *De Antiqua Eccles. Disciplina Dissert.* II. cap. ii. §. 1. p. 152. et Cellier. *Histoire Générale* &c. tom. iii. Art. Saint Cyprien. p. 125.

Ibid. l. 13. jure depositus] Antea legebatur *juste.* Quæ sane lectio optima est. Verum cum *jure* scriptum sit in

codice Veronensi, in quindecim vetustis exemplaribus nostris, et in septem Anglicanis, et Morellius ita quoque posuerit, non credidi rejicere me debere lectionem quæ tot auctoritatibus nititur. Videtur autem differentiam inter hæc duo vocabula posuisse auctor panegyrici Flaviensium Constantino dicti. Ait enim: *Fecisti ut quod poteramus jure petere juste obstinuisse videamur.* BALUZIUS.

P. 81. l. 21. delictis gravibus involutus] Principio Epistolæ dixit: *Nefandorum facinorum conscientia vinctos.* Mox dicet, *Gravibus delictis implicatos.* Et alibi, *Conscientiam multis delictorum laqueis vinctam.* RIGALTIUS a Fello allatus. Ita quatuordecim libri veteres et editiones Erasmi et Morellii. At antiquiores editiones et sex libri veteres habent *gravique involutus crimine.* BALUZIUS.

Ibid. l. 25. et ut Felix] Non sane improbanda est interpretis Anglici conjectura, existimat enim ille in locum Martialis successorem fuisse hunc Felicem, qui missus cum Sabino Basilidis successore episcopus hic dicitur.

Ibid. l. 26. Felix de Cæsaraugusta] Hinc Baronius collegit illum fuisse episcopum Cæsaraugustanum; ejusque sententiam amplexi sunt scriptores rerum Arragonensium. Sed illam graviter exagitat Franciscus Bivarius in commentariis suis ad chronicon Dextri, et contendit hunc Felicem non fuisse episcopum, sed presbyterum Vallatæ Urbicuæ in Vaccæis, argumento sumpto ex eo chronico. Sane certum est Felicem non vocari episcopum a Cypriano. Sed ex modo scribendi Cyprianico facile et proclive est existimare illum ea dignitate decoratum fuisse. Nam episcoporum qui concilium cum Cypriano celebrarunt apud Carthaginem dignitates non recenset notarius qui acta conscripsit, sed tantum nomina eorum et urbium quibus illi præsidebant, hoc modo (pag. 92.) *Cæcilius à Bilta, Primus à Misgirpa, Polycarpus ab Adrumeto.* et sic de cæteris. Itaque licet Cyprianus scripserit tantum *Felix de Cæsaraugusta,* silentium ejus non probat Felicem non fuisse episcopum. Una res difficultatem mihi videtur habere, quomodo episcopus Cæsaraugustanus potuerit scribere ad Cyprianum de causa Basilidis et Martialis, cum vicinus eorum non esset, quippe longo intervallo ab eis sejunctus, neque probabile sit Sabinum et Felicem, qui brevi compendio poterant trajicere in Africam, profectos esse ad ultimos Hispaniarum fines ut per montes Pyrenæos irent ad Cyprianum. Si verum esset quod in sermone de sancto Laurentio dixit sanctus Vincentius Ferrarii sanctum Xystum Papam vadentem ad celebrandum

concilium Toletanum transisse per Cæsaraugustam, istud confirmare fortassis posset iter Sabini et Felicis per Cæsaraugustam. Sed istud non aliunde constat quam ex sermone sancti Vincentii. Jam quod de Vallata Urbicua istic ex Dextro refert Bivarius, id vero vanum est, uti et illud quod ait apud Cyprianum pro *Cæsaraugusta* legi debere *Vallata Urbicua*, quam locat non longe ab Asturica. Nimia miseria est audacem esse hominem nimis. BALUZIUS.

P. 81. l. 33. si sibi vel laïco &c.] Videsis notam ad init. superioris Epist. Synodicæ.

P. 82. l. 2. lutulenta convivia] Ubi de Idolothytis vesci oportebat, nec sine libatione ad profana numina bibere licuit. FELLUS. Ex Canone Ancyrani Concilii Septimo puniebantur etiam Christiani illi, qui ejusmodi convivia publica obierint, quamvis cibos suos, quibus ipsi vescerentur domi, attulissent.

Ibid. in collegio] Ita omnes libri veteres et editiones omnes Pameliana antiquiores. Pamelius ergo mutavit ex unico codice Anglicano et posuit *et collegia.* Quod miror retentum fuisse in posterioribus editionibus. BALUZIUS. Præter pontificum, Fratrum arvalium, Potitiorum, Augurum, collegia, et alia id genus; quæ Ethnicam idololatriam proxime spectabant; plurima fuerunt quæ ad reipub. administrationem, ad negotiationes, et artificia pertinuere, quæ quidem omnia sub tutela alicujus profani numinis collocabantur; et proinde fieri non potuit, ut quis illis interesset, quin cultus istius fieret particeps. FELLUS.

Ibid. l. 4. apud prophana sepulchra] Rigaltius ait, In iis vero sepulcris erant plurima quæ ad ritus ethnicos pertinebant, quibus communicare et contaminari videbantur, qui mortuos suos illic deponebant: et hoc solo participes idololatriæ fuisse dicebantur. Sed et minime conveniebat Christianæ charitati unitatique Ecclesiasticæ, fratrum defunctorum corpora sepulcris inferre hostium nominis Christiani; quasi ipsi defuncti, tum maxime cum morerentur, extra ecclesiam fuissent. Jure igitur Christiana fraternitas Ethnicorum collegia despuebat, ut pestifera; eorumque sepulcra ut conditoria mortuorum. Etenim fideles habuere sua κοιμητήρια, dormientium videlicet, in spem resurrectionis ac beatitatis æternæ. Hujusce autem spei pignus illis fuit Christus, qui depositus in sepulcro revixit surrexitque. Ac mulieribus Dominum in sepulcro quærentibus obviam factus angelus dixit, οὐκ ἔστιν ὧδε, *non est hic.* Qui sane titulus tanto magnificus et gloriosus,

quanto dispar vulgatis illis tumulorum inscriptionibus, Hic Situs Est, Hic Jacet. Hæc Rigaltius. Porro, quemadmodum a pluribus observatum, quod omnis fere gentium religio, mortuorum fuit cultus, ita vix aliqua ex parte magis Ethnica superstitio se exerebat, quam in cura pro mortuis; hinc sacrificiis, iisque non raro humanis, Dii inferi solicitandi, et placandi Manes; hinc tonsi crines, quæsita calvities, et incisa corpora mortuorum causa, de quibus agitur Deut. xiv. 1. Fellus. Verba illa *exterarum gentium more*, et *alienigenis*, de gentilibus vulgo ita nominatis, extra ecclesiam positis, alienisque a sacris Christianis, interpretanda videntur.

P. 82. l. 5. apud procuratorem ducenarium] Extra curas exercitus et negotia belli, circa Principem Romanum fuit militia duplex. Litterata, quæ scriniis operam dabat: actuosa, quæ rebus agendis erat occupatissima. Hi magistriani dicebantur, et ex eorum schola Ducenarii et Centenarii, sive Sexagenarii, qui fiscales pecunias exigebant, a numero pecuniarum quas in stipendium accipiebant, nuncupati, Dio lib. liii. ubi de procur. Cæs. καὶ τοῖς γε ἐπιτρόποις καὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν διδομένων αὐτοῖς χρημάτων. Capitolinus in Pertinace: *Ad ducenûm sestertiorum stipendium translatus in Daciam.* Vetus inscriptio: *Procurator Augusti provinciæ Bæticæ ad ducena accipienda.* Apuleius, Milesia vii. *Procurator Principis ducenaria perfunctus.* Natio valde infesta Christianis. Etenim per occasionem officii sui omnia minima maxima quæ in provinciis agerentur renunciabant. Itaque ab iis sæpe vexati Confessores Christiani nominis, nisi pactione turpi vexationem redimerent, sicut ab isto Martiali factum innuit Cyprianus. Titulus est lib. x. Cod. de exactionibus tributorum, ubi Constantinus Imp. vetat Ducenarios aliquem ex debitoribus convenire priusquam a tabulario civitatis nominatim breves accipiant debitorum, et l. seq. *Nemo carcerem*, inquit, *plumbatarumque verbera, aut pondera, aliaque ab insolentia judicum reperta supplicia in debitorum solutionibus expavescat.* Et apud Eusebium legitur Epistola Synodi Antiochenæ ad Dionysium Romæ, et Maximum Alexandriæ episcopos, qua patres Antiocheni tantam in Paulo Samosateno fuisse superbiam notant, ut Ducenarius aliquis haberi debuerit magis quam episcopus, adeo prave et insolenter circa omnem fraternitatem satagebat. Verba Synodi, Historiæ Ecclesiasticæ lib. vii. cap. 30. sic habent, καὶ ὕτως ὑψηλοφρονεῖ καὶ ὑπερῆρται κόσμικα ἀξιώματα ὑποδυόμενος, καὶ δουκηνάριος μᾶλλον ἢ ἐπίσκοπος θέλων καλεῖσθαι, καὶ σοβῶν κατὰ τὰς

ἀγορὰς, ϗ ἐπιστολὰς ἀναγινώσκων ϗ ὑπαγορεύων, ἅμα βαδίζων δημοσίᾳ, ϗ δορυφορούμενος &c. Hocce igitur hominum genus valde molestum, adeoque odiosum passim et invisum plerisque, ut etiam Circitorum et Curiosorum, sed præsertim Christianis, qui sæpissime talium officiorum crudelitate comprehensi ad potestates rapiebantur. Eulogius archiepiscopus Alexandrinus libro de Disciplina Ecclesiastica adversus Novatum, mentionem facit commentarii cujusdam Novatiani, cujus hanc fuisse hypothesin refert, ὅτι βασιλεύοντος Ῥωμαίων Δεκίου ϗ Οὐαλεριανοῦ, Περέννιος Δουκηνάριος πρόσταγμα λαβὼν παρ' αὐτῶν, πάντας τοὺς ἀνὰ τὴν Ῥώμην ϗ τὰς πέριξ ἐπαρχίας χριστιανοὺς βαρυτάταις βασάνοις ϗ πικραῖς τιμωρίαις εἰδωλολατρεῖν ἐβιάζετο, ϗ πολλοὶ μὲν ϗ ἄλλοι ἐνεδίδουν τῇ βίᾳ &c. Videantur quæ de Beneficiariis et Curiosis ad Tertullianum observavimus, et quæ ad ultimam Cypriani Epistolam, de Frumentariis: sed inprimis quæ ad Capitolini Pertinacem, Salmasius. RIGALTIUS a Fello allatus. Plura de ducenariis erudite dicta reperies in observationibus Rigaltii. Vide etiam notam marginalem Beati Rhenani ad epistolam synodi Antiochenæ apud Rufinum lib. vii. cap. 26. et Josephum Scaligerum ad Manilium. Joannes Calvinus in lexico juridico, in verbo *Ducenarii*, citat epistolam quartam libri primi sancti Cypriani, quæ est hæc nostra, in qua ait extare hæc verba, *neque ut ille superbierit, sublatusque fuerit mundanis dignitatibus, ducenarius potius quam episcopus vocari volens*. At ego ista neque in editionibus inveni neque in libris veteribus. BALUZIUS. Verba spectant ad locum modo adductum a Rigaltio ex *epistola Antiochenorum* a Baluzio item commemorata, et cujus pars extat in vol. ii. supra ad pag. 479. ubi notam videsis.

P. 82. l. 14. et martyrio quoque dignatione Domini honoratus] Finge, sicca morte, non cruenta, affectum fuisse Cornelium, postquam Dominum confessus esset, prout censet Pearsonius in *Annal. Cypr.* ad an. 252. §. 13. vetustissimi *Catalogi* auctore allato, cujus verba sunt in *Cornelio: Post hoc Centumcellis expulsus, ibi cum gloria dormitionem accepit;* tamen vir magnus minus recte hoc quidem innuisse videtur, Cornelio mortem cruentam adscripsisse posteriores magis quam Hieronymum, in libro *De Viris Ill.* dicentem, *ob Christum martyrio coronatum fuisse Cornelium;* nam in *Vita Pauli Eremitæ* ab eodem Hieronymo conscripta hæc verba extant ad pag. 240. ed. Froben. *Cornelius Romæ, Cyprianus Carthagine, felici cruore damnati sunt.* Porro, quanquam, ut verum proferam, in *Epist.* sua 67 vel 68. Cyprianus Lucium Cornelii succes-

sorem, qui similiter in exilium actus non in *Martyrum Catalogo*, sed in *Depositione* seu sepultura *Episcoporum* invenitur, *beatum martyrem* commemorato simul Cornelio appellaverit, eorum tamen sententiam magis amplectendam puto, propter Hieronymi testimonium, qui gladio imperatorio occisum esse Cornelium statuerint. Cornelii itidem *venerandum cruorem* memorat Maximus episcopus sæculo quinto Taurinensis, in *Sermonibus* suis, quos primus edidit Muratorius. Vid. Serm. iv. p. 46. tomi quarti *Anecdott. Ambrosianæ Bibliothecæ*. Et *decollatus est Cornelius*, ait quidem Anastasius Bibliothecarius in *Vitis Pontif. Rom.* p. 10. ed. Mogunt. sed, quod vetera fecerunt Martyrologia, ex actis quæ adulterina videntur.

P. 82. l. 19. Dei timor irreligiosus] Ex uno tantum codice scripto posuit Fellus, *Dei timor apud irreligiosos*, dum impressos habere ait, quod vides esse receptum. Sed in *veteri* quoque *Romana* atque *Erasmi editionibus apud irreligiosos* extare invenio. Silet Baluzius altera lectione retenta. Cum vero ad finem epistolæ habeas, *religioso timore*, qui locus huic ipsi lucem affundit, nonne ergo legendum est, *Dei timor religiosus?*

P. 83. l. 4. nec annis] Duo libri veteres et antiquæ editiones præferunt *armis*. Sed hanc lectionem rejecit Pamelius, quia ipsi constabat regem Nabuchodonosorem nullis armis aggressum esse tres pueros, et posuit *annis* ex fide quinque veterum exemplarium, quam lectionem ego quoque reperi in viginti ex nostris. Unus meus vetus habet *caminis*. Atque ego eam lectionem facile credo esse meliorem, cum dici non possit de pueris aut adolescentibus eos esse senio et annis fractos, et quia vox *caminis* melius congruit cum historia. Quippe certum est Nabuchodonosorem, ut pueros istos commoveret et terreret multiplicis pœnæ comminatione, minas jactasse, pericula intentasse, denique parari jussisse fornacem sive, ut Sulpitii Severi verbo utar, caminum ignis ardentis in quem conjicerentur. Confirmant hanc meam opinionem verba Cypriani ex epistola lvi. pag. 91. in qua tres pueri non dicuntur annis fracti, sed ætate territi, et minis regis et flammis fortiores extitisse. Itaque retinui eam lectionem quam puto esse meliorem. Commodius autem erectiusque de hac mea emendatione existimabit judiciumque faciet qui varias istas lectiones sine ullo præjudicio examinaverit. Ita enim me sincerius exploratiusque vel corrigere poterit vel probare. Recte autem dixit Cyprianus *pueros nec caminis*

nec minis fractos. Nam Cicero in libro primo officiorum dixit frangi metu, et Statius ix. Thebaidos minis frangi. Sunt etiam alia exempla. BALUZIUS. Ante Pamelium, referente Pamelio ipso, extabat illud *nec annis* in *editione Manutii;* immo in *editione* Cypriani vere principe, seu *Romana.* Porro in *edit. Oxon.* nulla memoratur lectionis varietas. Baluzio tamen istud *nec caminis* editioni suæ reponenti, quæ quidem vox *caminus* in *Oratione Puerorum* ad regem apud Danielem invenitur, forsitan consensissem, nisi obstarent res duæ, primum ordo præposterus verborum, *nec caminis nec minis fractos,* deinde verba ipsa Cypriani, quæ a viro cl. adducta sunt, *Imitemur pueros, Ananiam, Azarium, et Misahelem, qui nec ætate territi, nec captivitate fracti, Judæa devicta et Hierosolymis captis in ipso regno suo regem fidei virtute vicerunt, et minis regis et flammis fortiores extiterunt.* Et alibi quoque, si bene memini, apud Cyprianum ex tenera horum confessorum ætate ducitur ad fortitudinem adhortativum argumentum. Itaque lectionem prius receptam *nec annis,* h. e. juvenilibus annis, revocavi, quam quidem lectionem nixus fide unius tantum codicis cum altera *nec caminis* idem Baluzius mutaverat.

P. 83. l. 20. etsi aliqui de collegis nostris &c.] Stephanus sociique hoc quoque loco vituperantur, qui cum peccatoribus pœnitentiam non agentibus illicita communicatione sese misceri passi sunt.

Ibid. l. 27. *adulteris portionem tuam*] Codex Fuxensis, *mœchis.* Supra epist. lxiii. pag. 110. *et inter mœchos particulam tuam ponebas.* BALUZIUS. *Particulam* hoc quoque loco *editio* habet *Manutii. Partem* pro *portionem* octo codd. scripti in *edit. Oxon.* nominati.

Ibib. l. 32. *non intellexerunt*] Consentit Cyprianus lectioni illorum codicum qui habent ὀυκ ἐνόησαν; et deinceps οἱ αὐτὰ ποιοῦσι, et οἱ συνευδοκοῦσι. FELLUS. Ea quæ istic Pamelius ait non reperiri in veteribus manuscriptis ego reperi in quindecim. BALUZIUS. Vulgo legitur ἐπίγνοντες sine particula negativa apud *apostolum* verba repetentem.

P. 84. l. 8. nocentium contractibus polluuntur] Pacianus epist. iii. *rejicere nocentes, attactus peccantium fugere.* RIGALTIUS a Fello allatus.

Ibid. l. 15. Opto vos] Duo libri veteres et editio Morellii habent *Optamus.* Utraque lectio bona est propter rationes alibi allatas in simili occasione pag. 393. BALUZIUS. Scil. ad *Epist. Cypriani* 6. ubi ad lectiones *opto*.

vos, et *opto te*, ab eo hæc sunt adnotata: "Tametsi "epistola scripta sit ad plures, præcipue tamen et nomi-"natim scripta est ad Rogatianum personam illustrem. "Et ideo Cyprianus finem ei opponens, clausulam vale-"dictoriam, ut solet, ad eum dirigere potuit." Ante Morellium exhibebat *optamus vos* Erasmus. Sed in *epistola Synodali* proxime sequente, ubi legitur *optamus*, vetus *Romana edit.* sicut hic, habet *opto*. Nimirum ita interdum ponitur clausula per compendia, Op. V. F. CH. S. B. V.

CONCIL. CARTHAG. SUB CYPRIANO V.

P. 84. l. 20. Anno CCLV.] Hoc Concilium, præeunte Pearsonio in *Annal. Cyprian.* anno 255 post Christum apposui. Variatur enim de tempore hujus atque cæterarum Cyprianicarum synodorum in *Conciliis impressis.* Cæterum de synodo ipsa ita scribit Cyprianus in initio *Epistolæ ad Quintum. Retulit ad me, frater carissime, Lucianus compresbyter noster te desiderasse, ut significaremus tibi quid sentiamus de his qui apud hæreticos et schismaticos baptizati videntur. De qua re quid nuper in Concilio plurimi coepiscopi cum compresbyteris qui aderant censuerimus ut scires, ejusdem Epistolæ exemplum tibi misi.* Hæc ille. Postea vero ad Stephanum quoque Romanum et ad Jubaianum easdem hasce synodales misit literas Cyprianus, una cum ipsa illa ad Quintum epistola, quod quidem constat ex epistolis ad eundem Stephanum et Jubaianum.

P. 85. l. 3. Cum simul in concilio] Græculus interpres, ἐν κοινοβελίῳ. Epistola hæc in Codice Synodico Græcæ Ecclesiæ, concilio Carthaginiensi sub Cypriano habito præfigitur, et quasi illius canon perhibetur; quem episcoporum suffragia, quæ eum tanquam ἐνθυμήματα sive ἐπιχειρήματα, ut ait Zonaras, varie illustrarunt, sequebantur. Balsamo et Zonaras, literis istis Jubaiano responsum fuisse redditum asserunt, eo quod illius mentionem factam in Cypriani proloquio observassent; quanquam et Codices MSS. latini plurimi, suffragia hac in re perhibent. Sed perpetui hospites in occidentalium rebus fuerunt orientales, nec quidem rectius epistolam ipsam in Græcum sermonem transtulere, quam de scripti occasione et origine senserunt. Interea vero dicendum, quod siquidem hæc epistola erat synodica, et hæreticorum baptisma damnabat pariter cum illa synodo quæ sequebatur lxxxvii,

Episcoporum, merito in pandectas conciliorum recipiebatur; et ita ad Orientales, qui diversarum synodorum diversis temporibus habitarum decreta pro ejusdem placitis accipiebant, errore non admodum damnoso, fuerat transmissa. Porro notandum, omnes synodos Africanas sub Cypriano, a Concilio sexto Generali in Trullo fuisse confirmatas can. 2. FELLUS. Monuit Baluzius inscriptionem hanc esse in *codice Thuani; Incipit ad Jubaianum* (quod nomen in plurimis codd. extat pro *Januario*) *liber secundus*, in uno vero veteri, *Incipit ad Jubaianum epistola tertia de his ipsis*, id est, de lapsis.

Quod ad canonem attinet Concilii Sexti Generalis, verba patrum sunt, *ἐπισφραγίζομεν δὲ ϗ τὺς λοιπὺς πάντας ἱερὺς κανόνας τὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων ϗ μακαρίων πατέρων ἡμῶν ἐκτεθέντας, τῦτ᾽ ἔςιν τῶν τε ἐν Νικαίᾳ*, &c. deinde post nominata reliquorum conciliorum et patrum decreta pergunt, sed caute, scribere, *ἔτι μὴν ϗ τὸν ὑπὸ Κυπριανῦ τῦ γενομένυ Ἀρχιεπισκόπυ τῆς Ἄφρων χώρας ϗ μάρτυρος, ϗ τῆς κατ᾽ αὐτὸν Συνόδυ ἐκτεθέντα κανόνα, ὃς ἐν τοῖς τῶν προειρημένων προέδρων τόποις, ϗ μόνον, κατὰ τὸ παραδοθὲν αὐτοῖς ἔθος ἐκράτησεν.* Can. II. *Canonibus* quoque, qui *Apostolici* vocantur, 46 et 47, hæreticos denuo baptizandos esse jussum est. Sed rursus tingendi illos quidem hæreticos disciplina, qui in nomine sacræ Triadis baptizati essent, neque ante neque post tempus conciliorum horum Africanorum majori parti ecclesiarum placuit. Testes sunt temporum paulo his conciliis vetustiorum ipse quoque Cyprianus et coepiscopi ejus, qui tot locis consuetudini se adversari fatentur. Ait ipse etiam Firmilianus in *Epistola ad Cyprianum* suum;—*quod quidem adversus Stephanum vos dicere Afri potestis, cognita veritate errorem vos consuetudinis reliquisse.* p. 149. Hoc præsul Cæsareæ Cappadocum; qui statim post gloriatur, se suosque Asiaticos *veritati et consuetudinem jungere, et consuetudini Romanorum consuetudinem, sed veritatis, opponere; ab initio quidem hoc tenentes quod a Christo et ab apostolis traditum est.* Sed tamen Harduino haud assentiendum videtur, qui S. Hieronymi auctoritate fretus concilium in Africa his Cyprianicis in indice suo Conciliorum superinduxit, in quo *illi ipsi episcopi* (verba Hieronymi sunt *adversus Luciferianos* p. 117. ed. Froben.) *qui rebaptizandos hæreticos cum eo* (Cypriano) *statuerant, ad antiquam consuetudinem revoluti novum emisere decretum.* Nam, et recte monuerunt contra Hieronymum cum multi alii tum Basnagius *Annal.* vol. ii. p. 386. ad Arelatense Concilium usque, regnante Constantino M. Afrorum vi-

guisse disciplinam, testem esse ipsam illam Synodum, Can. VIII. *De Afris, quod propria lege sua utuntur ut rebaptizent, placuit, ut si ad ecclesiam aliquis de hæresi venerit, interrogent eum symbolum; et si perviderint eum in Patre et Filio et Spiritu Sancto esse baptizatum, manus ei tantum imponatur, ut accipiat Spiritum Sanctum.* Porro, si tale unquam concilium extitisset, certo certius Augustinus in Responso suo, in lib. 6. et 7. *Contra Donatistas,* post singulas, quas affert, sententias patrum, qui in Concilio Africano tertio de Baptismo interfuerant, de retractata ipsorum opinione ad omnem versum nonnihil ingerere perstitisset.

P. 85. l. 4. ad nos] Mirum est has voces, quæ propagatæ sunt ex editione Erasmi, desunt enim in aliis editionibus, non reperiri nisi in tribus antiquis exemplaribus, quamvis hanc epistolam contulerim cum viginti sex. Desunt ergo in Turonensi, in uno Remigiano, et in Beccensi. BALUZIUS. Voluit dicere Baluzius, *Extant ergo,* non *Desunt ergo.* In pluribus autem scriptis hæc Fellus invenit.

Ibid. l. 6. quæ una et vera est] Ita restituimus hunc locum ex fide quatuor veterum librorum. BALUZIUS. Vulgo, *quæ una est.*

Ibid. l. 11. antecessoribus nostris] Agrippino videlicet et aliis, quos septuaginta fuisse scribit sanctus Augustinus, uti monuimus ad epistolam nonam pag. 396. Vide etiam notas ad epistolam lxxiii. BALUZIUS. Nihil habet ibi Baluzius de Agrippini tempore, quod quidem plerisque videtur ignotius esse, quam ut certi aliquid de eo a se statuatur. Nam qui Cypriano sunt in *Epistola* sua lxxiii. sive *ad Jubaianum, multi anni et longa ætas,* eos, *paucos ante Cyprianum annos* appellat Augustinus lib. iv. *Contra Donatist.* cap. 6. Attamen jam diu apud Afros invaluisse opinionem de vanitate baptismi hæreticorum, ostendit Tertullianus, adhuc catholicus, in libro suo *De Baptismo,* ubi iisdem fultus rationibus, quas nobis inculcat Cyprianus, improbat eum, atque pro irrito habet. Vid. cap. 15. Immo vero in Geographia Africæ Sacra S. *Optato* a cl. Dupinio præfixa post verba Tertulliani ad p. xxx. allata, *Circa hæreticos sane quid custodiendum, digne quis retractet? ad nos enim editum est;* per eadem verba designari ait se haud dubitare vir doctissimus decretum Agrippini contra hæreticorum baptisma; indeque et ex Cypriani verbis colligit, videri Agrippinum, non tertio, ut vulgo putant, sed sub finem secundi ecclesiæ sæculi Carthagine sedisse. Neque ætatem Agrippini diverse constituerat Fellus ad locum illum *Epistolæ ad Jubaianum,* p. 199.

Cæterum in *Epistola ad Quintum*, quæ est de hæreticis baptizandis, Cypriani hæc sunt ad Agrippini aliorumque decretum pertinentia; *Quod quidem et Agrippinus bonæ memoriæ vir cum cæteris coepiscopis suis, qui illo in tempore in provincia Africa et Numidia ecclesiam Domini gubernabant, statuit et librato consilii communis examine firmavit.* p. 127. ed. Benedictin.

P. 85. l. 12. pari consensione conjungimus] Fortasse, vel legendum est *conjuncti* pro *conjungimus*, claudicat enim oratio, vel posita finali distinctione post voces illas, *et a nobis observatam*, *conjungimur* est reponendum.

Ibid. l. 13. extra ecclesiam] Vetus interpretatio in recentiore codice Victorino, *id est extra formam ecclesiæ. Tamen baptizatur qui a Judæo vel a gentili vel ab hæretico baptizatur, si secundum formam ecclesiæ baptizet.* Sumptum est istud ex capite *A quodam Judæo* apud Gratianum dist. 4. de consecratione, ubi Nicolaus Papa I. respondens ad consulta Bulgarorum ait baptismum esse bonum, quamvis sit collatus ab eo quem non constabat esse Christianum, si collatus sit in nomine sanctæ Trinitatis vel tantum in Christi nomine. Contra Gregorius III. scribens ad Bonifacium archiepiscopum præcipit ut illi denuo baptizentur quos a paganis baptizatos esse constiterit. Refertur illa constitutio lib. vii. Capitularium cap. 101. et apud Gratianum cap. *Quos a paganis* eadem distinctione. Vide etiam bullam Eugenii IV. apud Odoricum Raynaldum an. 1439. §. 15. Vide Gerochum Reicherspergensem in tractatu adversus simoniacos cap. 22. et Algerum scholasticum Leodiensem cap. 52. de Misericordia et Justitia. BALUZIUS.

Ibid. l. 14. baptisma unum] Non tantum eo nomine quod repeti non debet; sed quia ab ecclesia proficiscitur quæ nisi una superesse non potest. FELLUS, Certum est magnam ea tempestate fuisse controversiam inter episcopos ecclesiæ Romanæ et Carthaginensis an hæretici venientes ad ecclesiam debeant rebaptizari. Initia hujus controversiæ vulgo referuntur ad pontificatum Papæ Stephani. At Rufinus lib. vii. cap. 2. scribit eam cœpisse sub pontificatu Cornelii. Quod Baronius contendit esse falsum. Sed Baronii sententiam quidam viri docti putarunt non esse veram. Profecto auctoritas Rufini veteris et docti scriptoris non debet rejici absque bonis testimoniis. Potest autem illa confirmari auctoritate epistolæ Cornelii ad Cyprianum, quam descripsi ex duobus antiquis codicibus manuscriptis, quorum unus est in bibliotheca monaste-

terii sancti Remigii Remensis, alius in bibliotheca illustrissimi et doctissimi viri Joannis Bohierii præsidis infulati in parlamento Burgundiæ. Edita est autem supra pag. 167. Ubi vero Raphael Volaterranus invenerit Cornelium cessisse Cypriano nondum invenire potui. Cæterum istic annotari potest Armenos, ut tradit Guido de Perpiniano, dixisse quod verum baptisma solum erat in ecclesia majoris Armeniæ, et non in aliis, propter quod alios ad se venientes rebaptizabant. BALUZIUS. Haud germanam esse, sed omnino rejici debere, epistolam istam Cornelii ad Cyprianum a Baluzio primum editam, alibi ostendi ad finem CORNELII Fragment. p. 65.

P. 85. l. 16. *lacus detritos*] Rigaltius ait; λάκκους συντετριμμένους. Vulg. *cisternas dissipatas*, hoc est, rimarum plenas, hac illacque perfluentes. Pacianus epist. iii. *non consecrata sede contentus, detritum lacum adulterini fontis adamavit.* Hieronymus adversus Luciferianos: *Conatus est et beatus Cyprianus contritos lacus fugere, nec bibere de aqua aliena, et idcirco hæreticorum baptisma reprobans, ad Stephanum tunc Romanæ urbis episcopum, qui a beato Petro vigesimus sextus fuit, super hac re Africanam Synodum direxit: sed conatus ejus frustra fuit.* RIGALTIUS a Fello allatus.

Ibid. l. 17. *aquam portare*] Septuaginta dixerant: ὕδωρ συνέχειν. Apud Balsam. et Zonaram legitur, σύσχειν. Apud Tertul. *foderunt sibi lacus contritos, qui non poterant aquam continere.* RIGALTIUS a Fello allatus.

Ibid. l. 18. *Ab aqua aliena*] Hæc frustra alibi quam in Græcis exemplaribus quæruntur. FELLUS. Additamentum est τῶν ο'. ad finem capitis noni *Proverb.* et quanquam ad edit. Oxon. oram locus alius aliquanto similis in cap. vi. 24. (verius esset v. 15.) *Proverb.* signatus est, diversum postea sensisse de loco videtur doctissimus editor, qui nullum Scripturæ locum apposuit ad hæc eadem verba in Suffragio v. CONCILII VII. quod mox sequitur. Posuit interea ad verba in *Proverbiis* antecedentia, Οὔτε γὰρ διαβήσῃ ὕδωρ ἀλλότριον, Clemens Alex. in *Strom.* lib. i. c. 19. —τὸ βάπτισμα τὸ αἱρετικὸν, οὐκ οἰκεῖον καὶ γνήσιον λογιζομένη. Hic bene nota Clementis fine sæculi secundi et in Ægypto scribentis opinionem de hæretico baptismo.

Ibid. l. 19. mundari et sanctificari aquam] Formulæ illæ liturgicæ quibus elementa sacramentorum ad usus divinorum mysteriorum separantur; hinc et aliunde apparent non tam nuperæ esse, quam Novatores sibi et aliis persuadere satagunt. FELLUS.

P. 85. l. 32. Sed et ipsa interrogatio] *Dum mergitamur*, inquit Tertullianus, *amplius aliquid respondentes, quam Dominus in Evangelio determinavit, sub Antistitis manu contestamur.* RIGALTIUS a Fello allatus.

P. 86. l. 2. *remissionem peccatorum per sanctam ecclesiam*] Apostolorum Symbolum quanquam in omnibus ecclesiis obtinuit, in singulis fere, quemadmodum a Ruffino olim observatum, aliquatenus variabat: Africanam ecclesiam hoc modo articulos hosce concepisse, ex Cypriani verbis satis videtur constare; *ipsa*, inquit, *interrogatio quæ fit in baptismo testis est veritatis. Nam cum dicimus: Credis in vitam æternam, et remissionem* &c. patet hanc fuisse interrogationem quæ fit in baptismo; et verba ipsa quibus sacerdos interrogando præivit, et quæ catechumenus respondens repetebat. Epistola ad Magnum eadem occurrunt verba, ordine aliquantum mutato. *Credis remissionem peccatorum, et vitam æternam per sanctam ecclesiam?* Certe articulus de communione sanctorum, in occidentali ecclesia serius obtinuit. Neque enim in Aquileiana reperiebatur tempore Ruffini, nec agnoscit D. Augustinus in lib. de Fide et Symbolo; nec in fidei formula comparet quam tradidit Maximus Taurinensis, aut quam exposuit Chrysologus; non etiam occurrit in vetere codice MS. Regis Æthelstani in Biblioth. Cottoniana, ubi ad Psalterii calcem symbolum Græce habetur. Nec in codice Bodleiano Actorum Apostolicorum, ubi literis Saxonicis habetur symbolum Græce descriptum, quod constat mille abhinc annis fuisse exaratum. Imo non a Græcis agnoscebatur Eusebii tempore, nec Epiphanii, Cyrilli Hierosolymitani, aut Concilii Ephesini. Imo quidem articulus de vita æterna desideratur in exemplaribus nostris supra memoratis; sic enim extrema symboli se habent: *ἁγίαν ἐκκλησίαν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, σαρκὸς ἀνάστασιν. ἀμήν.* FELLUS.

P. 86. l. 4. baptizare posse] Adjecimus hæc duo vocabula ex fide quatuor veterum exemplarium; quorum unum est Corbeiense, in quo epistola ista bis habetur. BALUZIUS. Non agnoscit vocabula *Interpretatio* epistolæ *Græca*, in qua *οἱ αἱρετικῶν συνήγοροι* positum est.

Ibid. l. 9. gratiam Christi] Suavitatem, quæ unctione significatur. *Christianus*, inquit Septimius, *quantum interpretatio est, ab unctione deducitur. Sed et cum perperam Chrestianus pronunciatur, de suavitate vel benignitate impositum est.* RIGALTIUS a Fello allatus.

Ibid. l. 10. eucharistia est unde—sanctificatum] Veram esse arbitramur scripturam quam edidit Manutius; porro

autem eucharistia est unde baptizati unguntur, oleum in altari sanctificatum. Sic persuadent exemplaria. Nam in Corbeiensi legitur, Porro autem eucharistia est unde baptizati unguntur oleo in altari sanctificato: In Veronensi et Thuaneo, sicut in Manutiana editione. Perperam Græci apud Zon. et Bals. ἁγιάζεσθαι ἔλαιον εἰς εὐχαριστίαν. At præclare Cyprianus dixerat, *eucharistiam esse oleum in altari sanctificatum*. Oleum scilicet per ἔντευξιν, hoc est interpellationem sive invocationem divini numinis, per laudes et gratias Deo fusas et nuncupatas benedictum. Sic Matthæus et Marcus et Joannes eucharistiam dixerunt eulogiam, nec tantum in cœnæ Dominicæ institutione, verum etiam in panum multiplicatione. Quod Evangelistarum verbis accurate collatis facile deprehenditur. RIGALTIUS a Fello allatus. Porro observare operæ pretium fuerit, quod Erasmus et Pamelius considerantes in hujus loci conclusione Cyprianum distincte loqui de oleo et eucharistia, ut et Augustinum argumenta ejus solventem de bapt. cont. Donat. lib. v. cap. 20. nihilque debere esse in conclusione quod non erat in præmissis; post *unguntur* reposuerunt *et* pro *est*; et *sanctificatur* pro *sanctificatum*. Non absurde id quidem, si id jus haberent editores ut quod ipsis non placebat, emendare licuisset; aut si in argumenti conclusione, oleum et eucharistia disparate sint intelligenda. Verum Albaspinæus de Eucharist. lib. i. c. 14. eos insimulat audaciæ, ac contendit veterem lectionem retinendam esse, in qua magnum mysterium sibi visus est deprehendisse, siquidem oleum quo baptizati ungebantur, coram eucharistia consecrari solitum. Sed nihil opus istis mysteriis, vera ratio propter quam Cyprianus Eucharistiam apud hæreticos fieri, et unctionem spiritalem conferri negat, ea est; quod censuerit in eucharistia sicut et in oleo, et in baptismo, nos ungi spiritualiter sanguine Christi, eucharistiamque perficere et complere quod baptismus et oleum hoc respectu inchoassent. Hoc autem sic intellecto, quis eum in unctionis spiritalis quæstione, Eucharistiæ mysterium adducere mirabitur? Certe participationem sanguinis Christi in Eucharistia Veteres unctionem dicebant. Clem. Alex. in Pædag. l. ii. c. 2. διττὸν τὸ αἷμα τοῦ κυρίου. τὸ μὲν γάρ ἐστιν αὐτοῦ σαρκικὸν, ᾧ τῆς φθορᾶς λελυτρώμεθα· τὸ δὲ πνευματικὸν, τουτέστιν ᾧ κεχρίσμεθα. Nazianzen. Orat. 41. μυστήριον ἔχρισέ με. Chrysost. in Epist. ad Heb. Rom. xvii. μύρῳ χρίεις, καὶ πάλιν δυσωδίας πληροῖς; Revera, quemadmodum Dominus testatur, Mat. xxiii. 19. altare sanctificat munus quod superimponitur, ita qui non habent

respondet, *ad nos non pertinere quid hostes ecclesiæ faciant.* Hoc ipsi propositum est ut conficiat; nihil ratum esse, aut ex jure valere quod illi fecissent, qui extra ecclesiam positi. Mox, *per omnia divinæ gratiæ sacramenta.* Non tantum per confirmationis ritum, aut eucharistiæ administrationem, sed etiam baptismi, qui ad ecclesiam ipsam aditum facit. FELLUS.

CONCIL. CARTHAG. SUB CYPRIANO VI.

P. 88. l. 9. Cyprianus] Cum propter illam cui nunc incumbo emendationem et illustrationem operum sancti Cypriani legendam suscepissem prolixam nimis epistolam Joannis Launoii ad Jacobum Bevilaquam de discordia Papæ Stephani cum Cypriano, miratus sum tam multa ab eo dici potuisse ut nihil diceretur. Quæcunque enim affert argumenta et testimonia adversus Stephanum nullius momenti sunt in hac causa et quandam habent insulsitatem. Quid enim ad causam baptismi facit Cypriani famam esse celebriorem quam famam Stephani, Cyprianum non cedere Stephano, Cyprianum congregasse concilium in causa baptismi, Stephanum non congregasse, ecclesias orientis et occidentis non suscepisse propugnandam sententiam Stephani, et multa alia hujusmodi quæ ad causam non pertinent, quorum etiam plurima falsa sunt? Nemo autem, ut ait Hieronymus in epistola ad Pammachium contra Joannem Hierosolymitanum, falso verum probat. Itaque ista facile possent refutari. Sed tanti non sunt. Verissimum igitur est quod ait Optatus in libro quinto, veritatem studiis impediri. Vide Facundum in libro contra Mocianum pag. 577. primæ editionis. BALUZIUS.

P. 88. l. 12. celebrare concilium] Celebratum fuisse an. 255. recte, ut opinor, probat Pearsonius in annalibus Cyprianicis. BALUZIUS. Ante pascha anni sequentis 256 celebratum hoc concilium fuisse, docet Pearsonius in opere memorato ad an. illum, §. 1. De eodem hoc concilio ita Cyprianus in *Epist. ad Jubaianum,* quæ est 73. *Et nunc quoque cum in unum convenissemus, tam provinciæ Africæ quam Numidiæ episcopi numero septuaginta et unus.*

Ibid. l. 14. cum tua gravitate] Hunc ipsum Stephanum idem Cyprianus appellabit *superbum, imperitum atque improvidum, ineptum, obstinatum.* Epist. ad Pompeium. RIGALTIUS a Fello allatus.

P. 88. l. 24. plene sanctificari] Colb. MS. *plane:* quod etiam in uno e suis Oxoniensis editor offendit. Concinnior est lectio ceterorum librorum. Hoc enim istic *plene sanctificari* sonat, quod *consummari* in his ejusdem Cypriani epist. lxxiii. *ut per nostram orationem ac manus impositionem spiritum sanctum consequantur, et signaculo Dominico* CONSUMMENTUR. Porro Cyprianum his verbis, *si utroque sacramento nascantur*, ut hæretici ad ecclesiam venientes confirmationis sacramentum una cum baptismo suscipiant, postulare, ex subjecta dissertatione nostra num. 17 et 18. planum fiet. COUSTANT. Qui in *Rom. Pontif. Epp.* hasce ad Stephanum litteras locavit, ad p. 216.

Ibid. sacramento utroque] Baptismo et sancti spiritus infusione, id est, ut dicet paulo post, aqua et spiritu. Quod sæpe repetit alibi. Tertullianus in libro de virginibus velandis: *Una nobis et illis fides, unus Deus, idem Christus, eadem spes, eadem lavacri sacramenta.* Siricius in epistola ad Himerium: *quibus solis per annum diebus*, id est paschatis et pentecostes, *ad fidem confluentibus generalia baptismatis tradi convenit sacramenta.* Vide Sirmondum capite quinto secundi antirrhetici, ubi explicat hunc Cypriani locum. Vide etiam to. 2. Capitularium pag. 1236. Cæterum pro *utroque* quinque vetera exemplaria habent *utrumque.* BALUZIUS. De baptismo manuumque impositione post baptismum, Cyprianum interpretandum esse, satis ostendit Suffragium Quintum CONCILII proxime sequentis, cum Canone 17. *Concil. Arelat.* II. collatum. En verba Suffragii, *Male ergo sibi quidam interpretantur* (easdem designat Joannis voces episcopus), *ut dicant, quod per manus impositionem Spiritum Sanctum accipiant et sic recipiantur; cum manifestum sit* utroque sacramento *debere eos renasci in ecclesia catholica.* Canon autem Arelatensis Concilii ita se habet; *Bonosiacos autem ex eodem errore venientes, quos sicut Arianos baptizari in Trinitate manifestum est, dum interrogati fidem nostram ex toto corde confessi fuerint,* CHRISMATE ET MANUS IMPOSITIONE *in ecclesia recipi sufficit.* Hinc, ni fallor, constat, sicut ex Cypriani verbis a Coustantio supra allatis, qui interea canonem illum Concilii Secundi Arelatensis, nusquam, quod meminerim, adduxit, intelligendam esse verbis, *utroque sacramento,* non aquam baptismi et Spiritus Sancti gratiam in eo collatam, neque baptismum manusque impositionem *in pœnitentiam,* multo minus baptismum atque eucharistiam, sed baptismi et confirmationis baptismi sacramenta. Neque aliter exponentem hunc et

consimiles locos etiam Maranum video in *Præfatione ad S. Cypriani Op.* p. xvii. et xviii. etsi existimet is quidem, patrem illum non nescivisse Stephanum, et qui ab illo stabant, de manuum impositione in pœnitentiam, hæreticis omnino necessaria ad Spiritum Sanctum accipiendum, non de sacramento confirmationis, locutos; haud enim repugnare, ut Cyprianus ansa ab adversariis accepta sacramentum confirmationis iterandum esse statueret, quamvis illud ab iisdem iterari minime suspicaretur, sed eos sciret manus impositionem in pœnitentiam tantum intellexisse, quam ad spiritum conferendum necessariam putaverint. Videsis tamen quæ infra ad modo dictum Nemesiani Suffragium in Concil. vii. p. 93. adnotabo. Et conferas quæ ad Suffragium Octavum ejusdem Concilii mox dicuntur. Hic vero maxime idcirco monenda hæc duxi, quod de baptismo et eucharistia locum minus recte exposuerat Anglicus interpres.

P. 88. l. 25. *renatus*] Quatuor antiqui codices habent *denuo natus*. Quæ lectio non displicet, cum vox *denuo* extet in capite tertio evangelii secundum Joannem, ex quo locus iste petitus est. Sed puto Cyprianum, qui alia versione utebatur quam vulgata nostra, scripsisse *renatus*. Baluzius. *Natus* tres scripti in *ed. Oxon.* memorati, et *editio* Cypriani princeps, *Romana*.

Ibid. l. 26. *et spiritu*] In MS. Colb. hic additur *sancto:* quod abesse debere Pamelius recte probat. Eo autem Actuum apostolicorum exemplo, quo nunc Cyprianus sententiam suam fulcire nititur, Anonymus a Rigaltio ad calcem operum Tertulliani editus apposite utitur ad eam confutandam. Inde enim ostendit Spiritum Sanctum percipi potuisse sine baptismo, sicut baptismum sine confirmationis sacramento collatum fuisse aliis eorumdem Actuum exemplis demonstrat. Coustant.

P. 89. l. 10. ad Quintum] Epist. lxxi. Baluz.

Ibid. l. 12. ad coëpiscopos in Numidia] Est ea epistola Synodica, quæ statim ante posita est.

Ibid. l. 15. aut etiam si qui &c.] Nitidior fieret oratio, si hic particula *ut* expuncta, legeretur *etiam si qui presbyteri aut diaconi vel in ecclesia*, suppresso postremo *qui*. In uno MS. recentiore Colb. habetur, *aut diaconi vel clerici in ecclesia:* sed hujus codicis plura loca, alibi aperte vitiata, ei detrahunt auctoritatem. Ejus tamen lectioni favet Innocentius I. epist. xvi. ad Macedonas n. 8. ubi de iis, qui ab hæreticis baptizati ordinatique ad ecclesiam transeunt, ait, *Nostræ lex est ecclesiæ* his *per manus impo-*

sitionem, laïcam tantum tribuere communionem, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum subrogare. Eos autem qui *a Catholica ad hæresim transierunt*, præterea docet *non aliter oportere nisi per pœnitentiam suscipi.* Tum num. 9. utrumque ponit inter *regulas veteres, quas ab Apostolis vel Apostolicis viris traditas ecclesia Romana custodit.* Quibus cum consentaneum sit subnexum Africani concilii decretum, mirum non est illud a Stephano minime fuisse contradictum. Non ideo tamen hoc in ecclesia obtinuit, quia hæreticorum ordinatio nulla censeretur; sed quia Dei ministros a reprehensione alienos esse atque immaculatos deceret. Quocirca si quando a communi lege excepti sunt nonnulli, puta Novatiani Nicæno canone 8. ut Innocentius in laudata epistola n. 10. fatetur, ac subinde Donatistæ aut alii; ut post reditum ordinarentur, nusquam est præceptum. Immo Cod. can. eccl. Afric. c. 48. *reordinationes* non secus atque *rebaptizationes* prohibentur. COUSTANT. Etsi vitiosa est oratio, *ut—eos quoque;* ipsam sollicitandam tamen haud puto. Ponitur interea *siqui* pro *quique.*

P. 89. l. 20. divinum] Tres libri veteres habent *individuum.* BALUZIUS.

Ibid. l. 24. ordinationis et honoris arma] *Arma sunt instrumenta cujuslibet rei,* inquit Servius ad ii. Æneid. Hic vero sunt insignia sive ornamenta. Quemadmodum et Homerus dixit, ὅπλισθεν δὲ γυναῖκες. et in clipeis illustrium virorum descripti vultus expresso thorace. *Arma lucis,* ὅπλα φωτός. ad Rom. xiii. 12. Suid. ὅπλα φωτός. ὁ ἀπόστολος· αἱ τῶν ἀρετῶν ἐργασίαι. RIGALT. a Fello allatus. At conferas quæ habes ad lin. 6. pag. sequentis, *Quod autem majus potest esse delictum*——furore pugnasse?

P. 90. l. 13. in domo fidei] In ecclesia Dei, quæ est fidelium mater. Unde et *domestici fidei,* οἰκεῖοι τῆς πίστεως, ad Gal. vi. qui sunt de familia fidei. RIGALT. a Fello allatus. Porro notat interpres Anglicus, perfidiam idcirco appellare Cyprianum hæreticorum et schismaticorum scelus solere, quod iidem homines, maxime sacerdotes, commissam rem sibi ab ecclesia prodidissent.

Ibid. l. 15. et contra ecclesiam steterint] Ista imitatus est Anselmus episcopus Havelbergensis in tomo xiii. Spicilegii Dacheriani pag. 202. BALUZIUS.

Ibid. l. 16. Hæc ad conscientiam tuam] Ex his verbis Hieronymus ad Luciferianos observavit, beatum Cyprianum hæc non cum anathemate eorum, qui se sequi noluerant, edidisse: siquidem in communione, inquit, eorum permansit, qui sententiæ suæ contraierant, sed hortatum

potius fuisse, propter Novatum, et alias tunc hæreses multas enascentes, ne quisquam ab eo, sine damnatione erroris sui, reciperetur. Rigaltius a Fello allatus.

P. 90. l. 20. quod semel imbiberint] Epist. ad Quint. *Debere unumquemque, non pro eo quod semel imbiberat et tenebat, pertinaciter congredi; sed si quid melius et utilius extiterit, libenter amplecti.* Rigaltius a Fello allatus. Pertinent hæc ad sententiam illam contrariæ partis de hæreticorum baptismo; conferas etiam quæ in actis Synodi proxime sequentis ponuntur. Porro colligit ex verbis, quæ mox sequuntur, Anglicus interpres, censuisse omnes præter Stephanum episcopos fidelibus licere de re illa controversa inter se dissentire, quæ ad disciplinam magis quam ad fidem pertinere videretur. Fortasse autem de Afris quibusdam, non de alienigenis, hæc dixerunt præsules, nonnullos enim Afros de re aliter judicasse quam Cyprianum suosque, Cyprianum certiorem fecerat Quintus in Mauritania episcopus, ut ex epistola ipsius Cypriani ad eundem Quintum constat.

CONCIL. CARTHAG. VII.

P. 91. l. 9. Carthaginiense Concilium] Post litem de hæreticorum baptismo diu multumque agitatam, non tantum per epistolas cum episcopis seorsim, sed etiam in synodis eorundem frequenter congregatis; Cal. Septembris A. 256. Concilium, si quod aliud, ante Constantini tempora, celebratissimum lxxxvii. episcoporum Africæ provinciæ, Numidiæ et Mauritaniæ cogendum Carthagini curavit Cyprianus. Cum vero controversiæ statum in literis Jubaiani ad ipsum scriptis, ejusque invicem responso perquam accurate proponi censeret consultissimus Præsul; ex iisdem primo in loco lectis, tractationem synodicam inchoandam duxit. Epistolas vero prædictas lite jam adulta, et Stephano in apertas simultates provecto, transmissas fuisse; ex iis quæ inibi memorantur rebus gestis, abunde constat. Quemadmodum vero tractatui de Patientia natales exinde suos assignavimus, quod ante literas istas conscriptus appareat: eodem jure de hoc concilio sententiam feremus; nimirum quod illi temporis spatio, imo mensis Septembris initiis debeatur, quæ transmissas istas epistolas, et Valeriani persecutionem intercesserant. Porro non tantum epistolas Jubaiani, et Cypriani ad ipsum; sed etiam illas ad Stephanum in concilio lectas constat ex suffragio septimo, (octavo,) quod Crescens a Cirta tulit. Obiter notandum, nihil in hac causa ab Africanis patribus innova-

tum; qui decretis olim sub Agrippino, nec non in Oriente non uno loco conciliariter sancitis adhærebant. Imo ecclesia universalis in Concilio Nicæno Stephani placitis qui *a quacunque hæresi venientes* admisit, nullatenus accessit; siquidem Paulianistas ad ecclesiam accedentes baptizandos decreverat. Rei gestæ historiam alibi fusius enarrabimus. (scilicet ad finem hujus Concilii.) FELLUS. Sunt quidem ipsius Stephani verba, *a quacunque hæresi venientes*, a Cypriano in epistolam suam *ad Pompeium* relata; nec tamen statuendum videtur, episcopum Romanum omnes omnino hæreticos qualicunque baptismo gaudentes admittendos esse in ecclesiam sine alia nova tinctione censuisse. Nam ex verbis etiam adversariorum Stephani satis ostendit cl. Coustantius in *Dissert. de Stephani I. Papæ sententia circa receptionem hæreticorum*, quæ *Epistolis Rom. Pontificum* ab eo inserta est, ad pag. 227—256, eorum duntaxat, qui in *nomine Jesu Christi* baptizati essent, baptismum a Stephano fuisse receptum. sect. xi. p. 230. Et Opusculi *De Rebaptismate* vetus auctor, ætatis ejusdem fortasse scriptor, qui *baptisma datum a quocunque in nomine Jesu Christi*, propter nominis invocationem, comprobasse se indicat, *adulterinum*, quod vocat, *immo internecinum baptisma* hæreticorum quorundam sub tractatus finem a se commemoratorum minime admisit. Atqui multos tum hæreticos fuisse, qui in nomine Domini Jesu, hoc est, ut probabile videtur rem intellexisse Stephanum, si Firmiliani conferatur epistola, qui in nomine sanctæ Trinitatis, haud tingerent, nos docent cum alii tum Gennadius Massiliensis, *De Ecclesiæ Dogmatibus*, cap. lii. p. 30. ed. Hamburg. recensitis nominibus ipsarum hæresium; sed tamen de nonnullis earundem merito dubites, annon potius ecclesiasticam baptizandi formam secutæ fuerint.

P. 91. l. 8. Cum in unum] Gesta hujus concilii primus omnium edidit Erasmus cum titulis gloriæ, id est, cum vocabulis confessorum et martyrum, quæ præfixa sunt nominibus quorumdam episcoporum. Hos titulos Græca versio non habet, neque editio Morelliana: eos vero satis constat non scriptos fuisse in gestis, sed additos postea a quodam studioso. Quare valde mirum est illos fuisse retentos in editione R. P. Harduini. Respondit autem sanctus Augustinus in libro sexto de Baptismo adversus Donatistas ad ea quæ episcopi in eo concilio congregati attulerunt pro confirmanda opinione sua de baptismo hæreticorum. Viderat hoc concilium Humbertus episcopus Sylvæ Candidæ, qui lib. i. adversus Simoniacos cap. ix. ait: *sed et gloriosus martyr et pontifex Cyprianus quid de hæreticorum*

Dannenmayr in *Institutionibus* suis præclaris ad pag. 115. quæ anno 1788. Viennæ editæ sunt. Alios porro commemoravit Weisman. in *Hist. Eccles. Novi Test.* vol. i. p. 249. Adisis et Mammachii *Origines et Antiquitat. Christianas*, vol. ii. p. 316. qui ipse optime ait, si fas sit monumenta hæc vetera in spuriis numerare, nullum sane tam sincerum tamque genuinum futurum esse, quod rejicere cuique non liceat.

P. 91. l. 24. confessus] Solius, quod sciam, Balузianæ editionis fide nititur hoc verbum, *confessus*, fine admonitu receptum. Versio Actorum Græca tantum habet, ἀλλὰ καὶ τῇ ἐπιγνώσει τῆς ἀληθείας χάριν ὡμολόγησεν. Majus vero est, quod loci extant alii in hoc Concilio circiter novem, quorum immutandorum Baluzius præter morem suum nullam reddidit rationem. Quum vero vir doctissimus codices scriptos ad triginta minus in subsidium habuerit in Cypriano suo edendo, mihi erat religio eliminare bonas alioquin lectiones, de quarum causa in absentia testium prudenter judicare non licuerit. Sola ergo delatione istarum contentus fui. Sed aliæ præterea paucæ lectiones sunt a Baluzio item (nam textum Cyprianicum ante mortem ejus typis impressum fuisse Præfatio ostendit) cum silentio similiter introductæ, quas quidem, cum haud æque bonæ viderentur, ratione de iis reddita, dimittendas esse a textu putavi. Conf. supra pag. 27. sed ibi dixi, Cypriani textum non totum a Baluzio curatum fuisse, ubi melius posuissem, illum aliquando ab editoribus Benedictinis post mortem Baluzii mutatum esse; quod in celebri loco *Libri de Unitate Ecclesiæ* a se factum ipsi profitentur, eos vero ut istud ibi quidem facerent, causæ extraneæ impulerunt.

Ibid. l. 26. aut a jure communicationis—amoventes] Id quod saltem ad tempus fecerat Stephanus Romanus præsul; unde merito suo hæc audivit ex ore prolata Firmiliani Cappadocis: *Lites et dissentiones quantas parasti per ecclesias totius mundi! Peccatum vero quam magnum tibi exaggerasti, quando te a tot gregibus scidisti. Excidisti enim te ipsum. Noli te fallere. Siquidem ille est vere schismaticus, qui se a communione ecclesiasticæ unitatis apostatam fecerit. Dum enim putas omnes a te abstineri posse, solum te ab omnibus abstinuisti*, p. 150. ed. Bened. Cypriani, sub finem epistolæ. Has autem literas accepisse post celebratum hoc Concilium Cyprianum, ostendit Pearsonius *Annal.* ad an. 256. §§. 8, 9, 10, 11.

Ibid. l. 28. episcopum se episcoporum constituit] In vet. episcopum se episcoporum constituit. (Vulgo habetur *episcopum se* esse *e. c.*) quod apertissime declarat per de-

risum a Tertulliano dici, cum ista verba profert adversus Psychicos. RIGALTIUS. Vid. quæ dicta in lib. de Unitate, p. 108. Hunc loquendi modum non a Tertulliano Montanista didicit Cyprianus, quod Pamelius insinuare voluit; sed a D. Petro, siquidem in Epistola ad Quintum dicat Auctor noster, B. Apostolum *non vendicasse sibi aliquid violenter, aut arroganter assumsisse, ut diceret se primatum obtinere*, &c. FELLUS. Eo titulo olim ornati quoque sunt plures episcopi qui non erant papæ Romani. Sidonius, lib. vi. epist. 1. Lupum episcopum Tricassinum vocat patrem patrum et episcopum episcoporum. Ennodius lib. i. carm. 15. sanctum Ambrosium vocat episcopum episcoporum. Matthæus Parisius in anno 1254. loquens de morte Hugonis episcopi Eliensis, ait: *Qui sicut abbas abbatum in Anglia, ita et episcopus episcoporum coruscavit;* etiam principibus aliquando is honos habitus est, ut vocarentur episcopi episcoporum. Arriani, ut testatur Lucifer Calaritanus in libro de moriendo pro Dei Filio, Constantium imperatorem vocabant episcopum episcoporum. Monachus Sangallensis in libro de Ecclesiastica cura Caroli M. cap. xxvii. eum vocat episcopum episcoporum. Adgarus rex Angliæ, ut legitur in epistola Isaaci Casauboni ad Jacobum regem, et apud Joannem Seldenum in notis ad Eadmerum, vocatur pastor pastorum in synodo Anglicana sub Dunstano celebrata. Notum est Constantinum M. vocari communem episcopum apud Eusebium. Vide Cotelerii notas in epistolam Clementis ad Jacobum, et Franciscum Bernardinum Ferrarium lib. iii. cap. 1. de Antiquo Ecclesiasticarum Epistolarum Genere. BALUZIUS. Fellus, quem ego hic secutus sum, verbum *esse* deleverat, quod abfuisse a MSto Societatis suæ Jesuitarum Harduinus *Conciliorum* editor testatur; neque comparet istud *esse* apud Augustinum lib. ii. *Contra Donatist.* ubi Cypriani verba primum adducuntur, nam omnia hæc synodica bis ibi ponuntur.

P. 91. l. 30. libertatis et potestatis suæ arbitrium proprium] Hoc est, ut ait Marshallus, qui tamen pluribus contra cujusvis episcopi in aliena ditione potestatem argumentatus erat, in rebus ad disciplinam ecclesiasticam pertinentibus, de quibus nihil prius fuerat in synodo aliqua decretum. Verumtamen aliquam in his quoque rebus libertatem relictam fuisse suspicor etiam post synodum peractam judicio uniuscujusque episcopi. Ita in *epist. ad Antonianum* p. 72. hæc posuit Cyprianus; *Et quidem apud antecessores nostros quidam de episcopis istic in provincia nostra dandam pacem mœchis non putaverunt, et in totum*

pœnitentiæ locum contra adulteros clauserunt. Non tamen a coepiscoporum suorum collegio recesserunt, aut catholicæ ecclesiæ unitatem vel duritiæ vel censuræ suæ obstinatione ruperunt; ut quia apud alios adulteris pax dabatur, qui non dabat de ecclesia separaretur. Manente concordiæ vinculó et perseverante catholicæ ecclesiæ individuo sacramento, actum suum disponit et dirigit unusquisque episcopus rationem propositi sui Domino redditurus. Confer vero egregias literas Petri Gunning episcopi Eliensis ad Sheldonum archiepiscopum Cantuariensem de istis in hoc Concilio Cypriani verbis, aliisque locis similibus, quos ad solos episcopos alienæ ditionis pertinere vir doctissimus statuit. Editæ sunt in *Bibliotheca Literaria*, num. xi. quæ cl. viris Jebbio et Wassio adscripta est. Et conveniens huic est verborum Cypriani interpretatio, cujus auctor est S. Augustinus— *utique in his quæstionibus, quæ nondum eliquatissima perspectione discussæ sunt.* lib. iii. *De Bapt.* cap. 3. *donec*, ut alibi Augustinus dixerat, *plenario totius orbis consilio, quod saluberrime sentiebatur etiam remotis dubitationibus firmaretur.*

P. 92. l. 6. Cæcilius a Bilta] Hunc eundem esse, atque Cæcilium illum, ad quem mittit Tractatum suum *De Cœna Domini* Cyprianus, judicat Ceillier. in *Histoire Générale des Auteurs Sacrés et Eccles.* vol. iii. c. xxxi. §. 7. p. 570.

Ibid. l. 11. exorcizat] In codd. Veronensi et Fox. *exorcidiat*, quod ex vitiosa pronunciatione venit, *cizat* ut *cidjat*, unde alii, *cidiat*. Rigaltius. Ita in Commodiani *Instruct*. numero xxxvii. ad pag. 230. ed. Davis. titulus est, *Qui judæidiant fanatici* pro *judaizant*, ubi hic Cypriani locus cum Commodiano confertur.

Ibid. sacramentum interrogat] Additur vox *sacrilegus* in edit. Baluzii, fortasse ex MStis, nescientibus tamen vocabulum *editis*, ni fallor, omnibus, *Interpretatione*que *Græca*, et *Augustino*. Delevi eam, cum mihi quidem haud placeret repetita vox in statim post sequentibus, *ponit altare sacrilegus*. Servandum autem id censui, quod paulo ante a Baluzio in textu positum est *geruntur* pro veteri lectione *aguntur*, et mox ad finem hujus suffragii *Domino* pro *Deo*.

Ibid. l. 25. Primus a Misgirpa] Urbs Zeugitanæ. Augustinus habet, *Primus Felix a Misgirpa*. Idque nomen sæpius, et designato repetit. Cum vero constet plures hic subsequi Felices; et solenne sit ejusdem nominis episcopos, adjecta aliqua nota a reliquis distinguere: subest non levis suspicio, illum qui hoc loco sententiam tulit Felicem fuisse appellatum, et quia ante reliquos dixerat, primum vocari, ut a Felice a Bagai, alio Felice ab Uthina, a Mar-

rozani, a Buslacenis, et a Gurgitibus distingueretur; et ita, lapsu satis proclivi, primi vocem quæ numerum solummodo designabat, vero nomine, tanquam supervacaneo, omisso in nomen transiisse. Civitatis hujus episcopi mentionem faciunt inter alios Collat. Carthag. et Vict. Vit. Porro notandum, in Africa Primates, non ab urbium opibus aut prærogativa, *sed secundum tempus suæ ordinationis*, ut Leonis IX. verbis utar, censeri solitos: atque ideo *senes* appellabantur. Insuper in suffragiis ferendis is fuit mos perpetuus, ut ii qui primi ad episcopatum promoti, ante alios sententiam dicerent. Quare illos qui hic ordinem ducunt, provinciarum primates fuisse existimo. Septem quidem fuerunt partitiones Africæ, respectu regiminis civilis; sed tres tantum fuisse ecclesiasticas, ex synodi hujus initio datur intelligi. FELLUS. Vid. supra p. 151. Notaverat ante Pamelius, " Omisi cum MS. et Manutio quod " interserebatur Felix tum in excusis tum apud D. Augus- " tinum, eo quod Primus episcopus supra tomo primo " cum aliis epistolam lxviii. scripserit." Epistola hæc est concilii superius numerati iv. Scribitur urbs *Migirpa* in *edd. Erasmi, Manutii*que, *Augustino* et *Conciliis editis*, et rectius, nam Migirpa cum in *Notitia* tum in *Collat. Carthag.* memorata, in provincia proconsulari sita est. Vid. Dupinii Geograph. Sacram Africæ *S. Optato* præfixam p. xxxii. Etsi notat Harduinus legi in MS. suo *Miscirpa*.

P. 92. l. 32. Polycarpus ab Adrumeto] Is est ille de quo mentio facta in epist. xlvi. ad Pam. num. xlv. et fortasse Ep. lxxxvi. ad Pamelii num. lxviii. FELLUS.

P. 93. l. 2. testimonium reddere] Vulgo *sibi testimonium reddere*, quod mutavi fide nixus *edit. Erasmianæ, Augustini, Interpretisque Græci*, et *Conciliorum*.

Ibid. l. 9. inter laicos recipi] Sic (Cyprian.) Epist. ad Antonianum, *Sic tamen admissus est Trophimus, ut laicus communicet*. RIGALTIUS. Adde quod supra dictum est in *Epist. Concilii Carthag.* IV. p. 82. et not. p. 117.

Ibid. l. 14. falsi Christi] falsi Christiani. Ita restituimus ex fide veterum librorum. Confirmant autem hanc restitutionem verba Secundiani a Carpis pag. 333. actorum concilii: *Si Christiani non sunt, quomodo Christianos faciunt!* Non displicet tamen lectio quæ habet *Falsi-Christi*. BALUZIUS. Pamelius quoque quatuor memoraverat codices, in quibus legebatur *falsi Christiani*. Sed alteram revocavi locutionem, quæ cum petita esset ex *Mat.* xxiv. 24. et *Marc.* xiii. 22. tum a Firmiliano in celebri adhibetur epistola. *Et tamen non pudet Stephanum*, inquit ille, *Cypri-*

anum pseudochristum *et pseudoapostolum et dolosum operarium dicere.*

P. 93. l. 15. *Qui fidens est in falsis* &c.] Omnia hæc, quæ ex capite nono *Proverbiorum* secundum LXX. desumpta sunt, respuunt exemplaria Hebr. et Vulgata Interp.

Ibid. l. 20. *extraneo*] Quamvis alia lectio, quæ habet *alieno*, bona sit, coactus sum mutare propter auctoritatem veterum exemplarium; etenim *extraneo* scriptum inveni in septemdecim libris nostris et in duobus Anglicanis; immo Monasteriensis, in quo legitur *externo*, probat hanc mutationem esse legitimam: infra in allocutione Sedati a Tuburbo, pag. 332. pro *alienus* codex Gratianopolitanus habet *extraneus*. BALUZIUS. Augustini quoque redargutio, quæ sæpe jam memorata est, vocem *extraneo* agnoscit, quanquam in ipso suffragio alterum vocabulum positum habes apud eundem patrem. Mox *aquas* pro *aquam* quæ cæterorum est scriptura Baluzius posuit.

P. 94. l. 4. *quia Deus Spiritus* &c.] Vide librum domni Petri Coustant. in quo confirmantur vindiciæ veterum codicum, pag. 57. (52, 53.) BALUZIUS. Agit Millius quoque in *Appendice ad Notas in Test. Nov.* pag. 31, ed. Oxon. de hoc Latinorum additamento, *quia Deus spiritus est, et de Deo natus est;* quæ quidem clausula, *et ex Deo natus est*, in antiquissimo cod. evangelii Latino, qui Biblioth. Bodleianæ est, additur. Cæterum Fellus istud *et de Deo natus est* exponit, *et natus de spiritu, de Deo natus est.* De quo tamen interpretamento hæc adnotat Maranus *in Prefatione ad Cyprianum* p. xxxvi. "Minus commode editor Oxoniensis "illud, *de Deo natus est*, sic explicat, natus de spiritu de "Deo natus est. At dicere debuisset Nemesianus, *de Deo* "*natum est.* Qui mediocriter attendet, hanc hujus loci vi"debit esse sententiam, quod ex spiritu natum est, spi"ritum esse, quia spiritus sanctus, cum Deus sit et ex Deo "natus sit sive processerit, (hæc enim interdum idem so"nant,) pro summa sua potestate spiritus eos efficit quos "regenerat."

Ibid. l. 8. idololatriæ] Addidit vocem *servitus* forsitan ex codicibus suis Baluzius, quam agnoscit Vulgata Interpretatio vertens *idolorum servitus*, quæ ipsa, ut videtur, Cyprianicæ lectionis est origo. Ergo vocem omisi.

Ibid. l. 17. Lambese] Λαμαῖσα sive Λαμβαῖσα Ptol. Numidiæ urbs, de qua supra ex Anton. insuper Cypr. ep. lix. ad Pam. numeros lv. Lambesitanam Coloniam appellat FELL.

Ibid. l. 26. *Ite, et docete*] Cæteri præter Baluzium habent, *Ite ergo, et docete.* Et vulgo sic legitur in *Novo Test.*

nam addita est particula ἂν in exemplaribus Græcis impressis, renitentibus tamen plurimis codicibus manuscriptis. Mox in Suffragiis x. et xxix. et xxxv. ubi affertur locus, *ergo* abest; sicut apud Auctorem *De Rebaptism.* ad p. 338.

P. 94. l. 32. *Domus contrariorum legis*] LXX. habent. οἰκίαι παρανόμων ὀφειλήσουσι καθαρισμόν. Hebræa toto cœlo videntur distare. אוילים ליץ אשם Nec facile est conjectura assequi quid præ oculis haberent Græci interpretes, nisi forte per errorem legerant אהלי ליץ אשם habitacula derisoris in piamentum. Fellus.

P. 95. l. 1. primo purgari] Anglicus ait interpres—"per "pœnitentiam quæ agenda est ante admissionem ad ec-"clesiam per baptismum." Sed forsitan intelligendus est exorcismus, qui in Suffragiis viii. et xxxi. et xxxvii. hominibus conversis commendari et injungi videtur. Porro in canone septimo *Concilii Œcumenici Secundi* mos exorcizandi tam illos hæreticos, qui in eo nominantur, quam ethnicos, ante baptismum, firmatur ac stabilitur.

Ibid. l. 5. itemque ad Stephanum] Ita scriptum est in editionibus, et in omnibus fere libris veteribus. Quæ verba desunt in Fuxensi, recte autem omissa in illo fuisse et deleri debere hinc colligitur quod certum sit nullam antea litterarum Cypriani ad Stephanum mentionem fieri in hac synodo, uti recte observavit sanctus Augustinus, lib. vi. de Baptismo contra Donatistas, cap. 15. ubi etiam scribit se epistolam illam Cypriani ad Stephanum non vidisse. Verum id probat istud additamentum esse vetus. Vid. supra, pag. 502. Baluzius. Ibi constat aliter sensisse olim de hac re Baluzium; hanc enim ipsam epistolam appellat, quam Crescens episcopus Cirtensis commemorat scriptam a Cypriano ad Stephanum, eamque nunc non extare putat, et diversam fuisse a Cypriani illa ad Stephanum de baptismo hæreticorum, quæ num. lxxii. notatur. Pearsonius in *Annalibus Cypr.* ad an. 256. "Lecta est etiam "Epistola Cypriani ad Stephanum, quod quidem ipse "omisit (initio *Actorum*), sed Crescens a Cirta Episcopus "notavit." §. ix.

Ibid. l. 6. sanctorum testimoniorum] Octo libri veteres, et in his Seguierianus habent *sanctimoniorum*. Alii sex *sanctissimorum*, omissa voce *testimoniorum*, quæ deest etiam apud Augustinum; pro quo Lætiensis habet *decretorum*. Vide notas Benedictinorum nostrorum ad librum sextum Augustini de Baptismo contra Donatistas, cap. 15. Vid. supra, pag. 407. Baluzius.

P. 95. l. 12. per manus impositionem] Pœnitentes ad pœnitentiæ stationem suam per manuum impositionem admitti soliti sunt; quæ quidem impositio manuum sæpius repetebatur. Hoc autem significatur in Cypriani *Ep.* xv. al. 11. Item canone xv. *Concilii Agathensis* sancitum est, debere omnes ad episcopum accedere pœnitentiæ causa, ut manus sibi imponantur secundum morem ubique receptum. Hæc MARSHALLUS Interp. Anglicus. Tria saltem impositionum manus genera in hujus concilii actis invenio; unum *ad accipiendum Spiritum Sanctum* in Suffragiis v. et xxiv. et in Epistola Synodi superioris commemoratum; alterum hoc *in pœnitentiam* super illos qui baptizati prius in ecclesia fuissent, postea *per manus impositionem restituendos*, hoc est, absolutionem dum accipiunt, de quo agit Suffragium xxii. tertium denique *in exorcismo* adhibitum, quod in Suffrag. xxxvii. nominatur, quodque itidem indicari videtur in vii. et xxxi.

Romani quidem episcopi verba quæ a Cypriano in *Epist. ad Pompeium*, sub init. adducuntur, ita se habent, *Si quis ergo a quacumque hæresi venerit ad nos, nihil innovetur, nisi quod traditum est, ut manus illi imponatur ad pœnitentiam.* Et postquam superiora scripseram, vidi Petrum Coustantium in *Dissertatione* supra ad pag. 149. commemorata quæ *De Stephani Sententia* agit *Circa Receptionem Hæreticorum*, docentem sect. v. p. 238—246. nihil esse in verbis Stephani, quod *confirmationis* sacramentum significet, nihil quo aliam ab eo manus impositionem, quam istam, quæ *pœnitentiæ* indicium esset, desiderari opinemur. Fatetur tamen idem vir cl. Firmilianum et Cyprianum eorumque socios aliquos, Stephani istæc verba interpretantes, ritus confirmationis ab hæreticis celebrati iterationem ab eo admitti sibimet persuasisse; hoc vero Cypriano non vere persuasum esse statuit, ut dixi supra ad pag. 146. cl. Maranus. Immo insuper concedit idem Coustantius, antiquum scriptorem *De Baptismo Hæreticorum* inter Cyprianica Opuscula collocatum, impositionem manus, quæ venientibus ab hæresi injuncta est, ad confirmationem spectare censuisse. Aliis vero veterum auctorum locis et formulis quibusdam ritualibus se induci Coustantius ait, ut existimet, duplicem fuisse manus impositionem super venientes *ab hæresi*, a confirmationis ritu utramque distinctam; unam, quæ per invocationem Sancti Spiritus catholicorum conventui statim societ, alteram, qua differatur sanctæ communionis restitutio, ut per plurimos pœnitentiæ fructus acquiratur. At tamen haud

aeque fortasse certum est, quicquid dixerit aut Coustantius, aut Maranus, Stephani verba confirmationis, seu consignationis, ritum, quo datur Spiritus Sanctus, exclusisse, ac clarum est quandoque statuisse ecclesiam veterem, oportere hæreticos, qui ad ecclesiam nunquam pertinuissent, per ritum istum confirmationis, collato in illos Spiritu Sancto, ad communionem admitti. Videsis quæ ad CONCIL. VI. supra dicuntur, p. 145. ac præsertim canonem illum *Concilii Arelat.* cum Suffragio quinto horum præsulum collatum. Cons. et Can. vii. Concilii CPol. I. apud Zonaram infra ad p. 173.

P. 95. l. 18. Munnulus] In cod. Veronensi ab hoc episcopo omnes fere deinceps episcopi sententiis suis hanc formulam præmittunt, IN PACE, quæ in Foxiensi nullibi legitur. (Cons. Rigalt. infra, p. 163. qui ait idem factum in *MS. Corbeiensi* a Satio episcopo in Suffrag. fere omnibus usque ad finem.) RIGALTIUS. De Monnulo mentio habetur Ep. ad Cornelium Concilii nomine, de pace lapsis danda (supra ad pag. 69.) FELLUS. Munnulus pro Monnulo in *ed. Baluziana* extat, et Harduinus in *ed.* sua *Conciliorum* ait, " recte *MS. noster* Munulus (sic) a Girba."

Ibid. l. 20. baptismatis trinitate] Quia trina immersione expediebatur; nomine Patris, Filii et S. Spiritus. Tertull. de Corona ait. *Ter mergitamur.* Basilius de Sp. S. c. 27. vocat τρὶς βαπτίζεσθαι. De hac re videantur Cyrill. Hierosol. Athan. Ambros. et Hieronym. et alii e veteribus passim. FELLUS.

Ibid. l. 24. vere renasci] Mala non est lectio quorumdam veterum librorum in quibus scriptum est *venire, nasci et baptizari.* Unus meus multum confirmat hanc lectionem; habet enim *venire et nasci et baptizari:* eam quoque confirmare videntur verba Cassii a Macomodibus, pag. 332. *cum ad ecclesiam venire cœperint.* Vide quæ dicta sunt a nobis ad epistolam ad Donatum, pag. 373. BALUZ.

Ibid. l. 25. cancer quod habebant] Confert cum *Suffragio Primo* Anglicus interpres, ubi hæc sunt, *sacramentum interrogat cujus os et verba cancer emittunt.*

Ibid. l. 26. offectura] Hanc lectionem inveni in eodem libro meo veteri et in pluribus aliis, tum etiam apud Augustinum, lib. vi. de Baptismo contra Donatistas, cap. 17. Codex Seguierianus et quidam alii præferunt *damnationis iram et erroris effecturam.* BALUZIUS. Vulgo *effectura.* Alteram vero lectionem jam receperat Pamelius, dixeratque Rigaltius, in codice Foxiensi legi *offectura,* pro eo quod officit, et hanc esse verissimam lectionem.

P. 95. l. 28. a Cedias] Urbem istam non eandem esse atque illam *Quidias* seu *Quida* appellatam, quod sentiebant quidem Fellus et Harduinus, ostendit Dupinius in Geographia Sacra Africæ, quam *S. Optato* præfixit.

P. 96. l. 6. vivificandus] Ita restituimus ex fide veterum manuscriptorum. Vide notas ad librum de Oratione Dominica. BALUZIUS. Ibi nimirum *vivificato* pro *justificato* ex libris vir doctissimus similiter restituit; cum enim hoc loco pleræque editiones ante Fellum impressæ habuissent *justificandus*, posuit præsul ille ex uno codice Bodleiano *innovandus*. Sed et *Conciliorum editiones*, sicut *Augustinus*, immo etiam *Erasmiana Cypriani editio*, in qua primum posita hæc Acta, *vivificandus* præstant, quod ex fide *veterum manuscriptorum* se restituisse addit Baluzius.

Ibid. l. 9. Hippone regio] Urbs Numidiæ, Augustini sedes episcopalis. A Carthagine distat Antonino supputante 218. M. P. ab Hippone diarrhito 160. M. P. Nunc temporis appellatur, *Bona*. FELLUS.

Ibid. l. 12. quantum in nobis est] Ait respondens S. Augustinus; *Vidit plures huic sententiæ* consentire, *a quorum tamen consortio, ne violaretur unitas, se isti* (hi sunt suffragatoris οἱ ὁμόφρονες) *separare non possent*. In *Sententia* xviii. Sedatus episcopus dixit, *Quare* omnibus pacificis quidem viribus *nitendum est, ne quis hæretico errore infectus et tinctus singulare* (sic) *et verum ecclesiæ baptismum detrectet accipere*. Confer et ipsius Cypriani prooemium.

Ibid. l. 22. super petram] Ita sanctus Augustinus in loco paulo ante laudato. Ita etiam scripsit Erasmus, ita quoque ego reperi in quinque codicibus antiquis. Aliam lectionem quæ habet *super Petrum*, legi in codice Seguieriano et in aliis tredecim: et sic quoque scriptum esse in codicibus manuscriptis operum sancti Augustini monent eruditissimi monachi Benedictini qui postremam operum ejus editionem curarunt. Atque ego sane, qui scio sanctum Cyprianum frequenter scribere ecclesiam esse fundatam super Petrum, facile eam lectionem prætulissem, quæ nititur auctoritate plurimorum veterum librorum, nisi animadvertissem comparationem hic institui inter ecclesiam et hæresim, adeoque retinendam esse vocem *petram*, in qua ædificatur ecclesia, ut ait Augustinus; infra in allocutione Januarii Muzulænsis, p. 334. legitur: *Ecclesia et hæresis duæ diversæ res sunt*. BALUZIUS. Quanquam de hac re sæpius monuimus; quod importuni librarii ubi petræ occurrebat mentio, statim ad Petrum id pertrahebant; tamen cum Rigaltio hic observare par erit, *Au-*

gustinum exemplaris sui fidem secutum hic legisse. Ædificavit ecclesiam suam Christus super petram, non super arenam. FELLUS.

P. 96. l. 29. velut cancere] Vox recte se habet; quantumvis reclament quidam grammatici. Lucretius lib. v. dicit, *Canceris ut vertat metas ad solstitiales.* et neutrum esse, prout hic usurpatur, diserte affirmat Priscianus. FELLUS.

P. 97. l. 9. præsumptores] Conferas *Suffrag.* Secundiani a Thambeis, quod octogesimum est.

Ibid. l. 16. flebiles et tabidos] In Foxiensi, *flebiles et habiles,* perperam. Tabidos hæreticos dicit, quasi tabescentes mœrore et squalore pœnitentiæ. RIGALTIUS. Dubium an intelligat Cassius ex pœnitentia squalidos et lacrymis diffluentes; an malis moribus corruptos et deploratos. Infra dicitur, *Mens hæretica, quæ diuturna tabe polluta est:* quod ad posteriorem sensum inclinat. FELLUS.

Ibid. l. 26. ecclesiæ assistimus] Græca Interp. συνιστάμεθα τῇ ἐκκλησίᾳ.

Ibid. l. 31. quomodo Christianos faciunt] Ista desunt in quinque antiquis codicibus et apud Augustinum, et pro iis legitur simpliciter *fiunt,* ut scribendum videatur, *si Christiani non sunt, fiant,* quomodo post hæc edita scriptum vidimus in codice sancti Arnulphi. Fiunt enim, non nascuntur Christiani, uti observatum est supra pag. 373. BALUZIUS. Apud *Augustinum* quidem et, auctore Fello, MSS. *Ebor.* et *Bodl.* 2. Zonaramque γινέσθωσαν qui habet, legitur *fiant,* ipsum illud, quod nobis vir doctus commendat. Sed mihi tamen ampliandum videtur.

P. 98. l. 13. confirmari oportet] Sic emendate edidit Baluzius fortasse ex scriptis suis; dum alii aut omittunt verbum *oportet, confirmari* tamen vel *confirmare* legentes, aut verbum *debemus* post *confirmare,* non post *observare,* præstant.

Ibid. l. 17. Quietus a Baruch] In Veronensi *Confessor Quietus a Burug.* RIGALTIUS. De titulis istis Baluzius supra sub initium notarum.

Ibid. l. 20. *baptizatur a mortuo*] Sequitur istud, *et iterum tangit mortuum,* in *edd. Erasmi* atque *Felli.* In harum editionum posteriore testis lectionis citatur *Augustinus,* quæ tamen in Augustini sicut *Cypriani* Benedictinis editionibus, merito rejecta est. Neque addit verba Cyprianus in *Epistola ad Quintum*; immo ita vel ineptius adduceretur Sira-

cidæ istud, si id fieri possit, quam ante. Additamentum tamen extat in *edit. Harduina Conciliorum.*

P. 99. l. 6. blasphemia trinitatis] Observet lector, hic et alibi, *Trinitatis* vocem Personas divinas designare. Sic Tert. adv. Prax. c. 3. *Numerum et dispositionem trinitatis, divisionem præsumunt unitatis; quando unitas ex semetipsa derivans trinitatem, non destruatur ab illa, sed administretur. Itaque duos et tres jam jactitant a nobis prædicari, se vero unius Dei cultores præsumunt: quasi non et unitas irrationaliter collecta, hæresin faciat; et trinitas rationaliter expensa, veritatem constituat.* FELLUS. Cum Theophilus episcopus Antiochenus jam ante Tertullianum Τριάδος vocem de tribus Personis Divinis in lib. ii. *Advs. Autolycum* c. 23. adhibuisset, *Trinitatem* postea dixerunt Latine loquentes Tertullianus, Cyprianusque, qui hac voce usus est non uno loco, et homo ejusdem ætatis hic ipse Eucratius.

Ibid. l. 9. a blasphemia] Ut ita scriberem me compulit auctoritas quindecim veterum exemplarium. Antea legebatur *a blasphemiæ suæ præsumptione.* Quæ sane lectio habetur in quibusdam codicibus antiquis. BALUZIUS. Augustinus quoque habet, a *blasphemia suæ præsumtionis.*

Ibid. l. 11. Libosus a Vaga] In Veronensi *Confess. et Mart. in novis areis positus Libosus a Vaga.* RIGALTIUS.

Ibid. l. 16. Lucius a Thebeste] In Ver. *Confess. et Mart. in Fausti positus Leucius a Theueste.* RIGALTIUS.

Ibid. l. 22. ab Amaccora] Nescio quomodo accidit, ut ita scriberem (*ab* Amaccora) ut patet ex iis quæ a me annotata sunt in notis ad collationem Carthaginensem inter Catholicos et Donatistas, pag. 236. Cum autem propterea editionem meam istius collationis consulerem, forte evenit ut inciderem in paginam 122. ubi monui virum summe doctum et mihi nunquam sine laude nominandum Jacobum Sirmondum erravisse, cum scripsit illam factam esse altero anno post consulatum Varanis, eo in primis argumento quod ex Augustino colligatur peractum esse jejunium Pentecostes paulo ante collationem. Cum hæc mea observatio certa sit, et nihil ad eam destruendam afferri possit, miror R. P. Joannem Harduinum virum multæ lectionis et eruditionis, insinuare voluisse in tomo primo editionis suæ Conciliorum, pag. 1043. standum esse opinioni Sirmondi. Quod ideo istic annoto, ne quis deinceps in hos

fallatur. Utinam Harduinus voluisset sequi editionem meam gestorum, quæ certe, absit verbo invidia, multo melior est ea quam ille dedit. BALUZIUS.

P. 99. l. 22. Et ego ipse secutus] Addidit Baluzius pronomen *ego*, forsitan ex scriptis suis, et mox infra edidit, *quia alienus esse non potest*, ubi Rigaltius *alienis* pro *alienus* habet; cæteri autem, *quia alieni sunt, nobiscum esse non possunt.*

Ibid. l. 26. privatus fons noster est] Notanda est, ait Anglicus interpres, vetustissima accommodatio libri Canticorum ad Christum et ecclesiam.

P. 100. l. 13. Leptiminus] Λέπτις μικρά Ptolem. Urbs Byzacenæ, cum Leptis Magna ad Tripolitanam pertineat. A Carthagine secundum Antoninum 106. M. P. distat. De hac mentio habetur in collat. Carthag. et notit. Afric. FELLUS.

Ibid. l. 16. non unum] *Non duo* Augustinus habet.

Ibid. l. 19. pejores quam ethnicos] Confer *Suffrag.* Saturnini a Thucca, seu lii. ad pag. 102.

P. 101. l. 1. Sattius] In Corbeiensi, ab hoc episcopo omnes fere nominibus suis præmittunt, IN PACE: qua formula significare videntur, nolle se sententia sua quenquam a communione, etsi diversum senserit, amovere. Quæ lex dicta per Cyprianum fuerat in præfatione Synodi. RIGALTIUS.

Ibid. l. 9. et Christianos inquinat] Augustinus respondens ait: *Illud sane quod in ultimo posuit dicens,* Utrumque contra rationem &c. *respuit primitus ac maxime Cyprianus ipse cum sibi consentientibus collegis suis. Neque enim inquinari se credidit, quando talibus propter vinculum pacis communicandum esse decrevit dicens,* neminem judicantes, aut a jure communionis aliquem si diversum senserit, amoventes. Vid. supra ipsum initium Concilii.

Ibid. l. 10. Utica] Urbs Zeugitanæ, *civium Romanorum; morte Catonis nobilis,* ut ait Plinius. Ἰτύκη Polybio et Ptolem. Nunc *Byzerta* appellata. FELLUS.

Ibid. l. 16. Jambus] In Foxiensi neque hic neque in aliis episcoporum nominibus non leguntur appellationes confessorum neque martyrum. RIGALTIUS. Referas te ad Baluzii notam initio hujus Concilii positam, p. 149. Porro *editio Oxoniensis* titulos conservavit, quos quidem ad singula nomina in his notis indicaturus sum.

Ibid. Germaniciana] Nova nimirum, ut ab Abbiritana distingueretur. Urbis hujus episcopus tempore collat. Carthaginensis erat Innocentius. ad Byzacenam pertinet, a Germanicarum cohortium veteranis habitata. De hac, ut

et aliis plerisque, illud obtinet quod Plinius lib. iv. c. 4. refert; quod *non civitates tantum, sed etiam nationes jure dici possunt*. FELLUS.

P. 101. l. 17. ut—negent] Nova loquendi ratio, cujus tamen sensus apertus.

Ibid. l. 25. *Aut enim Dominus Deus est*] *Aut enim Dominus* tuus *Deus est*. Ita *vulgo* editum. Sed Augustin. habet, *Aut Dominus Deus est*. Fortasse ex antecedente voce istud *tuus* vitiose ortum est. Cumque in *Erasmi edit*. locum se ita habentem viderim, *Aut enim Deus* (sic) *Deus est*, voculam *tuus* delendam putavi.

Ibid. l. 30. Jader] Editionem Erasmianam, in qua primum omnium Acta hujus synodi comparuerant, cæteræ excepta illa Baluzii imitatæ titulo *Confessoris et Martyris* hunc episcopum auxerunt. Sed neque huic, neque cuiquam patrum subsequentium, hujusmodi titulos contulit aut *Augustinus*, aut *libri* quos nominat initio hujus Concilii Baluzius.

P. 102. l. 3. Paulus] Vox *Confessor* nomini huic, et duobus, quæ proxime sequuntur, præmissa est in editionibus ante Baluzium.

Ibid. ab Obba] *Bobba*. Urbs Mauritaniæ. Obba dicta in Not. Afric. et collat. Carthag. sed codices plurimi habent Bobba, cui nomenclaturæ favet Plinius, qui in Mauritania *a Lixa* 40. *M. P. in mediterraneo Augusti coloniam Bobbam* collocat. FELLUS.

Ibid. l. 25. et ipsum tenemus et exercemus] Antea legebatur *tenemus et exercemus*. Sed *tenemus et* non extat in codice Seguieriano neque in aliis veteribus. Anonymus in libro de rebaptismate, p. 354. *baptismate quod interim exercebat*. BALUZIUS. Cum Baluzius sine idonea, opinor, causa, hoc eliminasset, revocandum esse censui, quod in *editis* et in *Augustini* quoque nonnullis editionibus retentum esset.

Ibid. l. 27. Saturninus] Præmissum est in libris, quos ante dixi, *Alius Confessor*.

Ibid. l. 28. illicita facientes] Mihi quidem probata est cl. Marshalli conjectura, reponentis *licita* facientes.

Ibid. l. 31. Gentiles—summum Deum &c.] Hoc certè probat ipsius animæ quamvis non Christianæ testimonio Tertullianus lib. de Testimon. Animi. RIGALTIUS. *Summum Deum*. Jovem nimirum, qui pater hominum et Deorum audit. FELLUS.

P. 103. l. 5. Zama] Urbs Numidiæ. *Azama* Ptolem. A Strabone, Plinio, aliisque memorata. Hic loci Hannibal a Scipione magna strage victus. FELLUS.

P. 103. l. 8. Irenæus] Is in libris quos memoravi, *Confessor* audit.

Ibid. l. 9. hæresis major est] Hoc est, major quam ecclesia. Augustinus: *Respondetur. Hoc modo dici potest, si ideo avarum ecclesia non baptizat, quod dicatur jam baptizatus esse, avaritia major est. Hoc autem falsum est: ita ergo et illud.* Lib. vii. *Contra Donatist.* ubi supra. An vero allato argumento satisfaciat hoc responsum, viderit vir sanctus.

Ibid. l. 21. Faustus] Is quoque *Confessor* appellatur in *editt.* ante *Benedictinam*, secutis *Erasmum*, qui primus hæc Acta addidit.

Ibid. l. 32. Therapius] Hic et pater alter post eum *Confessores* in *iisdem edd.* vocantur.

P. 104. l. 4. Buslacenis] Reponendum crediderim, *Byzacene.* Byzacium enim βυζακίνην appellat Ptolemæus; cujus regionis fertilitatem miris modis effert Plinius non uno in loco. De hujus urbis episcopo mentio habetur in collat. Carthag. Fellus. In provincia est sita, quæ Byzacena dicta est.

Ibid. l. 11. ab Aggya] Videtur esse Aggiva, de qua habetur mentio in Collat. Carthag. Fellus. *MS. noster* Abachia, unde incertum an a Bachia, an ab Achia, legendum sit. Harduinus.

Ibid. l. 20. Alius Victor] *Confessoris* titulo ornatus, ubi supra. Cæterum notat Harduinus, hanc esse Tenacis, qui præcessit, sententiam in *MS. Societatis suæ*, illamque vicissim esse hujus Victoris.

Ibid. l. 23. ecclesia non est] Ut in superiori Suffragio. Quapropter voculam *una* post *ecclesia*, quam nescit Augustinus, hinc ejiciendam censui.

Ibid. l. 27. Verulus] *Martyr de schismaticis Verulus* (sic Felli aliorumque edd.). Eo, ut videtur, loquendi genere positum, quo dicitur Ep. xlii. *Repostus de extorribus.* Verulus scil. martyrio nobilis, licet olim schismaticus. Supra adnotatum elogia hæc omnia in plerisque exemplaribus omitti. Fellus. At potest fieri ut verba *de schismaticis* non nisi Suffragii index marginalis fuerit.

Ibid. l. 28. multo magis schismaticus &c.] Ita respondet Augustinus: *Jam ostendimus eos habere, quia non amittunt cum recedunt; non enim recipiunt cum redeunt.* Probatio est ex ipsorum Africanorum praxi, dum non rebaptizabant redeuntes ab hæresi, qui *in ecclesia* fuissent prius baptizati.

Ibid. l. 31. ut sustinerem] Expectarem. Pariter Victor

ab Octavo infra dicit, *expectabam præcessorum consilium.* Fellus. An Pudentiani verba *novitas episcopatus* lucem afferant illis S. Ignatii in *Epist. ad Magnesios*, τὴν φαινομένην νεωτερικὴν τάξιν, aliis disquirendum relinquo.

P. 105. l. 1. Petrus] *Martyris* titulo ornatus in libris *editis*, quos dixi.

Ibid. Hippone Diarrhytorum] (*Hippo Diarrhito* Fell. et alii.) Plinius lib. v. cap. 4. *ab oppido quod Hipponem dilutum vocant, Diarrhytum a Græcis dictum propter aquarum irrigua*; situm fuisse in littore Africæ docent Plinius et Mela. Vide notas nostras ad collationem Carthaginensem, pag. 222. Baluzius.

Ibid. l. 18. Lamasba] Fellus quidem imprimendum curavit *Lambesa*, et ad Suffragium vi. occurrit Januarius a Lambase, ubi notavit vir cl. Ptolemæum habere urbem Λαμαῖσα, sive Λαμϐαῖσα. Sin vero *Lambase* hic quoque reciperetur, tum vero aut duplex unius civitatis præter morem episcopus efficeretur, aut urbs cognominis fuisse statuenda foret. Quod quidem haud raro fit. Ita, cum in Suffragio lii. urbs *Thucca* vel *Tucca* nominata esset, hæc scripsit ad Suffragium ab hoc tertium Fellus; "Tucca "urbs Mauritaniæ Sitif. De qua Plinius lib. v. c. 2. et "Notitia Afric. alia a Tucca Terebinthina, et tertia Numi-"diæ." Attamen fortasse *Lamasuensis* Pusillus episcopus fuit, nam in *Notitia* 112, et in *Collat. Carthag.* monente Dupinio in *Geographia Africæ Sacra*, episcopatus iste provinciæ Numidiæ memoratur.

Ibid. l. 21. Salvianus] *Martyr* appellatur, ubi supra.

Ibid. l. 32. Clarus] *Confessor* Clarus, et *Martyr* Secundianus audiunt in iisdem *edd.* Singularis interea in hoc *Suffragio* locutio est, *credentium fidem baptizantes.*

P. 106. l. 9. non sint consecuti] Hæc una est ex lectionibus, quas tacitus induxit Baluzius. Certe nesciunt *non sint*, quotquot vidi Cypriani *editiones Augustinus*que.

Ibid. l. 13. Joannes apostolus in epistola sua] Ante Africanum hunc episcopum Aurelium a Chullabi extiterunt, qui secundam hanc Joannis epistolam adduxerint, Irenæus lib. i. cap. 16. al. 13. Origenesque item, hic autem dubitantius, in *Comment.* suo *in S. Joan. Evang.* pag. 83. ed. Huetii; tum vero eandem receperunt epistolam Auctor *Fragmenti de Canone S. Scripturæ*, *Clemens*que *Alex.* ut ad idem Fragmentum ostendo. Sed contrarium fecisse Cyprianum, etsi collegæ ejus Aurelii testimonio multum in hac re tribuit cl. Lardnerus, neque illud immerito, in Op. *De Fide Hist. Evang.* P. ii. vol. iv. lib. i. c. 44.

§. 7. 5. inde fortasse suspiceris, quod hunc ipsum versiculum non adtulit vir sanctus vel in lib. iii. *Testimoniorum ad Quirinum*, c. 78. ubi ostendere vult ex S. Scriptura, *cum hæreticis non esse loquendum*, vel in aliis locis quamplurimis, ubi id facturum illum jure speraremus, si quidem epistolam recepisset. Porro, postquam hæc adnotaveram, vidi hoc monentem Anglicum interpretem cl. Marshallum, Joannis primam epistolam sine ulla numeri distinctione ubique laudari a Cypriano, tanquam si secundam istam ignoraverit. At vero similiter excitat idem ille Cyprianus S. Pauli *epistolam ad Thessalonicenses posteriorem* in *Epist.* sua 55. al. 59. immo sic quoque in hoc ipso *Suffragio* Joannis secunda epistola ab Aurelio adfertur. Errat quoque interpres idem, dum ait, Tertullianum in *Præscript. Hæret.* bis testimonium dedisse secundæ Joannis, quum id ne semel quidem ab eo factum sit, neque in capp. 12. et 33. quæ ab eodem Marshallo signantur; neque etiam alibi, ni fallor.

P. 106. l. 22. Gemellis] Urbs Numidiæ Antonin. Colonia Romana sub Hadriano Imp. deducta, ut Ligorius ex ejus nummo docet. ÆLIA HADRIANA GEMILLINA. De hoc Litteo videtur mentio habita Epist. Cyp. lxxvi. FELLUS. *Confessoris* titulus huic episcopo adjectus est in Cypriani, quas dixi, *editionibus*.

Ibid. l. 24. illuminare] Notat vir doctiss. Anglicus interpres, ἐμφατικῶς hoc dici, quia baptismus φωτισμὸς *illuminatio* sæpe appelletur.

Ibid. l. 26. ab Oëa] In provincia Tripolitana, uti diximus: sitam illam fuisse inter duas Syrtes docet Plinius, lib. v. cap. 4. Et tamen Ptolemæus Sabratam, Oeam et Leptim magnam, quæ certe sunt civitates provinciæ Tripolitanæ, locat in parva Syrte, nimirum, ut opinor, quod viciniores sint minori quam majori. Nescio autem an non Virgilius, qui libro quinto Æneidos post inhospitam Syrtim locat desertam siti regionem, per desertam siti regionem intellexerit Tripolitanos vicinos inhospitæ Syrti. Civitas *Oeensis* legendum est apud Martianum Capellam lib. vi. non *Ocensis*. Ex Oea porro uxorem accepisse Apuleium docet sanctus Augustinus in epistola ad Marcellinum; et Apuleius ipse scribit se fuisse factum civem Oeensem. Vide Cujacium lib. viii. Observat. cap. 27. BALUZIUS.

Ibid. l. 27. Sabratensis] Urbs Tripolitanæ. *Sabrata* Plinio. De hac mentio habetur in Collat. Carthag. August. lib. iii. contra Crescon. c. 53. et Vict. Vit. Pompeius urbis

hujus episcopus, ille ipse videtur ad quem celebrem epistolam scripsit Cyprianus in causa baptismi hæreticorum, contra Stephanum. Observari poterit, ab ultima antiquitate absentibus episcopis jus suffragii non periisse, si modo alicui collegarum vices suas obeundi potestatem fecerint. Et quidem fortassis hinc non prorsus abludit illud quod dicitur, 1 Cor. v. 4. ut scil. episcopi Achaiæ congregati synodice, in Corinthium incestum animadverterent per ecclesiæ censuras; *cum* absentis Apostoli *spiritu.* FELLUS.

P. 106. l. 27. Leptimagnensis] Urbs Tripolitanæ, ex tribus Urbibus, Taphri, Abrotono, et Lepti magna conflata. Hanc memorant Plinius, Solinus, Antoninus et Ptolem. De Lepti minore superius actum. FELLUS.

P. 107. l. 1. Cyprianus] *Confessor et Martyr* in *editt.* quas dixi præfixum est. Idemque titulus adversario Cypriani Stephano in veteribus Bedæ aliorumque martyrologiis attribuitur.

Ibid. Meam sententiam] Quanquam dogmatis hujus invidia in Cyprianum nostrum imprimis rejiciatur, illud tamen non tantum 87. Episcoporum Africæ, Numidiæ, et Mauritaniæ suffragiis fultum, sed longe dissitarum ecclesiarum; per Ægyptum, Asiam, et Europam sparsarum, contessaratione erat firmatum. Canon Apost. 46. dicit. ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον αἱρετικῶν δεξαμένους βάπτισμα, ἢ θυσίαν, καθαιρεῖσθαι προστάσσομεν, τίς γὰρ συμφώνησις χριστῷ πρὸς βελιάρ; ἢ τις μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου; Ita etiam diu ante motam cum Stephano litem decreverant Synodi Iconiensis, et etiam Synadensis patres, quemadmodum discimus a Dionysio Alexandrino, apud Euseb. lib. vii. c. 7. μεμάθηκα καὶ τοῦτο, ὅτι μὴ νῦν οἱ ἐν ἀφρικῇ μόνον τοῦτο παρεισήγαγον, ἀλλὰ καὶ πρὸ πολλοῦ μετὰ τοὺς πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπους, ἐν ταῖς πολυανθρωποτάταις ἐκκλησίαις, καὶ ταῖς συνόδοις τῶν ἀδελφῶν, ἐν ἰκονίῳ καὶ συνάδοις, καὶ παρὰ πολλοῖς τοῦτο ἔδοξεν, ὧν τὰς βουλὰς ἀνατρέπων, εἰς ἔριν καὶ φιλονεικίαν αὐτοὺς ἐμβαλεῖν οὐχ ὑπομένω. οὐ γὰρ μετακινήσεις, φησὶν, ὅρια τοῦ πλησίον σου ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου. De Iconiensi Synodo, eadem fere testatur Firmilianus. *Totum nos jampridem in Iconio, qui Phrygiæ locus est, collecti in unum, convenientibus ex Galatia et Cilicia, et ceteris proximis regionibus, confirmavimus.* Addit porro. *Nos, veritati et consuetudinem jungimus, et consuetudini Romanorum, consuetudinem, sed veritatis opponimus: ab initio hoc tenentes quod a Christo et Apostolis traditum est.* *Nec meminimus hoc apud nos aliquando cœpisse, cum semper illic observatum sit, ut non nisi unum Deum nossemus, et sanctum baptisma*

non nisi ecclesiæ computaremus. Cyprianus Epist. ad Jubaianum ait, *multos jam annos et longam transiisse ætatem ex quo sub Agrippino, bonæ memoriæ viro, convenientes in unum episcopi plurimi hoc statuerint*. Et Epistola ad Quintum; non a decessore, sed *Antecessoribus* suis statutum affirmat. Insuper Tertullianus lib. de Baptismo c. 15. *Unus omnino baptismus est nobis tam ex Domini Evangelio, quam ex Apostoli literis: quoniam unus Dominus, et unum baptisma, et una ecclesia in cœlis. Sed circa hæreticos sane quid custodiendum sit digne quis retractet. Ad nos enim editum est: hæretici autem nullum habent consortium nostræ disciplinæ, quos extraneos utique testatur ipsa ademtio communicationis. Non debeo in illis cognoscere quod mihi est præceptum, quia non idem Deus est nobis et illis; nec unus Christus, id est, idem. Ideoque nec baptismus unus, quia non idem; quem cum rite non habeant, sine dubio non habent; nec capit numerari quod non habetur. Ita nec possunt accipere, quia non habent*. Pariter in lib. de Præscript. *Nemo inde strui potest, unde destruitur: nemo ab eo illuminatur, a quo contenebratur*. Si ad Concilii Nicæni tempora descendamus, apparebit, synodi istius Patres, contra quod plurimi contendunt, litem hanc minime diremisse. Dicit quidem Hieronymus in Dialogo contra Luciferianos. Quod *Nicæna synodus omnes hæreticos suscepit, exceptis Pauli Samosateni discipulis*. Magis tamen caute agit Augustin. qui licet suam de baptismo sententiam, *plenario totius orbis concilio, remotis dubitationibus firmatam*; ac *plenarii concilii sincerum et eliquatum esse placitum, totiusque orbis catholici consensum*; porro *jam in ipsa totius mundi unitate discussum, consideratum, perfectum, atque firmatum*: tamen, quod annotant Lovanienses, *nusquam neque nomen, neque locum concilii Augustinus expressit*. Credetne aliquis Nicænos patres statuisse ut a quacunque hæresi ad ecclesiam venientes, exceptis Pauli Samosateni asseclis, sine iterato baptismo admitterentur? Nimirum Marcionitas, Valentinianos, Ebionitas, Carpocratianos, Manichæos, et reliquam lernam potiore loco habitos, præ Samosateni sequacibus. Pace Balsamonis inducor ut credam, non perinde esse si *παυλιανισαὶ* aut *παυλικιανοὶ*, aut *παυλιανίσαντες* dicantur; sed ultimam hanc vocem prædictos patres elegisse, ut omnes hæreticos, Pauli in morem ab orthodoxa fide quoquo modo errantes, comprehenderent. *περὶ τῶν παυλιανισάντων εἶτα προσφυγόντων τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ ὅρος ἐκτέθειται, ἀναβαπτίζεσθαι αὐτοὺς ἐξάπαντος*. Quibus verbis diserte dicitur, qui sint per ecclesiæ repetitum baptisma

admittendi; sed ut alii sine baptismo admitterentur, altum est silentium. Zonaras de Concilio nostro Carthaginiensi hoc unum adnotat; quod ejus sententiæ ex parte sit derogatum; siquidem ὅτε ἐπὶ αἱρετικοῖς ἐκράτησαν πᾶσιν, ὅτε ἐπὶ τοῖς σχισματικοῖς. Et in hujus assertionis probationem affert, non Concilium Nicænum, sed Constantinopolitanum primum. Certe qui post Concilium Nicænum variis in locis scripserunt Patres, quique venerandi istius consessus decreta, nec ignorasse censendi sunt, nec contemsisse; placitum hoc minime *eliquatum, discussum, consideratum, perfectum atque firmatum* credidere. Optatus Milevitanus, Parmeniano Donatistæ, orthodoxos quasi omnium hæreticorum sacramenta ratificantes ridenti, respondens diserte ait; apud ipsos *non esse sacramenta, aquam illis esse mendacem*. et lib. iv. et v. docet generatim apud Hæreticos *nulla esse sacramenta.* Unde Albaspinæus hoc scholion apponit. *Ego ex hoc et aliis multis locis conjicio, quod Optatus non existimat hæreticos posse baptizare.* In hac ipsa sententia fuit Magnus Basilius, qui Can. 1. de Hæreticis in genere dicit, τούτοις δὲ δῆλον ὅτι ἄνευ βαπτίσματος ἡ ἐκκλησία οὐ παραδέχεται, et Can. 20. Encratitas, Saccophoros, et Apotactitas recensens, summatim ait, ἡμεῖς μέν τοι ἑνὶ λόγῳ ἀναβαπτίζομεν τοὺς τοιούτους. et Can. 47. οὐ δεχόμεθα οὖν αὐτοὺς εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἐὰν μὴ βαπτισθῶσιν εἰς τὸ ἡμέτερον βάπτισμα. Succenturiatur istis Cyrillus Hierosolymitanus, qui in præfatione ait, εἷς κύριος, καὶ μία πίστις, καὶ ἓν βάπτισμα, μόνον γὰρ οἱ αἱρετικοὶ ἀναβαπτίζονται, ἐπειδὴ τὸ πρότερον οὐκ ἦν βάπτισμα. Athanas. Orat. 3. contra Arianos, de eorum baptismo dicit, πῶς οὐ παντελῶς κενὸν καὶ ἀλυσιτελὲς τὸ παρ᾽ αὐτοῖς διδόμενόν ἐστι, προσποίησιν μὲν ἔχον, τῇ δὲ ἀληθείᾳ μηδὲν ἔχον πρὸς εὐσέβειαν βοήθημα; Et si prætexatur eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti baptizare, reponit ὥσπερ δὲ ἄλλο ἐστὶ κτίσμα παρὰ τὸν υἱὸν, οὕτως ἄλλο ἂν εἴη τῆς ἀληθείας τὸ παρ᾽ αὐτῶν νομιζόμενον δίδοσθαι, κἂν τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, διὰ τὸ γεγραμμένον, ὀνομάζειν προσποιῶνται. Ait porro, πολλαὶ γοῦν καὶ ἄλλαι αἱρέσεις λέγουσι τὰ ὀνόματα μόνον, μὴ φρονοῦσαι δὲ ὀρθῶς, ὡς εἴρηται, μηδὲ τὴν πίστιν ὑγιαίνουσαν ἔχουσαι, ἀλυσιτελὲς ἔχουσι καὶ παρ᾽ αὐτῶν διδόμενον ὕδωρ λειπόμενον εὐσεβείᾳ, ὥστε καὶ τὸν ῥαντιζόμενον παρ᾽ αὐτῶν ῥυπαίνεσθαι μᾶλλον ἐν ἀσεβείᾳ, ἢ λυτροῦσθαι. Et inter eos qui integram baptismatis formulam servant, recenset Manichæos, Phrygas, ac Paulianistas. Adeo nondum invaluit concilii Arelatensis I. decretum, cui Augustinus se addixit. *Si quis ab hæresi venerit, interrogent eum Symbolum, et si perviderint eum in Patre et Filio, et Sp. Sancto esse baptizatum, manus ei tantum imponatur,* &c. Concilium

quidem Constantinopolitanum canone 7. hac ex parte Arianis gratiam fecit, nec non Macedonianis, Sabbatianis, Novatianis, Quartadecimanis et Apollinaristis; ut Chrismate solum adhibito in ecclesiam admitterentur: sed ex adverso, ab iis decretum, quod Eunomianos, Montanistas, Sabellianos, *κ̀ τὰς ἄλλας πάσας αἱρέσεις, πάντας τὲς ὑπ' αὐτῶν θέλοντας προςίθεσθαι τῇ ὀρθοδοξίᾳ, ὡς ἕλληνας δεχόμεθα, καὶ τὴν πρώτην ἡμέραν ποιῦμεν αὐτὲς χριςιανὲς, τὴν δὲ δευτέραν κατηχεμένους, εἶτε τῇ τρίτῃ ἐξορκίζομεν μὲν αὐτὲς, μετὰ τȣ̃ ἐμφυσᾷν τρίτον εἰς τὸ πρόσωπον, κ̀ εἰς τὰ ὦτα. κ̀ ὕτως κατηχȣ̃μεν αὐτὲς, κ̀ ποιȣ̃μεν χρονίζειν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, κ̀ ἀκροᾶσθαι τῶν γραφῶν, κ̀ τότε αὐτὲς βαπτίζομεν.* Utrum ex paritatis ratione, qui non gravius errarunt Arianis, Macedonianis, reliquisque enumeratis hæreticis, canonis hujus virtute per Chrisma in ecclesiam sint admittendi, non obstantibus verbis illis generatim perstringentibus *τὰς ἄλλας πάσας αἱρέσεις*, minime dixerim: certe Balsamon in locum, credidit *ὅτι πάντες οἱ βαπτιζόμενοι εἰς μίαν κατάδυσιν, πάλιν βαπτίζονται.* Quanquam non ita multo post, Gregorius M. trinam mersionem ex Hispania proscripsit, dicens lib. 1. Epist. 41. *Ne dum quod faciebant, faciunt; nostrum se morem vicisse glorientur.* Quæ ejus sententia, a quarta Toletana Synodo confirmata erat. Ubi decretum, *Simplam teneamus baptismi mersionem.* Agnosco gravem et diuturnam de hæreticorum baptismo controversiam, egregiis D. Augustini scriptis feliciter tandem aliquando discussam, et, ut ejus verbo utar, *eliquatam*; cujus invictis rationibus cessit, qua patet Christianus orbis; et unam fidem saltem de baptismo habuit, quod et unicum agnovit semper, donec hoc nostro seculo Anabaptistarum furores; non ecclesiarum modo, sed etiam gravissimo rerumpublicarum damno recruduerunt. Promtum est dicere, Canone 8. Concilii Nicæni decretum; *περὶ τῶν ὀνομαζόντων μὲν αὐτὲς καθαρὲς ποτε, προσερχομένων δὲ τῇ καθολικῇ κ̀ ἀποςολικῇ ἐκκλησίᾳ ὥςε χειροθετȣμένους αὐτὲς, μένειν ὕτως ἐν τῷ κλήρῳ.* Nimirum ut Novatiani non tantum pro Christianis, sed etiam, si ad clerum admissi, pro clericis habeantur. Novatianis quidem eo promtior venia, quia, ut ait Balsamon, *περὶ τὴν πίςιν μὴ σφαλλόμενοι, ἀλλ' ὡς ἀσυμπαθεῖς κατακρινόμενοι.* Sed si perpendantur quæ canonibus sequentibus, scil. nono et decimo habentur, scil. quod graviorum criminum rei, aut etiam lapsi, si ad sacros ordines promoveri contingat, *τȣ́τους ὁ κανὼν ȣ̓ προσίεται*, et *γνωσθέντες καθαιροῦνται*, suspicabitur hos tres canones, non de admissione in ecclesiam quidquam statuere; sed de gradu ecclesiastico suscepto; aut retinendo, aut amittendo præscribere;

nimirum ut ordines, sive per surreptionem, sive alias collati hominibus olim Novatianarum partium, καθαροῖς ποτὲ, rati habeantur: criminum vero graviorum, aut Apostasiæ compertis concessi; prorsus irriti æstimentur. Sed nihil statuo. Unum observare liceat. D. Augustinum qui in baptismi negotio Cypriani auctoritate plurimum premebatur, causæ suæ adversus tam grave præjudicium, unicum fere præsidium petivisse, quod diceret, nihil ab ecclesia eo usque definitum, et proinde Cypriani errorem qui decessorum placitis et decretis mordicus insistebat, extra noxam fuisse: præsertim cum neminem condemnaret qui alibi gentium agens, ubi canones isti non obtinuerant, ecclesiæ suæ moribus uteretur. FELLUS. Post lecta egregia ista, addas ea utiliter, quæ Pearsonius de Afris eadem sententia perstantibus posuit in *Annal. Cyprian.* ad an. 257. sect. ii. et iii. De hæreticorum autem baptismo aliquot alia præterea supra, cum ad initium CONCIL. CARTHAG. V. et hujus ipsius Synodi, tum alibi, annotata sunt.

Cæterum cl. Marshallus, Cypriani interpres, qui de Septimo hoc Cyprianico Concilio eruditam *Dissertationem Cypriano suo* adjecit, inter alia multa hæc duo probare pluribus argumentis aggressus est. Primum ab eo hoc monitum est, quod et cl. Maranus in *Præfatione ad S. Cypriani Op.* ostendit p. xiii. et xiv. inter omnes utcunque de veritate baptismi hæreticorum disputantes consensum fuisse, baptismum illum nullum habere salutis effectum, donec confirmatus fuerit auctoritate ecclesiæ atque episcopi super revertentes ad ecclesiam. Deinde, Cyprianum et demum omnes judicavisse, disciplinæ magis quam fidei rem controversam esse; atque ita ecclesiæ licitum esse ex dispensandi jure suo baptismos istiusmodi vel irritos vel firmatos habere; quanquam multum inter se discrepaverint veteres illi de eo quod ab ecclesia fieri oporteret. Ad posterius hoc quod attinet, an istæc quæstio ad disciplinam magis quam ad fidem pertinere olim censeretur, alii viri doctissimi recte dubitarunt; etsi non ita a se invicem violari fidem alterutra pars putaverit, ut hæreticos esse adversarios judicaret. Vide inter alios Joannem Placette V. D. in *Observatt. Historico-Eccles.* p. 102—114. Disertim quidem ait Augustinus lib. v. *de Baptismo* cap. 25. *vicisse pacem Christi in cordibus eorum* (Stephani et Cypriani), *ut in tali disceptatione nullum inter eos malum schismatis oriretur.* At interea Placettio visum est Stephanum re ipsa excommunicasse dissentientes; quod quidem verisimile facit locus Firmiliani supra adductus ad pag. 152. Tem-

pore tamen Xysti, successoris Stephani, quem *bonum et pacificum sacerdotem* Pontius Cypriani diaconus in *Vita* magistri sui appellat, et cujus martyrium ipse commemorat in epistola 82. al. 80. Cyprianus, lites istæ consopitæ fuisse videntur. Sed hæc hactenus. Constat utique patrocinatum esse præsulem Romanum veteri saltem occidentalium consuetudini, non modo traditionis, quam apostolicam esse credidit, conservandæ causa, sed etiam metu rebaptizandi seu frustra iterandi baptismum, quem οἱ ὁμόφρονες Stephano *unum* esse aiebant secundum sacras literas, quod refert Cyprianus in *Epistola ad Quintum*. p. 126. aliique nonnulli loci ostendunt. At utinam Stephanus in re, ut cum Augustino loquar, a tota ecclesia nondum decisa, similiter atque eadem de re agere secum statuit S. Dionysius Alexandrinus in epistola, quam supra ad p. 173. affert Fellus, ad Philemonem Romanum scripta, magnas et frequentissimas ecclesias εἰς ἔριν καὶ φιλονεικίαν ἐμβαλεῖν non sustinuisset.

P. 107. l. 2. epistola quæ ad Jubaianum] Græci pro epistola ad Jubaianum, illam ad Januarium supposuere, et tanquam canonem concilii hujus, eam totam inserebant suis codicibus. Ita dicunt, synodum hanc πασῶν τῶν συνόδων προγενεστέραν, et celebratam ἐπὶ Δεκίου βασιλέως. Porro Novatum presbyterum Romanum, Novatianæ hæresi originem atque nomen dedisse. Ita errorem errori cumulant, inter alios, Balsamon et Zonaras; et solenne est Orientalibus fere universis, in rebus Occidentalium perpetuo hallucinari. Fellus. De nomine quidem hæresiarchæ Romani, nam Novatum presbyterum Carthaginiensem Græci haud cogitabant, utrum fuerit *Novatus*, an potius *Novatianus*, dictum supra est ad S. Cornelii Epistolas p. 19. Cæterum epistola illa ad Januarium ad Concil. v. Carthaginiense pertinet, quæ, cum nomine concilii scripta fuerit, a me supra allata est.

Ibid. l. 4. adversarios Christi] Addidit particulam *et* ante *adversarios* ex suis fortasse sumptam codicibus Baluzius, sed *cæteras editiones*, *Augustinum*, *Græcam*que *Interpretationem*, hic quidem magis sequendas esse duxi.

Ibid. l. 7. christiani.] Zonaræ Scholium ad Græcam Concilii Interpretationem. Αὗται μὲν οὖν αἱ γνῶμαι τῶν ἐν τῇ συνόδῳ ταύτῃ συνελθόντων πατέρων τῷ μεγάλῳ Κυπριανῷ· ἀλλ᾽ οὔτε ἐπὶ τοῖς αἱρετικοῖς ἐκράτησαν πᾶσιν, οὔτε ἐπὶ τοῖς σχισματικοῖς. ἡ γὰρ δευτέρα οἰκουμενικὴ σύνοδος, (Augustini *plenarium illud*, ut videtur, *totius orbis concilium*.) ὡς ἤδη εἴρηται, ὑπεξεῖλε τινας τῶν αἱρε-

τικῶν, καὶ ἄνευ βαπτίσματος δέχεσθαι τούτους θεσπίσασα, χριομένους μόνον τῷ θείῳ μύρῳ, καὶ ἀναθεματίζοντας τὴν οἰκείαν αἵρεσιν ἕκαστον, καὶ πάσας ἁπλῶς. καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐξηγήθησαν αἱ γνῶμαι αὗται, ὡς μὴ ἀναγκαῖαι, οἷα μηδὲν ἐνεργοῦσαι, ἀλλὰ κατὰ σύνοψιν ἐγράφησαν.

DIONYSIUS ROMANUS.

DIONYSIUS ROMANUS.

GUL. CAVIUS *Hist. Lit.* tom. i. p. 133.

DIONYSIUS, origine, ut ferunt, Græcus, λόγιός τε καὶ θαυμάσιος ἀνὴρ, teste Dionysio Alexandrino (ap. Euseb. lib. vii. cap. 7.) ecclesiæ Romanæ presbyter, ac deinde ab anno 259 episcopus; sedem istam tenuit usque ad exeuntem annum 269. Dionysio Alexandrino hæreticarum opinionum ab episcopis quibusdam Pentapolitanis apud eum Romæ accusato synodum coegit, scriptaque suo ac synodi nomine Epistola Dionysium erroris admissi certiorem fecit, utque semetipsum eo crimine purgaret, amice admonuit: et Sabellii dogmata confutat. Extat fragmentum apud Athanas. de Decretis Synodi Nicænæ. Hæc CAVIUS; deficiente in hac quidem parte S. Hieronymo, qui inter Scriptores suos haud Dionysium posuit. Quem porro adduxit tanquam idoneum auctorem Athanasius fideique optimum magistrum, eundem S. Basilius M. postquam *epistolam ejus ad Cappadocas* memoravit, hoc præconio auxit, Διονύσιον ἐκεῖνον, τὸν μακαριώτατον ἐπίσκοπον, παρ' ὑμῖν ἐπί τε ὀρθότητι πίστεως καὶ τῇ λοιπῇ ἀρετῇ διαπρέψαντα. Epist. 70. olim 220. p. 164. ed. Benedictin. Interea Fragmentum apud Athanasium fortasse particula non est epistolæ Dionysii ad Cognominem.

FRAGMENTUM DIONYSII,

PAULO POST MEDIUM SÆCULUM TERTIUM URBIS ROMÆ EPISCOPI.

Ex Epistola, seu Opere, adversus Sabellianos.

Ἑξῆς δ᾽ ἂν εἰκότως λέγοιμι καὶ πρὸς τοὺς διαιροῦντας καὶ κατατέμνοντας καὶ ἀναιροῦντας τὸ σεμνότατον κήρυγμα τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, τὴν μοναρχίαν, εἰς τρεῖς δυνάμεις τινὰς καὶ μεμερισμένας ὑποστάσεις καὶ θεότητας τρεῖς. πέπυσμαι γὰρ εἶναί τινας τῶν παρ᾽ ὑμῖν κατηχούντων καὶ διδασκόντων τὸν θεῖον λόγον, ταύτης ὑφηγητὰς τῆς φρονήσεως· οἳ κατὰ διάμετρον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀντίκεινται τῇ Σαβελλίου γνώμῃ. ὁ μὲν γὰρ βλασφημεῖ, αὐτὸν τὸν υἱὸν εἶναι λέγων τὸν πατέρα, καὶ ἔμπαλιν· οἱ δὲ τρεῖς Θεοὺς τρόπον τινὰ κηρύττουσιν, εἰς τρεῖς ὑποστάσεις ξένας ἀλλήλων, παντάπασι κεχωρισμένας, διαιροῦντες τὴν ἁγίαν μονάδα. ἡνῶσθαι γὰρ ἀνάγκη τῷ Θεῷ τῶν ὅλων τὸν Θεῖον λόγον· ἐμφι-

Jam vero æquum fuerit disputare contra eos quoque, qui monarchiam, quæ augustissima est ecclesiæ Dei prædicatio, in tres quasdam virtutes ac separatas hypostases tresque deitates dividentes ac discindentes destruunt. Audivi enim quosdam, qui apud vos divinum verbum prædicant et docent, hujus opinionis magistros esse, qui quidem e diametro, ut ita loquar, Sabellii opinioni adversantur. Hic enim blasphemat, ipsum Filium dicens esse Patrem, et vicissim: illi vero tres Deos quodam modo prædicant, dum sanctam unitatem in tres diversas hypostases ab invicem omnino separatas dividunt. Necesse est enim divinum Verbum Deo universorum

λοχωρεῖν δὲ τῷ Θεῷ καὶ ἐνδιαιτᾶσθαι δεῖ τὸ ἅγιον Πνεῦμα· ἤδη καὶ τὴν Θείαν Τριάδα εἰς ἕνα, ὥσπερ εἰς κορυφήν τινα (τὸν Θεὸν τῶν ὅλων τὸν παντοκράτορα λέγω) συγκεφαλαιοῦσθαί τε καὶ συνάγεσθαι πᾶσα ἀνάγκη. Μαρκίωνος γὰρ τοῦ ματαιόφρονος δίδαγμα, εἰς τρεῖς ἀρχὰς τῆς μοναρχίας τομὴν καὶ διαίρεσιν (for. τομὴ καὶ διαίρεσις, et verbum ἐστὶ post δίδαγμα subaud.), παίδευμα ὂν διαβολικόν, οὐχὶ δὲ τῶν ὄντως μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἀρεσκομένων τοῖς τοῦ Σωτῆρος μαθήμασιν. οὗτοι γὰρ Τριάδα μὲν κηρυττομένην ὑπὸ τῆς Θείας γραφῆς σαφῶς ἐπίστανται, τρεῖς δὲ Θεοὺς οὔτε παλαιὰν οὔτε καινὴν διαθήκην κηρύττουσαν.

Οὐ μεῖον δ' ἄν τις καταμέμφοιτο καὶ τοὺς ποίημα τὸν υἱὸν εἶναι δοξάζοντας, καὶ γεγονέναι τὸν Κύριον, ὥσπερ ἕν τι ὄντως γενομένων, νομίζοντας· τῶν θείων λογίων γέννησιν αὐτῷ τὴν ἁρμόττουσαν καὶ πρέπουσαν, ἀλλ' οὐχὶ πλάσιν τινὰ καὶ ποίησιν προσμαρτυρούντων. βλάσφημον οὖν οὐ τὸ τυχόν, μέγιστον μὲν οὖν, χειροποίητον τρόπον τινὰ λέγειν τὸν Κύριον.

esse unitum, et Spiritum Sanctum in Deo manere et inhabitare: adeoque divinam Trinitatem in unum, quasi in quemdam verticem, hoc est in Deum universorum omnipotentem reduci atque colligi. Insipientis enim Marcionis doctrina, quæ in tria principia monarchiam secat et dividit, diabolica sane est, non autem verorum Christi discipulorum, vel eorum quibus Salvatoris disciplina placet. Hi enim probe norunt Trinitatem quidem in divina Scriptura prædicari, tres autem esse Deos neque in veteri neque in novo Testamento doceri.

Sed neque minus culpandi sunt, qui Filium opus esse existimant, et Dominum factum esse, sicut unum eorum quæ vere facta sunt, arbitrantur: cum illum genitum esse, ut congruit ac decet, non conditum aut factum, divina eloquia testentur. Non levis igitur, sed maxima est impietas, Dominum aliquo modo manufac-

εἰ γὰρ γέγονεν υἱὸς, ἦν ὅτε οὐκ ἦν· ἀεὶ δὲ ἦν, εἴ γε [a] ἐν τῷ πατρί ἐστιν, ὡς αὐτός φησι. καὶ εἰ λόγος καὶ σοφία καὶ δύναμις ὁ Χριστός· (ταῦτα γὰρ εἶναι τὸν Χριστὸν αἱ θεῖαι λέγουσι γραφαὶ, ὥσπερ ἐπίστασθε)· ταῦτα δὲ δυνάμεις οὖσαι τοῦ Θεοῦ τυγχάνουσιν· εἰ τοίνυν γέγονεν ὁ υἱὸς, ἦν ὅτε οὐκ ἦν ταῦτα. ἦν ἄρα καιρὸς, ὅτε χωρὶς τούτων ἦν ὁ Θεός· ἀτοπώτατον δὲ τοῦτο. καὶ τί ἂν ἐπὶ πλέον περὶ τούτων πρὸς ὑμᾶς διαλεγοίμην, πρὸς ἄνδρας πνευματοφόρους καὶ σαφῶς ἐπισταμένους τὰς ἀτοπίας τὰς ἐκ τοῦ ποίημα λέγειν τὸν υἱὸν ἀνακυπτούσας; αἷς μοι δοκοῦσι μὴ προσεσχηκέναι τὸν νοῦν οἱ καθηγησάμενοι τῆς δόξης ταύτης, καὶ διὰ τοῦτο κομιδῆ τοῦ ἀληθοῦς διημαρτηκέναι, ἑτέρως ἢ βούλεται ταύτῃ (for. αὐτὴ) ἡ θεία καὶ προφητικὴ γραφὴ, τὸ, [b] Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, ἐκδεξάμενοι. οὐ μία γὰρ ἡ τοῦ Ἔκτισεν, ὡς ἴστε σημασία· Ἔκτισε γὰρ ἐνταῦθα ἀκουστέον, ἀντὶ τοῦ ἐπέστησε τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γεγονόσιν ἔργοις, γεγονόσι

tum dicere. Nam si factus est filius, erat tempus quando non erat: atqui fuit semper, si utique est, ut ipse declarat, in Patre. Et si Christus verbum, sapientia et virtus est; hæc enim Christum esse divinæ docent litteræ, ut ipsi nostis; hæc sane virtutes Dei sunt. Quocirca si factus est Filius; fuit tempus quando hæc non erant; adeoque fuit tempus, quo sine his erat Deus: quod perabsurdum est. Sed quid pluribus de his apud vos disseram, viros Spiritu plenos, et apprime intelligentes quæ sequuntur absurda ex illa sententia, quæ Filium factum asserit? Ad hæc minime attendisse mihi videntur opinionis hujus duces; et idcirco a veritate prorsus aberrasse, qui aliter, quam quod sibi vult divina et prophetica Scriptura, explicant illud, *Dominus creavit me principium viarum suarum.* Non enim una est, ut scitis, verbi *creavit* significatio. Nam hoc in loco *creavit* idem est, quod præfecit operibus ab ipso factis, factis, inquam, per ipsum

[a] Joan. xiv. 11.

[b] Prov. viii. 22.

δὲ δι' αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ· οὐχὶ δέ γε τὸ ἔκτισε νῦν λέγοιτ' ἂν ἐπὶ τοῦ ἐποίησε· διαφέρει γὰρ τοῦ ποιῆσαι τὸ κτίσαι. [c] Οὐκ αὐτὸς οὗτός σου πατὴρ ἐκτήσατό σε, καὶ ἐποίησέ σε καὶ ἔκτισέ σε; τῇ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ μεγάλῃ ᾠδῇ ὁ Μωσῆς φησι. πρὸς οὓς καὶ εἴποι ἄν τις· ὦ ῥιψοκίνδυνοι ἄνθρωποι· ποίημα [d] ὁ πρωτότοκος πάσης κτίσεως, [e] ὁ ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου γεννηθείς, ὁ εἰπὼν ὡς σοφία, [f] Πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με; καὶ πολλαχοῦ δὲ τῶν θείων λογίων γεγεννῆσθαι, ἀλλ' οὐ γεγονέναι τὸν υἱὸν λεγόμενον εὕροι τις ἄν. ὑφ' ὧν καταφανῶς ἐλέγχονται τὰ ψευδῆ περὶ τῆς τοῦ Κυρίου γεννήσεως ὑπολαμβάνοντες, οἱ ποίησιν, αὐτοῦ τὴν θείαν καὶ ἄρρητον γέννησιν λέγειν τολμῶντες.

Οὔτ' οὖν καταμερίζειν χρὴ εἰς τρεῖς Θεότητας τὴν θαυμαστὴν καὶ θείαν Μονάδα· οὔτε ποιήσει κωλύειν (for. κολούειν) τὸ ἀξίωμα καὶ τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τοῦ Κυρίου· ἀλλὰ πεπιστευκέναι, εἰς Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, καὶ εἰς Χρι-

Filium. At hic *creavit* non perinde intelligendum est, atque *fecit*. Facere enim et creare inter se differunt. *Nonne ipse ille pater tuus possedit te, et fecit te, et creavit te?* ait Moyses in magno Deuteronomii carmine. Sic etiam illos recte quis possit coarguere: O præcipites temerariique homines! ergone facta res est *primogenitus omnis creaturæ, ex utero ante luciferum genitus,* qui ut sapientia dicit, *Ante omnes colles gignit me?* Denique multis in locis divinorum eloquiorum eum genitum dici, at nusquam factum filium, quis legerit. Ex quibus aperte convincuntur falsa de Domini generatione opinari, qui divinam atque inexplicabilem ejus generationem factionem audent dicere.

Neque igitur admirabilis et divina unitas in tres divinitates est separanda, neque factionis vocabulo dignitas ac summa magnitudo Domini est diminuenda: sed credendum est in Deum Patrem omnipotentem,

[c] Deut. xxxii. 6. [d] Coloss. i. 15. [e] Psal. cix. iii. [f] Prov. viii. 26.

στὸν Ἰησοῦν τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα· ἡνῶσθαι δὲ τῷ Θεῷ τῶν ὅλων τὸν Λόγον· [g] ἐγὼ γὰρ, φησι, καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· [h] καὶ ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. οὕτω γὰρ ἂν καὶ ἡ θεία Τριὰς, καὶ τὸ ἅγιον κήρυγμα τῆς μοναρχίας διασώζοιτο. Extant hæc apud S. Athanasium *Epistola de Decretis Nicænæ Synodi*. cap. xxvi. p. 231. ed. Benedictin.

et in Christum Jesum ejus filium, et in Spiritum Sanctum: Verbum autem Deo universorum esse unitum. Quippe *ego*, inquit, *et Pater unum sumus:* et, *Ego in Patre, et Pater in me est.* Ita scilicet divina Trinitas et sancta monarchiæ prædicatio integra servabitur.

[g] Joan. x. 30.

[h] Joan. xiv. 10.

ANNOTATIONES

IN DIONYSII ROM. FRAGMENTUM.

P. 179. l. 1. DIONYSII] Cum narrasset Eusebius ex epistola Dionysii Alexandrini ad cognominem Romanum, lib. vii. *Hist. Eccl.* cap. 8. ipsum hunc Romanum testimonio Alexandrini præsulis *eruditissimum planeque admirandum virum* fuisse, Petrus Coustantius, qui in *Romanorum Epistolis Pontificum* fragmentum, quod sequitur, Dionysianum posuit, hæc insuper adnotavit. "Eruditionis singularis laudem, quam Eusebius Dionysii Alexandrini "testimonio fultus Dionysio nostro attribuit, vel quod ex "ejus scriptis superest fragmentum, illi satis superque "conciliat. In eo dum Sabelliana profligare studet com-"menta, simul et Arii et Tritheitarum placita prævertit "atque pervertit, ac Nicænæ synodo, quam postea seque-"retur ceterisque sequendam decerneret fidem, præmon-"stravit." P. 271. Sed hoc loco minime omittenda sunt, quæ idem congessit Coustantius ad originem hujusce scripti pertinentia; sequitur ergo

PETRI COUSTANTII NOTITIA EPISTOLARUM DIONYSII ROMANI.

"*Dionysius Alexandrinus antistes, ubi apud Ptolemaïdem Pentapoleos urbem exortam audivit Sabellii hæresim,* "*quæ sanctæ Trinitatis personas confundebat, de hac Xystum papam certiorem facere, et quasdam ea de causa epi-*"*stolas a se conscriptas ei mittere festinavit. Teste autem* "*Eusebio, a Dionysio Alexandrino* epistolæ contra Sabel-"lium scriptæ sunt ad Ammonem Berenicensem (*in Pentapoli*) episcopum, una ad Telesphorum, ad Euphrano-"rem altera, et alia rursus ad Ammonem et Euporum. "*Nominatim vero epistolis ejus ad Ammonem et Euphra-*"*norem nonnulli moti, illum ad Romanum pontificem detu-*

" *lerunt. Dionysius vero Romanus rem satis gravem duxit,* " *ut Alexandrinum, prius concilio habito, commonere non* " *differret.*

" *Epistolæ illius causam et occasionem Athanasius in* " *epistola de sententia Dionysii n.* 13. *exponit in hunc* " *modum:* Cum Dionysius Alexandrinus contra Sabellii " hæresim ad Ammonem et Euphranorem studio religio- " nis permotus scripsisset, quidam ex ecclesia fratres, " sanæ quidem doctrinæ homines, non sciscitati tamen " eum (*Dionysium Alex.*) qua de causa ita scripsisset, " Romam se contulere, illumque apud cognominem Dio- " nysium Romanum episcopum accusarunt, *quod nimi-* " *rum, ut et Athanasius ibid. n.* 4. *prodit, in prædicta* " *epistola n.* 4. *dixisset,* opus et rem factam esse Filium " Dei, non natura proprium, sed alienum a Patre secun- " dum substantiam, qualis est agricola a vite, et faber a " scapha: etenim cum sit res facta; non erat antequam " fieret. Quibus auditis, *inquit Athanasius n.* 13. Diony- " sius Romæ episcopus scripsit et contra Sabellii secta- " tores, et contra eos qui ejus essent sententiæ, (*cujus Dio-* " *nysius Alexandrinus assertor putabatur, et*) ob quam " Arius postea ab ecclesia ejectus est. Scripsit quoque ad " Dionysium (*Alexandrinum*) litteras, ut explanaret ea de " quibus ab illis (*fratribus supra memoratis*) accusatus " fuerat. *De iisdem litteris idem Athanasius lib. de Sy-* " *nodis n.* 43. *hæc memoriæ commendavit:* cum autem " quidam ad Romanum episcopum de Alexandrino detu- " lissent, quod Filium rem factam et Patri non consub- " stantialem affirmaret, Romana synodus rem indigne " tulit; Romanus autem episcopus scriptis ad cognomi- " nem suum litteris omnium (*ea de re*) sententiam notam " ei fecit." Hæc Coustantius.

Ille autem purgandi sui causa, pergit scribere Athanasius, τὸ βίβλιον ἐπιγράφει ἐλέγχου καὶ ἀπολογίας, de quo plura scripseram ad ejus libri reliquias, priusquam omnia Dionysii Alex. fragmenta separatim edita Romæ esse novissem. Hic tamen adnotare velim, mihi olim id certum visum esse post lecta non tantum illa apologetica, sed etiam omnia Dionysiana ejusdem argumenti scripta, Dionysium, qui dubio procul cum Sabellio illo haud sensit, quem tam ardenter oppugnabat, contra a partibus non stetisse Arii, quippe cum Christum ὁμοούσιον Deo patri esse in hoc opere suo περὶ Ἐλέγχου καὶ Ἀπολογίας confiteretur; nec denique Paulo Samosateno, *humiliter et abjecte de Christo sentienti,* (Eusebii verba sunt lib. vii. *Hist.* c. 27.) favisse, quum Paulum tam aperte neglexerit,

atque contemptui habuerit. Concilium autem in causa Dionysii Romanum habitum est anno Christi 260. ut magis placet Basnagiò in *Annal.* tom. ii. p. 400. De cognitione vero, quam instituerunt Romani, ita scribit Is. Casaubonus in opusculo vere aureo *De Libertate Ecclesiastica* appellato, ubi de jure τῆς καθόλε ἐπισκοπῆς agitur, " quo jure (ait ille) hoc sibi interdum antistites illorum " temporum sumebant, ut si quis episcopus in alia pro- " vincia male sentire de fide diceretur, accusationem ejus- " modi non plane rejicerent, sed pertinere ad se cum " maxime putarent: idcirco Dionysius Romanus Pontifex, " quum a Pentapolitanis accepisset, Dionysium Alexan- " driæ episcopum de natura Christi perperam sentire ac " scribere; delationem hanc, licet falsam et calumniosam, " ut exitus probavit, non neglexit; sed veræ doctrinæ " patrocinium simul suscepit, ac falsam scripto confuta- " vit: et cum eo qui fuerat delatus per literas egit: auctor " Athanasius (in lib. *De Sententia Dionysii,* et alibi)." Hæc vir magnus cap. iii. §. iv. p. 186. edit. an. 1607. Ad alios præter præsulem Romanum mittere apologias super eadem re coactùs est Dionysius; nam ex eodem Athanasii libro num. xix. p. 256. ed. Benedictin. liquet, scripsisse illum nonnullas epistolas, quibus similes criminationes adversariorum fuerint dilutæ, antequam celebrem epistolam Ἐλέγχε καὶ Ἀπολογίας ad Romanum Dionysium dedisset. Ipsarum tamen nunc deperditarum una fortassis erat illa, quam memorat conscripsisse se ad eundem Romanum præsulem ipse quoque episcopus Alexandrinus in fragmentis illius epistolæ sive apologiæ, num. xviii. p. 255. vel infra ad pag. 196. Cæterum Gallandius in tomo iii. *Biblioth. Patrum* suæ hoc Dionysii Romani fragmentum, una cum Coustantii notitia animadversionibusque pariter ac Montfauconi notulis, reposuit; quod mihi constitit post opus peractum meum.

P. 179. l. 5. Ἑξῆς δ' ἂν εἰκότως &c.] Insigne istud fragmentum debemus Athanasio, a quo in epistola de decretis Nicænæ synodi n. 26. sic laudatur: *Dionysius quoque Romæ episcopus, scribens contra Sabellianos, adversus illos qui talia* . . . (scilicet Verbum factum et creatum esse) *audent dicere, indignatur his verbis.* Ex eo opere excerptum est, quod idem Athanasius epist. de sententia Dion. n. 13. *contra Sabellianos, et eos qui ejus essent sententiæ ob quam Arius ab ecclesia postea ejectus est,* scriptum dicit; quodque ab epistola ejusdem pontificis ad Dionysium Alexandrinum simul missa distinguendum esse hic probabimus. Scriptum istud ab epistola ad Dionysium, quam Athana-

sius exinde memorat, distinguendum esse Baronius censet: alii de hac re dubitant. Sed potior nobis videtur Baronii sententia. Primo enim Athanasius Dionysii Romani contra Sabellianos opus simplici verbo ἔγραψε designat; ac deinde adjicit, ἐπέστειλε δὲ καὶ Διονυσίῳ, ubi particulæ δὲ καὶ distinctum quid notant, verbum ἐπέστειλε *epistolam scripsit* proprie sonat, ac subjecta vox Διονυσίῳ, cui inscripta erat epistola illa indicat. Ipsa etiam decori ratio, immo et æquitas postulabat, ut Romanus Pontifex tantæ sedis antistiti, qualis erat Alexandrinus, tanti meriti tamque arta cum Romanis præsulibus amicitia devincto, qualis erat Dionysius, ea quæ adversus illum dicta fuerant, et quæ de iis esset Romana sententia, privatis litteris, non publico scripto nota faceret. Præterea Dionysius Romanus in opere contra Sabellianos non unum singularem episcopum, sed plures alloquitur. Denique in Dionysium seu Romanum seu Alexandrinum minime convenit subnexi fragmenti exordium, in quo Dionysius Romanus tres deitates a quibusdam induci præfatus, statim adjungit: *Audio enim quosdam, qui divinum verbum apud vos prædicant et docent, hujus opinionis magistros esse.* Non enim is amicum vagis ac generalibus hujusmodi verbis arguebat, sed speciales ipsi mittebat sententias ex scriptis illius excerptas, et ut eas explanaret admonebat. In hoc opere Dionysius Tritheitarum dogma, cui Alexandrinus præsul favere videbatur, ita refellit, ut et Sabellianorum sententiam, quam impugnabat idem antistes, simul confutet. Eaque agendi ratione defensoribus ecclesiæ magno documento fuit, quo contra hæreses ea prudentia sibi decertandum esse scirent, ut et opposita non modo caverent, verum etiam simul debellarent. Fragmenti hujus stilus epistolam sapit, tractatus ac disceptationis fusioris more conscriptam, quales Dionysius Alexandrinus, scribens ad Xystum, fuisse docet epistolas, quas adversus nascentem Sabellii hæresim miserat. Vel ad eas Pentapoleos ecclesias, in quibus orta et propagata erat Sabellii hæresis, vel ad ipsam Alexandrinam, cui præerat Dionysius, vel ad ejus delatores probabiliter missa est. Ad initium pontificatus Dionysii una cum superiore videtur referenda, utpote cui occasionem dedit accusatio, quam litteræ Xysto papæ missæ pepererunt. Coustant. Induxit hoc Dionysii fragmentum præfatus Athanasius istæc in loco, qui supra est a Coustantio indicatus: Ὅτι δὲ οὐ ποίημα οὐδὲ κτίσμα ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀλλὰ ἴδιον τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας γέννημα ἀδιαίρετόν ἐστιν, ὡς ἔγραψεν ἡ μεγάλη σύνοδος, ἰδοὺ καὶ ὁ τῆς Ῥώμης ἐπίσ

πος Διονύσιος γράφων κατὰ τῶν τὰ τᾶ Σαβελλίυ φρονέντων, χετλιάζει κατὰ τῶν ταῦτα τολμώντων λέγειν, καί φησιν ὅτως. 'ΕΞΗΣ δ' ἂν εἰκότως &c. *Quod autem Dei Verbum nec factum nec creatum sit, sed proprius et individuus Patris substantiæ fœtus, ut scripsit magna Synodus, ecce Dionysius quoque Romæ episcopus scribens contra Sabellianos, his verbis adversus illos indignatur qui talia audent dicere;* JAM vero æquum fuerit &c. Sane fere indigna est, quæ hic memoretur suspicio τῆς νοθείας in hanc epistolam a Guillelmo Whistono ex usu vocabulorum τρίας et μόνας, et ἀχώριςον, et ἀδιαίρετον ducta, cui bene opposuit Tertullianum *advs. Praxeam* capp. 3. et 8. atque Origenem, cel. Hickesius in *Narratione de Grabio, et MStis Ejus*, Anglice ab Hickesio conscripta, p. 50. et 67. quæ quidem Narratio *Exemplis Omissionum Whistoni* a Grabio datis præmissa est. Alia porro exempla usus harum vocum Dionysius præbet Alexandrinus in Fragmentis *Epistolæ ad Euphranorem* tum *Epistolæ Quadripartitæ*, cui tamen posteriori operi acre sed irritum bellum intulit idem quoque Whistonus. Vide *Epist. ejus ad Thirlbium* v. cl. p. 9.

P. 179. l. 5. τὲς διαιρᾶντας] Codex Reg. τὲς καταδιαιρᾶντας. MONTFAUCON. Qui deerat in *editis* articulus, fide hujus codicis nixus in textum recepi.

Ibid. l. 7. τὴν μοναρχίαν] Infra habet auctor fine ipso Fragmenti, τὸ ἅγιον κήρυγμα τῆς μοναρχίας. Vocem Τρίας etiam sæculo ecclesiæ secundo Theophilum Antiochenum adhibuisse, notum est. Et ante Theophilum Athenagoras in *Legatione pro Christianis* hæc scripserat; Τίς ὖν ὐκ ἂν ἀπορῆσαι, λεγόντας Θεὸν πατέρα, ϗ υἱὸν Θεὸν, ϗ Πνεῦμα ἅγιον, δεικνύντας αὐτῶν ϗ τὴν ἐν τῇ 'ΕΝΩΣΕΙ δύναμιν, ϗ τὴν ἐν τῇ τάξει ΔΙΑΙΡΕΣΙΝ, ἀκέσας ἀθέες καλεμένες; §. 10. Vid. et horum gemina in §. 11.

Ibid. l. 8. ὑποςάσεις] Dionysius noster hic *cum tota sæcularium schola*, ut Hieronymi ad Damasum epist. x. n. 4. verbis utar, *nihil aliud hypostasim nisi usiam novit,* et cum ecclesia tota sacrilegam trium substantiarum prædicationem, prout *substantia* voci græcæ οὐσία respondet, aversatur. Jam tum tamen in ecclesia, saltem Alexandrina, usu receptum erat, ut ὑποςάσεως vocabulum ad personam significandam assumeretur. Id certe colligitur ex his Origenis in Johan. tract. 2. *Tres personas* (τρεῖς ὑποςάσεις), *Patrem et Filium et Spiritum esse credimus.* Idem et lib. viii. contra Celsum, Patrem et Filium δύο τῇ ὑποςάσει πράγματα affirmat. Ipse Dionysius Alexandr. (in sermone περὶ ἐλέγχε ϗ ἀπολογίας apud *Basil. M. De Spiritu S.* c. 29.

ad quod quidem fragmentum similia his adnotavit Coustantius, de discrimine sensus, quo is opinatus est Dionysium idem illud ὑποστάσεως vocabulum usurpasse.) εἰ τῷ τρεῖς εἶναι τὰς ὑποστάσεις μεμερισμένας λέγουσι, τρεῖς εἰσι, κἂν μὴ θέλωσιν, ἢ τὴν Θείαν τριάδα παντελῶς ἀνελέτωσαν, eodem intellectu dicit. Unde suspicio est id, quod nunc disserit Dionysius Romanus, in Alexandrinum cadere, qui cum in Deo τρεῖς ὑποστάσεις prædicaret, velut trium substantiarum seu essentiarum divinarum triumque deitatum assertor, ac monarchiæ destructor audire cœpit, quoad se ab hac opinione purgaret. Immo Basilius epist. xli. eum antea *usiæ* seu *essentiæ diversitatem* inter divinas personas posuisse docet. Ubi vero Græcos ὑποστάσεως nomine personam intelligere constitit, etiam Latini *substantiæ* vocabulum ad eumdem intellectum accommodare non dubitarunt, ut liquet nominatim de Augustino lib. vii. de Trin. c. 5. n. 9. COUSTANT. At veriora istis, etsi voces οὐσία et φύσις pro ὑποστάσει *persona subsistente*, ut ex Photio supra notavi, vol. ii. p. 495. a veteribus similiter adhiberi consueverunt, de Dionysii Romani sententia scripsit postea cl. Maranus in Præfat. in Tomum Tertium *Op. S. Basilii M.* "S. Basi-"lius in libro de Spiritu Sancto, cap. 29. citat illud Dio-"nysii, εἰ τῷ τρεῖς εἶναι τὰς ὑποστάσεις, &c. Tres ergo hypo-"stases admittit Dionysius Alexandrinus, sed eos refellit, "qui ex eo quod tres sint, divisas esse contendebant, "quasi non una esset in tribus essentia. Atque id qui-"dem accurate observandum, ut perspiciamus quam im-"merito Dionysium Romanum cum Alexandrino pugnare "existiment duo eximii scriptores, Petavius lib. iv. de "Trin. cap. 1. et Pet. Coustant. Epist. Rom. p. 290." (scil. ad Dionysii Al. Fragm. ut jam monui. Addas his scriptoribus Tillemont. *Mem. Eccl.* Vit. Dion. Al. §. 15. ad fin.) "Uterque enim unam hypostasin asseri contendit a "Dionysio Romano in hoc testimonio apud Athanas. "ἑξῆς δ' ἂν εἰκότως λέγοιμι καὶ πρὸς διαιροῦντας &c. Nulla sane "inter utrumque Dionysium sententiæ varietas; uterque "hypostases divisas vituperat: neque una hypostasis Ro-"mano affingi potest, cum idem prorsus dicat ac Alexan-"drinus. Sed potius ex eo quod tres hypostases divisas "refellat, non obscura conclusio est nihil eum repre-"hensurum fuisse, si una in tribus hypostasibus essentia "fuisset admissa." p. vi. Hæc recte, ni fallor, Maranus. Est aliud præterea Dionysii Alex. a Basilio M. ibidem adductum fragmentum, quod his pauculis verbis constat, Θαυμάστη γὰρ διὰ τοῦτο, μετὰ τὴν Μονάδα καὶ ἡ Τρίας. infra p. 201.

P. 179. l. 12. *αὐτὸν τὸν υἱὸν εἶναι λέγων τὸν πατέρα*] Uno verbo hanc Sabellii hæresim enuntiant Ariani apud Athanasium lib. de Synod. n. 16. dicentes illum *υἱοπάτορα* prædicare, quod Hilarius lib. iv. de Trin. n. 12. latine convertit, *ipsum dixit Filium quem Patrem.* COUSTANT.

P. 180. l. 4. Μαρκίωνος γὰρ &c.] Notior est Marcionis hæresis, qua duo principia, unum boni, alterum mali somniavit. Cyrillus tamen Jerosol. licet catech. 6. n. 16. hanc ejus doctrinam notans, dicat eum *diversos Deos statuisse, alterum bonum, et alterum justum,* hoc est unum durum et severe punientem, alterum benignum et ad misericordiam propensum, catech. 16. n. 4. de discipulis illius præmittit, *Nos tres Deos annuntiamus, sileant Marcionistæ,* tum n. 7. de ipso magistro subjicit, *Impiissimus Marcion tres Deos esse primus asseruit.* Qua autem ratione hoc ab eo assereretur, Epiphanius hær. 42. n. 3. exponit. Verum Rhodon quidam Marcioni suppar apud Eusebium lib. v. c. 13. primum scribit, *Alii perinde ac Marcion duo inducunt principia;* ac paulo post adjungit, *Alii rursus ab his tamquam tempestate in pejus abrepti; non duas solum, sed tres naturas posuerunt: quorum princeps et antesignanus est Syneros.* Augustinus vero lib. de hær. c. 22. Epiphanii Eusebiique sententias sic perstringit: *Quamvis Epiphanius eum* (Marcionem) *tria dicat asseruisse principia, bonum, justum, pravum: sed Eusebius Synerum quemdam, non Marcionem, trium principiorum atque naturarum scribit auctorem.* COUSTANT. Ter omittit ἐστὶ in verbis sequentibus auctor.

Ibid. l. 5. τῆς μοναρχίας] Superius quidem Dionysius tres personas divinas sic distinguit, ut *Dei universorum* appellationem Patri tribuere videatur: at subinde mentem suam explicans, divinam Trinitatem in unitatem naturæ, qua fit ut unus *universorum Deus* sit, convenire aperte docet. Quod cum ita sit, cumque idem sanctus pontifex *tria principia* respuat; quid *monarchiæ* nomine sibi velit, satis indicat, nempe unicum ab ecclesia credi rerum omnium principium. Nec ab hac sententia discrepat quod Tertullianus contra Praxeam c. 3. dicit: *Monarchiam nihil aliud significare scio, quam singulare et unicum imperium.* Ideo enim unicum est imperium, quia principium est unicum. Notandum vero quomodo Tertullianus monarchiæ prædicationem cum Trinitatis fide conciliet atque componat. Exprobrarat illi Praxeas, quod monarchiam destrueret. Cui ille, *Qui filium,* inquit, *non aliunde deduco, sed de* SUBSTANTIA PATRIS, *nihil facientem sine Patris voluntate, omnem a Patre consecutum potestatem, quomodo pos-*

sum de fide destruere monarchiam, quam a Patre Filio traditam in Filio servo? Hoc mihi et in tertium gradum dictum sit, quia Spiritum non aliunde puto, quam a Patre per Filium. Vide ergo ne tu potius monarchiam destruas. Quo ex loco perspicuum est, et Tertullianum et Praxeam sibi mutuo objectasse, quod monarchiam destruerent; utrique vero fuisse persuasum, fidem ab eo funditus destrui, qui monarchiam destrueret. Valde igitur hallucinatur nuperus scriptor, qui ex male intellecto libri contra Prax. c. 10. loco, in quo Praxeas ejusque asseclæ *vanissimi Monarchiani* nuncupantur, monarchiæ assertores non secus atque hæreticos habendos, et ita a Tertulliano habitos esse contendit. Neque vero ille eis vitio vertit, quod monarchiam tenere se profiteantur, sed quod abjecta ejus vera fide illam *vanissime* profiteantur; eo fere modo quo quis Christianum sibi nomen arrogantes, atque alienam a Christianis moribus ac fide ducentes vitam, recte falsos ac vanissimos Christianos appellaret, neque tamen Christianum nomen culpare aut respuere censeretur. Sic nec Prophetas damnat, qui falsos Prophetas vituperat. Sed de his satis. Certe Dionysio nostro *monarchia est augustissima ecclesiæ Dei prædicatio.* Justini martyris exstat liber *de monarchia Dei* ab Eusebio et Hieronymo laudatus. Irenæus quoque, eodem Eusebio teste lib. v. hist. c. 20. epistolam ad Florinum *de monarchia* inscripserat. Tatianus Or. contra gentes inter multa, quibus sibi exploratam divinarum litterarum veritatem atque indubitatam docet, hoc etiam commemorat, quod *unam universorum monarchiam* (τῶν ὅλων τὸ μοναρχικὸν) *statuerent.* Ne Apelles quidem Marcionis discipulus in colloquio, quod cum Rodone habuit, hanc inficiari ausus est monarchiæ, seu unici principii doctrinam. Ipso quippe Rodone teste apud Eusebium lib. v. c. 13. *unum principium esse dicebat sicut et nostra religio.* Athanasius similiter Or. 4. cont. Arian. n. 1. in Deo *proprie monarchiam esse* probat. Et in Oratione contra gentes, eum qui monarchiam negaverit, atheon habendum esse non obscure docet his verbis, ὥσπερ ἐλέγομεν τὴν πολυθεότητα ἀθεότητα, οὕτως ἀνάγκη τὴν πολυαρχίαν ἀναρχίαν εἶναι. Basilius lib. de Spir. S. cap. 18. hoc sibi probandum proponit, *quomodo in Deo et personas profitemur, nec pium monarchiæ dogma excidit,* καὶ τὸ εὐσεβὲς δόγμα τῆς μοναρχίας οὐ διαπίπτει. Eadem est Gregorii Nazianz. doctrina tum Orat. 23. tum Orat. 37. ubi objectum illud diluit, εἰ Θεὸς, καὶ Θεὸς, καὶ Θεὸς, πῶς οὐ τρεῖς θεοὶ, ἢ πῶς οὐ πολυαρχία τὸ δοξαζόμενον; Monet et Gregorius Nyss. Or. catech. c. 3.

ut neque monarchiæ dominatus scindatur in diversas dissectus divinitates. His concinit Cyrillus Jerosol. catech. 6. *In monarchia autem prædicanda,* inquit Epiphanius hær. 62. n. 3. *non aberramus: sed una Trinitatem prædicamus.* Aliorum mitto ea de re testimonia: allatis tantum addo illud Augustini lib. 20, cont. Faust. c. 19. *Discat ergo Faustus, vel potius illi qui ejus litteris delectantur, monarchiæ opinionem nos ex gentibus non habere* &c. COUSTANT.

P. 180. l. 14. δοξάζοντας] Reg. δοξάσαντας. Basil. δοξάζοντες, et alia manu γρ. δοξάσαντας. MONTFAUCON.

Ibid. ὥσπερ ἔν τι ὄντως γενομένων] Blasphemiæ huic, quam postea Arius impie propugnavit, oppositam fidem professus esse atque Arianum dogma palam respuisse Ariminensis concilii patribus visus est Valens, cum teste Hieronymo dial. cont. Lucifer. callide clamavit, *Si quis dixerit creaturam filium Dei ut sunt ceteræ creaturæ, anathema sit.* Ubi vero ille cum sociis jactare cœpit, *se Filium non creaturam negasse,* sed *similem ceteris creaturis;* merito contestabantur episcopi hac fraude delusi, *qui sine conscientia hæretici ferebantur, se nihil mali in sua fide suspicatos. Putavimus,* aiebant, *sensum congruere verbis: nec in ecclesia Dei, ubi simplicitas, ubi pura confessio est, aliud in corde clausum esse, aliud in labiis proferri timuimus.* COUSTANT.

Ibid. l. 15. γέννησιν] His concinens Nicæna synodus in symbolo *Filium genitum, non factum* profitetur. Athanasius autem Epist. de Sententia Dion. n. 13. professionem illam primum ab hac synodo excogitatam non esse hinc recte probat. *Cum enim,* inquit, *Dionysius Romanus episcopus adversus eos etiam scripserit, qui Filium Dei rem creatam et factam dicunt, liquido constat, non nunc primum, sed olim ab omnibus anathemate damnatam esse inimicorum Christi Arianorum hæresim.* COUSTANT.

P. 181. l. 1. ἦν ὅτε οὐκ ἦν] Etiam hic prædamnat Dionysius celebre Arii effatum, ac præludit Nicæno concilio, ad symboli sui calcem anathematizanti τοὺς λέγοντας ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν. Quocirca cum Valens Arimini in ecclesia clamasset, *Si quis dixerit, Erat tempus quando non erat Filius, anathema sit;* hoc audito, inquit Hieronymus dial. adv. Lucif. *cuncti episcopi et tota simul ecclesia plausu quodam et tripudio Valentis vocem exceperunt,* rati videlicet eum plane Arianam hæresim, quæ Filium creatum volebat, his verbis ejurare. COUSTANT. Ibidem ex Hieronymo constat, Valentem alia plurima et ipsum pronuntiasse, et Claudio pro-

nuntianti consensisse, quæ cum alienis a Catholica fide dogmatibus conciliare difficile crediderim. Exempli gratia ipse ait Valens; *Si quis dixerit de nullis extantibus filium, et non de Deo patre, anathema sit; atque Claudio hæc proferenti idem ille assensit; Si quis dixerit filium Dei esse quidem ante omnia sæcula, sed non ante omne omnino tempus, ut ei aliquid anteferat, anathema sit.*

P. 181. l. 1. εἴ γε] Sic Reg. ut et exigit sensus. Editi et alii εἰ δέ. MONTFAUCON.

Ibid. l. 2. εἰ λόγος καὶ σοφία καὶ δύναμις ὁ Χριστὸς] Conf. *Joan.* i. 14. et alibi, et 1 *Cor.* i. 24.

Ibid. l. 7. ἀτοπώτατον δὲ τοῦτο] Consulas Bullum, *Fidei Nicænæ Defens.* Sect. III. cap. 4. §. 2. p. 175.

Ibid. l. 11. ταύτης] Sic Reg. Alii vero et editi omittunt ταύτης. Mox Reg. pro ἡ habet ᾗ. MONTFAUCON. Sed hoc posteriori loco ταύτῃ in αὐτῇ mutandum videtur.

Ibid. l. 16. ἀντὶ τοῦ ἐπέστησε] Alterius verbi ἐποίησε hæc videtur significatio esse in *Epist. ad Heb.* v. 2. Conf. comm. 1—6.

P. 182. l. 1. ἂν ἐπὶ] Sic MSS. et ed. Commel. Ceterum ἂν ἐπὶ idem hic significat ac ἀντὶ (edit. prior. lectio). Mox τὸ κτίσαι, quod abest ab ed. Commel. restituimus ex MSS. Reg. et Basil. hancque vocem legerunt Nannius et Ambros. Camald. MONTFAUCON. Sed et in *ed. priori Paris.* τὸ κτίσαι extat.

Ibid. l. 10. ψεύδη] Reg. et Basil. ψευδῆ. MONTFAUCON.

Ibid. l. 14. κωλύων ἀξίωμα] Anne legendum κολούων pro κωλύων?

PROPTEREA quod inter se maxime conjunguntur duæ illæ Dionysiorum epistolæ, una a Romano præsule, altera apologetica ab Alexandrino conscripta, tum vero quod ad quæstionem omnium gravissimam utræque pertinent, Deus sit colendus an creatura, posterioris hujus, quæ restant fragmenta, epistolæ, etsi auctor separatim nunc demum editus fuerit, hoc quidem loco subjuncturus sum.

Ex Dionysii Alexandrini Præsulis Epistola Quadripartita Ἐλέγχου καὶ Ἀπολογίας *ad Dionysium Romanum Episcopum Quotquot adducta sunt Fragmenta a SS. Athanasio et Basilio Magno.*

I.

Ex primo libro.

Οὐ γὰρ ἦν ὅτε ὁ Θεὸς οὐκ ἦν πατήρ.

Καὶ τοῦτο οἶδεν (ait Athanasius statim post) ἐν τοῖς ἑξῆς, ἀεὶ τὸν Χριστὸν εἶναι, λόγον ὄντα, καὶ σοφίαν, καὶ δύναμιν. Οὐ γὰρ δὴ τούτων ἄγονος ὢν ὁ Θεὸς, εἶτα ἐπαιδοποιήσατο, ἀλλ' ὅτι μὴ παρ' ἑαυτοῦ ὁ υἱὸς, ἀλλ' ἐκ τοῦ πατρὸς ἔχει τὸ εἶναι.

Καὶ μετ' ὀλίγα (pergit dicere Athanasius) πάλιν περὶ τοῦ αὐτοῦ φησιν.

Ἀπαύγασμα δὲ ὢν φωτὸς ἀϊδίου, πάντως καὶ αὐτὸς ἀΐδιός ἐστιν. ὄντος γὰρ ἀεὶ τοῦ φωτὸς, δῆλον ὡς ἔστιν ἀεὶ τὸ ἀπαύγασμα. τούτῳ γὰρ, καὶ ὅτι φῶς ἐστι, τῷ καταυγάζειν νοεῖται, καὶ φῶς οὐ δύναται μὴ φωτίζον εἶναι. πάλιν γὰρ ἔλθωμεν ἐπὶ τὰ παραδείγματα. εἰ ἔστιν ἥλιος, ἔστιν αὐγὴ, ἔστιν ἡμέρα· εἰ τοιούτων μηδέν ἐστι, πολύ γε δεῖ καὶ παρεῖναι ἥλιον. εἰ μὲν οὖν ἀΐδιος ὁ ἥλιος, ἄπαυστος ἂν ἦν καὶ ἡ ἡμέρα. νῦν δὲ, οὐ γάρ ἐστιν, ἀρξαμένου τε ἤρξατο, καὶ παυομένου παύεται. ὁ δέ γε Θεὸς αἰώνιόν ἐστι φῶς, οὔτε ἀρξάμενον, οὔτε

Versio a Coustantio in Epp. Pontif. Rom. correcta.

Non enim erat tempus, quando Deus non erat pater.

Profitetur, Christum semper esse, utpote verbum et sapientiam et virtutem. Neque vero Deus cum hæc non peperisset, postea Filium genuit: sed quia Filius non a se ipso, verum a Patre habet esse.

Cum sit splendor lucis æternæ, prorsus et ipse æternus est. Luce enim semper exsistente, manifestum est et splendorem semper exsistere: eo quippe lux esse intelligitur, quod splendeat, ac fieri nequit ut lux non luceat. Rursum enim ad exempla veniamus. Si sol est, est quoque splendor, est et dies: horum si nihil est, multum abest ut sol adsit. Quod si sol æternus esset, dies quoque numquam deficeret. Nunc autem (neque enim ita se res habet) dies sole incipiente incipit, ac desinente desinit. Deus autem æterna lux est, quæ neque incœpit,

λῆξόν ποτε. ἐκεῖν αἰώνιον πρόκειται, καὶ σύνεστιν αὐτῷ τὸ ἀπαύγασμα ἄναρχον καὶ ἀειγενὲς, προφαινόμενον αὐτοῦ, ὅπερ ἐστὶν ἡ λέγουσα σοφία, [a] Ἐγὼ ἤμην ᾗ προσέχαιρε· καθ' ἡμέραν δὲ εὐφραινόμην ἐν προσώπῳ αὐτοῦ ἐν παντὶ καιρῷ.

Καὶ αὖθις ἐπάγει μετ' ὀλίγα (inquit Athanasius) περὶ τοῦ αὐτοῦ λέγων.

Ὄντος οὖν αἰωνίου τοῦ πατρὸς, αἰώνιος ὁ υἱός ἐστι, φῶς ἐκ φωτὸς ὤν· ὄντος γὰρ γονέως, ἔστι καὶ τέκνον· εἰ δὲ μὴ τέκνον εἴη, πῶς καὶ τίνος εἶναι δύναται γονεύς; ἀλλ' εἰσὶν ἄμφω, καὶ εἰσὶν ἀεί.

Εἶτα πάλιν προστίθησι ταῦτα (Athanasius ait).

Φωτὸς μὲν οὖν ὄντος τοῦ Θεοῦ, ὁ Χριστός ἐστιν ἀπαύγασμα. πνεύματος δὲ ὄντος, [b] πνεῦμα γάρ, φησιν, ὁ Θεὸς, ἀναλόγως πάλιν ὁ Χριστὸς ἀτμὶς λέγεται· [c] Ἀτμὶς γάρ, φησιν, ἐστι τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως.

Καὶ ἐκ τοῦ δευτέρου (inquit Athanasius) πάλιν φησι.

Μόνος δὲ ὁ υἱὸς ἀεὶ συνὼν τῷ πατρὶ, καὶ τοῦ ὄντος πληρούμενος, καὶ αὐτός ἐστιν, ὢν ἐκ τοῦ πατρός. Hæc excitata sunt serie continua a *S. Athanasio in Epistola de Sententia Dionysii*, num. xv. p. 253. *ed. Benedictin.*

neque deficiet umquam. Ipsi ergo prælucet ac coexsistit æternus splendor, qui sine initio exsistens et semper genitus, ante eum emicat, quique est ea sapientia, quæ dicit, *Ego eram qua gaudebat: et delectabar quotidie ante faciem ejus omni tempore.*

Cum ergo æternus sit Pater, æternus est et Filius, lumen de lumine. Ubi enim est genitor, est et proles. Si autem proles non est, quomodo et cujus potest esse genitor? Atqui ambo sunt, et semper sunt.

Cum igitur Deus sit lux, Christus est splendor. Cum autem Spiritus sit, *Spiritus enim, inquit, est Deus:* congruenter rursum Christus vapor dicitur; *est enim, inquit, vapor virtutis Dei.*

Solus autem Filius semper coexsistens Patri, et plenus eo qui est, ipse etiam est, cum sit ex Patre.

[a] Prov. viii. 30. [b] Johan. iv. 24. [c] Sap. vii. 25.

II.

Ex eodem libro primo.

Πλὴν ἐγὼ γεννητά τινα καὶ ποιητά τινα φήσας νοεῖσθαι, τῶν μὲν τοιούτων ὡς ἀχρειοτέρων ἐξ ἐπιδρομῆς εἶπον παραδείγματα· ἐπεὶ μήτε τὸ φυτὸν ἔφην (adderem τὸ αὐτὸ εἶναι) τῷ γεωργῷ, μήτε τῷ ναυπηγῷ τὸ σκάφος. Εἶτα τοῖς ἱκνουμένοις καὶ προσφυεστέροις ἐνδιέτριψα· καὶ πλέον διεξῆλθον περὶ τῶν ἀληθεστέρων, ποικίλα προσεπεξευρὼν τεκμήρια, ἅπερ καὶ σοὶ δι' ἄλλης ἐπιστολῆς ἔγραψα· ἐν οἷς ἤλεγξα, καὶ ὃ προφέρουσιν ἔγκλημα κατ' ἐμοῦ ψεῦδος ὄν, ὡς οὐ λέγοντος τὸν Χριστὸν 'ΟΜΟΟΥΣΙΟΝ εἶναι τῷ Θεῷ. εἰ γὰρ καὶ τὸ ὄνομα τοῦτό φημι μὴ εὑρηκέναι, μηδ' ἀνεγνωκέναι που τῶν ἁγίων γραφῶν, ἀλλά γε τὰ ἐπιχειρήματά μου τὰ ἑξῆς, ἃ σεσιωπήκασι, τῆς διανοίας ταύτης οὐκ ἀπᾴδει. καὶ γὰρ ἀνθρωπείαν γονὴν παρεθέμην, δῆλον ὡς οὖσαν ὁμογενῆ· φήσας πάντως τοὺς γονεῖς μόνον ἑτέρους εἶναι τῶν τέκνων, ὅτι μὴ αὐτοὶ εἶεν τὰ τέκνα, ἢ μήτε γονεῖς ἀναγκαῖον ὑπάρχειν εἶναι μήτε τέκνα. καὶ τὴν μὲν ἐπιστολὴν, ὡς προεῖπον, διὰ τὰς περιστάσεις οὐκ ἔχω προκομίσαι· εἰδ' οὖν, αὐτά σοι τά τοτε ῥήματα, μᾶλλον δὲ καὶ

Ceterum ubi res factas et opificia quædam consideranda dixi, hujusmodi rerum velut minus idonearum cursim protuli exempla, quando dixi: neque planta id est quod agricola, neque scapha id quod navium faber. Deinde congruis et naturæ rei accommodatioribus magis sum immoratus, ac pluribus explicui quæ veriora erant, variis excogitatis argumentis, quæ et tibi in alia epistola exposui; in quibus mendacii convici etiam illud quod adversum me proferunt crimen, me scilicet non asserere Christum esse Deo consubstantialem. Tametsi enim me nusquam in Scripturis sacris hoc vocabulum vel invenisse vel legisse dico, alia tamen argumenta quæ subinde adjunxi, quæque illi tacuerunt, ab hac intelligentia nihil discrepant. Etenim prolem humanam, quæ certe ejusdem generis est atque genitor, in exemplum attuli: dixique re vera parentes hoc solum distingui a filiis, quod ipsi non sint filii; aut certe necessario futurum esse, ut neque parentes essent, neque filii. Epistolam autem, ut prædixi, propter præsentem rerum conditionem, penes me non habeo: alioquin ipsa tibi quæ tunc scripsi verba, immo et epistolæ totius exemplum mi-

πάσης ἂν ἔπεμψα τὸ ἀντίγραφον· ὅπερ ἂν εὐπορήσω, ποιήσω. οἶδα δὲ ϗ μέμνημαι, πλείονα προσθεὶς τῶν συγγενῶν ὁμοιώματα· ϗ γὰρ καὶ φυτὸν εἶπον ἀπὸ σπέρματος, ἢ ἀπὸ ῥίζης ἀνελθὸν, ἕτερον εἶναι τοῦ ὅθεν ἐβλάστησε, καὶ πάντως ἐκείνῳ καθέστηκεν ὁμοφυές· καὶ ποταμὸν ἀπὸ πηγῆς ῥέοντα, ἕτερον σχῆμα ϗ ὄνομα μεταληφέναι, μήτε γὰρ τὴν πηγὴν ποταμὸν, μήτε τὸν ποταμὸν πηγὴν λέγεσθαι, ϗ ἀμφότερα ὑπάρχειν, ϗ τὴν μὲν πηγὴν οἱονεὶ πατέρα εἶναι, τὸν δὲ ποταμὸν εἶναι ἐκ τῆς πηγῆς ὕδωρ. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ϗ τὰ τοιαῦτα μηδὲ ὁρᾷν γεγραμμένα, ἀλλ' οἱονεὶ τυφλώττειν ὑποκρίνονται· τοῖς δὲ δυσὶ ῥηματίοις ἀσυνθέτοις, καθάπερ λίθοις, μακρόθεν ἐπιχειροῦσί με βάλλειν· ἀγνοοῦντες ὡς τῶν ἀγνοουμένων, ϗ προσαγωγῆς εἰς ἐπίγνωσιν δεομένων, ὐ μόνον ἀλλοῖα πολλάκις, ἀλλὰ ϗ ὑπεναντία τεκμήρια γίνεται τῶν ἐπιζητουμένων δηλώματα. Hæc adducuntur a *S. Athanasio* in *Ep. de Sententia Dionysii*, num. xviii. p. 255.

sissem, mittamque si quando mihi ejus copia fuerit. Memini porro plurimas ex rebus inter se cognatis similitudines adjecisse. Etenim plantam, sive ex semine sive ex radice succrescentem, aliam esse dixi ab eo unde pullulavit, tametsi ejusdem omnino sit naturæ: similiter et fluvium a fonte manantem aliam formam ac nomen accipere, neque enim fontem fluvium, aut fluvium fontem appellari, sed hæc duo esse; ac fontem quidem quasi patrem esse, fluvium vero esse aquam ex fonte. Verum hæc quidem et similia, quæ scripta sunt, se non videre quasi cæcutientes dissimulant: duabus autem voculis incompositis, quasi lapidibus, eminus me conantur impetere: non advertentes rebus ignoratis et quæ ut intelligantur interpretatione indigent, plerumque non modo aliena, sed et contraria exempla lucem afferre.

III.

Ex eodem libro primo.

Προείρηται μὲν ὖν, ὅτι πηγὴ τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων ἐστὶν ὁ Θεός. ποταμὸς δὲ ὑπ' (for. ἀπ') αὐτῦ προχεόμενος, ὁ υἱὸς ἀναγέγραπται·

Superius dictum est Deum esse fontem bonorum omnium, Filius vero dictus est fluvius ab ipso emanans: verbum

ἀπόῤῥοια γὰρ νῦ λόγος, ϗ ὡς ἐπ' ἀνθρώπων εἰπεῖν, ἀπὸ καρδίας διὰ στόματος ἐξοχετεύεται, ἕτερος γενόμενος τῦ ἐν καρδίᾳ λόγυ, ὁ διὰ γλώσσης νῦς προπηδῶν. ὁ μὲν γὰρ ἔμενε προπέμψας, ϗ ἔστιν οἷος ἦν. ὁ δὲ ἐξέπτη προπεμφθεὶς, ϗ φέρεται πανταχῦ. ϗ ὕτως ἐστὶν ἑκάτερος ἐν ἑκατέρῳ, ἕτερος ὢν θατέρυ· καὶ ἕν εἰσιν, ὄντες δύο. ὕτω γὰρ ϗ ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς ἓν, ϗ ἐν ἀλλήλοις ἐλέχθησαν εἶναι. Allata hæc a *S. Athanasio* in *Epist. de Sententia Dionysii*, n. xxiii. p. 259.

quippe est mentis emanatio, et, ut humano more loquar, ex corde per os emittitur. Mens vero, quæ per linguam prosilit, alia est a verbo quod in corde exsistit. Hoc enim postquam illam præmisit, remanet, estque quale antea erat: illa vero præmissa avolat et circumquaque fertur: et sic utrumque in utroque est, tametsi aliud ab altero; et unum sunt, licet duo sint. Sic namque Pater et Filius unum esse et in se invicem esse dicti sunt.

IV.

Ex libro secundo.

Τῶν ὑπ' ἐμοῦ λεχθέντων ὀνομάτων ἕκαστον ἀχώριστόν ἐστι ϗ ἀδιαίρετον τῦ πλησίον· πατέρα εἶπον, ϗ πρὶν ἐπαγάγω τὸν υἱὸν, ἐσήμανα ϗ τῦτον ἐν τῷ πατρί· υἱὸν ἐπήγαγον· εἰ καὶ μὴ προειρήκειν τὸν πατέρα, πάντως ἂν ἐν τῷ υἱῷ προείληπτο. ἅγιον πνεῦμα προσέθηκα· ἀλλ' ἅμα καὶ πόθεν ϗ διὰ τίνος ἧκεν ἐφήρμοσα. οἱ δὲ ὐκ ἴσασιν ὅτι μήτε ἀπηλλοτρίωται πατὴρ υἱῦ ᾗ πατὴρ. προκαταρκτικὸν γάρ ἐστι τῆς συναφείας τὸ ὄνομα· ὔτε ὁ υἱὸς ἀπῴκισται τῦ πατρός· ἡ γὰρ πατὴρ προσηγορία δηλοῖ τὴν κοινωνίαν ἔν τε ταῖς

Singula nomina a me prolata a se invicem nec separari queunt, nec dividi. Patrem dixi, et prius quam Filii mentionem facerem, jam eum in Patre significavi. Filium adjunxi, ac Pater, etiamsi eum non prius nominassem, jam omnino in Filio comprehensus fuerat. Spiritum-sanctum addidi: sed simul unde et per quem processerit subtexui. Illi autem ignorant, neque Patrem, qua *pater* est, a Filio alienari posse; nam illud nomen causa est evidens cohærentiæ et conjunctionis: neque Filium a Patre separari; hoc namque vocabulum *pater* communicationem indicat. Est

χερσὶν αὐτῶν ἐστι τὸ πνεῦμα, μήτε τοῦ πέμποντος, μήτε τοῦ φέροντος, δυνάμενον στέρεσθαι· πῶς ἐν ὁ τούτοις χρώμενος τοῖς ὀνόμασι, μεμερίσθαι ταῦτα καὶ ἀφωρίσθαι παντελῶς ἀλλήλων οἴομαι;

Καὶ μετ' ὀλίγα (inquit Athanasius) ἐπάγει λέγων.

Οὕτω μὲν ἡμεῖς εἴς τε τὴν ΤΡΙΑΔΑ τὴν μονάδα πλατύνομεν ἀδιαίρετον, καὶ τὴν ΤΡΙΑΔΑ πάλιν ἀμείωτον εἰς τὴν μονάδα συγκεφαλαιούμεθα. Adducuntur hæc ab Athanasio, ubi supra, n. xvii. p. 254.

et in manibus illorum Spiritus, qui neque a mittente, neque a ferente divelli potest. Quomodo igitur ego, qui talibus utor nominibus, illa a se invicem separata et omnino divisa existimem?

Ita quidem unitatem indivisibilem in Trinitatem dilatamus, et rursum Trinitatem quæ minui nequit, in unitatem contrahimus.

V.

Ex eodem libro secundo.

Ἐὰν δέ τις τῶν συκοφάντων, ἐπειδὴ τῶν ἁπάντων ποιητὴν τὸν Θεὸν καὶ δημιουργὸν εἶπον, οἴηταί με καὶ τοῦ Χριστοῦ λέγειν, ἀκουσάτω μου· πρότερον πατέρα φήσαντος αὐτὸν, ἐν ᾧ καὶ ὁ υἱὸς προσγέγραπται· μετὰ γὰρ τὸ εἰπεῖν πατέρα ποιητὴν ἐπαγήοχα· καὶ οὔτε πατήρ ἐστιν ὧν ποιητὴς, εἰ κυρίως ὁ γεννήσας πατὴρ ἀκούοιτο· τὴν γὰρ πλατύτητα τῆς τοῦ πατρὸς προσηγορίας ἐν τοῖς ἑξῆς ἐπεξεργασόμεθα. οὔτε ποιητὴς ὁ πατὴρ, εἰ μόνος ὁ χειροτέχνης ποιητὴς λέγοιτο. παρ' Ἕλλησι γὰρ ποιηταὶ καὶ τῶν ἰδίων καλοῦνται λόγων οἱ σόφοι. καὶ [d] ποιητὴς, ὁ Ἀπόστολος εἶπε, νόμου. καὶ τῶν ἐγκαρδίων γάρ,

Si quis autem calumniator, eo quod Deum omnium factorem et creatorem dixi, putet me etiam Christi creatorem dixisse, advertat me prius Patrem ipsum appellasse; quo in vocabulo simul enuntiatus est et filius. Postquam enim Patrem dixi factorem, subdidi: neque pater eorum est, quorum est factor, si proprie is pater esse intelligatur qui genuit: (latitudinem enim vocabuli hujus, *pater,* in sequentibus expendemus:) neque factor pater, si solus opifex factor dicatur. Apud Græcos enim qui sapientes sunt, suorum librorum factores vocantur. Apostolus quoque ait, *factor le-*

[d] Rom. ii. 13. et Jac. iv. 11.

ἀρετῆς ἢ κακίας ποιηταὶ καθίϛανται, ὡς εἶπεν ὁ Θεός, [e]Ἔμεινα τοῦ ποιῆσαι κρίσιν, ἐποίησε δὲ ἀνομίαν. Adducta hæc a *S. Athanasio*, ubi supra, n. xx. p. 257.

gis. Rerum etiam intrinsecarum, cujusmodi sunt virtus et vitium, factores nuncupantur, quemadmodum dixit Deus, *Exspectavi ut faceret judicium, fecit autem iniquitatem.*

VI.

Ex eodem libro secundo.

[f]Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος· ἀλλ' οὐκ ἦν λόγος ὁ τὸν λόγον προέμενος· [g]Ἦν γὰρ ὁ λόγος πρὸς τὸν Θεόν· [h]σοφία γεγένηται ὁ κύριος· οὐκ ἦν οὖν σοφία ὁ τὴν σοφίαν ἀνείς· [i]Ἐγὼ γὰρ ἤμην, φησὶν, ᾗ προσέχαιρεν. ἀλήθεια ἐϛιν ὁ Χριϛός· Εὐλογητὸς δέ, φησιν, ὁ Θεὸς τῆς ἀληθείας. Profert hæc *S. Athanasius*, ubi supra, n. xxv. p. 260.

In principio erat Verbum: sed non erat Verbum quod Verbum produxerit: *Verbum* enim *erat apud Deum.* Dominus sapientia est: non erat igitur sapientia qui sapientiam produxit; *Ego* enim *eram*, inquit, *qua delectabatur.* Veritas est Christus: *Benedictus autem*, ait, *Deus* veritatis.

VII.

Circa medium opus.

Εἰ τῷ τρεῖς εἶναι τὰς ὑποϛάσεις, μεμερισμένας εἶναι λέγουσι, τρεῖς εἰσι, κἂν μὴ θέλωσιν, ἢ τὴν θείαν ΤΡΙΑΔΑ παντελῶς ἀνελέτωσαν. Καὶ πάλιν (inquit *S. Basilius M.*):

Si eo quod tres sint hypostases, divisas dicant, tres sunt, etiam si nolint; aut divinam Trinitatem prorsus e medio tollant.

[e] Isa. v. 7. [f] Joan. i. 1. [g] Ibid. 5.
[h] 1 Cor. i. 24. [i] Prov. viii. 30.

Θειοτάτη γὰρ διὰ τοῦτο, μετὰ τὴν Μονάδα καὶ Ἡ ΤΡΙΑΣ. Extant hæc apud *S. Basilium Magnum de Spiritu Sancto*, cap. penult. p. 61.

Propter hoc enim post unitatem, est et divinissima Trinitas.

VIII.

Ex tertio libro.

Ζωὴ ἐκ ζωῆς ἐγεννήθη· ϗ ὥσπερ ποταμὸς ἀπὸ πηγῆς ἔῤῥευσε· ϗ ἀπὸ φωτὸς ἀσβέϛε λαμπρὸν φῶς ἀνήφθη. Adducuntur hæc a *S. Athanasio Ep. de Sententia Dionysii,* n. xviii. p. 256.

Vita ex vita genita est, quemadmodum e fonte flumen emanavit, et ex inexstincto lumine splendidum lumen accensum est.

IX.

Ex libro quarto.

Ὡς γὰρ ὁ ἡμέτερος νοῦς ἐρεύγεται μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ τὸν λόγον, ὡς εἶπεν ὁ προφήτης, [k] *Ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν· ϗ ἔϛι μὲν ἑκάτερος ἕτερος θατέρου, ἴδιον καὶ τοῦ λοιποῦ κεχωρισμένον εἰληχὼς τόπον, ὁ μὲν ἐν τῇ καρδίᾳ, ὁ δὲ ἐπὶ τῆς γλώττης ϗ τοῦ ϛόματος οἰκῶν τε ϗ κινούμενος· οὐ μὴν διεστήκασιν, οὐδὲ καθάπαξ ἀλλήλων στέρονται, οὐδέ ἐστιν οὔτε ὁ νοῦς ἄλογος, οὔτε ἄνους ὁ λόγος· ἀλλ' ὅγε νοῦς ποιεῖ τὸν λόγον ἐν αὐτῷ φανείς· ϗ ὁ λόγος δείκνυσι τὸν νοῦν ἐν αὐτῷ γενό-*

Sicut mens nostra eructat a se ipsa verbum, ut ait Propheta, *Eructavit cor meum verbum bonum,* estque utrumque alterum ab altero, proprium et ab altero distinctum obtinens locum, cum illud quidem in corde, istud vero in lingua et ore commoretur et moveatur: neque tamen inter se distant, aut se invicem privantur; neque mens sine verbo est, neque verbum sine mente: sed mens verbum facit et in ipso apparet, ac verbum exhibet mentem in qua factum est. Et

[k] Psal. xliv. 1.

μενος. ϗ ὁ μὲν νῦς ἐστιν οἷον λόγος ἐγκείμενος· ὁ δὲ λόγος νοῦς προπηδῶν. ϗ μεθίσταται μὲν ὁ νῦς εἰς τὸν λόγον, ὁ δὲ λόγος τὸν νοῦν εἰς τοὺς ἀκροατὰς ἐγκυκλεῖ, ϗ οὕτως ὁ νοῦς διὰ τοῦ λόγου ταῖς τῶν ἀκουόντων ψυχαῖς ἐνιδρύεται, συνεισιὼν τῷ λόγῳ· ϗ ἔστιν ὁ μὲν οἷον πατὴρ ὁ νοῦς τοῦ λόγου, ὢν ἐφ' ἑαυτοῦ· ὁ δὲ καθάπερ υἱὸς ὁ λόγος τοῦ νοῦ. πρὸ ἐκείνου μὲν ἀδύνατον, ἀλλ' οὐδὲ ἔξωθέν ποθεν, σὺν ἐκείνῳ γενόμενος, βλαστήσας δὲ ἀπ' αὐτοῦ. οὕτως ὁ πατὴρ ὁ μέγιστος ϗ καθόλου νοῦς πρῶτον τὸν υἱὸν λόγον ἑρμηνέα ϗ ἄγγελον ἑαυτοῦ ἔχει. Adducuntur hæc a *S. Athanasio*, ubi supra, n. 23. p. 259.

mens quidem est quasi verbum immanens, verbum vero mens prosiliens. Mens in verbum transit: verbum autem mentem in circumstantes auditores transmittit: sicque mens per verbum in auditorum animis insidet, simul ingressa cum verbo. Ac mens quidem est quasi pater verbi in se ipsa exsistens: verbum autem velut filius mentis, nec ante ipsam neque extra ipsam factum esse potest, sed cum ipsa exsistit, a qua germen et originem sumsit. Eodem quoque modo Pater maximus et mens universalis ante omnia Filium habet Verbum ac sermonem sui ipsius interpretem et angelum.

X.

Clausula operis.

Τούτοις πᾶσιν ἀκολούθως ϗ ἡμεῖς, ϗ δὴ παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν πρεσβυτέρων τύπον ϗ κανόνα παρειληφότες, ὁμοφώνως τε αὐτοῖς προσευχαριστοῦντες, ϗ δὴ ϗ νῦν ὑμῖν ἐπιστέλλοντες, καταπαύσομεν· τῷ δὲ Θεῷ πατρὶ, ϗ υἱῷ τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα ϗ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Adduxit hæc *S. Basilius M.* in *Lib. de Spiritu Sancto*, cap. penult. p. 60, ed. Benedictin.

His omnibus congruenter et nos, etiam forma regulaque a senioribus qui ante nos vixerunt accepta, concordi cum illis voce et gratiarum actionem et nunc etiam epistolam quam scribimus vobis absolvemus: Deo autem Patri et Filio Domino nostro Jesu Christo cum sancto Spiritu gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De opere ipso

Hæc retulit S. *Athanasius.*

Αἰτιᾶται (Dionysius) τοὺς κατειπόντας αὐτοῦ, ὡς μὴ ὁλοκλήρους λέγοντας, ἀλλὰ περικόπτοντας αὐτοῦ τὰς λέξεις, καὶ ὡς μὴ καλῇ συνειδήσει ἀλλὰ πονηρᾷ, λαλοῦντας ὡς θέλουσι. τούτους τε τούτοις ἀπεικάζει τοῖς τὰς τοῦ μακαρίου ἀποστόλου διαβάλλουσιν ἐπιστολάς.——ἀμέλει καὶ πρὸς ἕκαστον τῶν ὑπὸ τῶν κατηγόρων εἰρημένων ἀπαντῶν, πάντα τὰ παρ᾽ αὐτῶν προφερόμενα θεραπεύει· καὶ Σαβέλλιον μὲν ἐν ἐκείνοις (scil. in prius scriptis) ἀνατρέπει, ἐν τούτοις δὲ δείκνυσιν ὁλόκληρον ἑαυτοῦ τὴν εὐσεβῆ πίστιν. *De Sententia Dionysii*, num. xiv. p. 253.

Queritur deinde (Dionysius), quod accusatores sententias suas non integras referant, sed truncatas, et quod non bona conscientia, sed mala pro libidine loquantur; quos similes ait beati apostoli epistolarum calumniatoribus.——Certe singulis accusatorum verbis occurrens, omnibus eorum argumentis solutionem adhibet; cumque Sabellium prioribus illis scriptis planissime confutarit, his posterioribus fidem suam omnino piam declarat.

PIERIUS.

PIERIUS.

S. Hieronymi, *Lib. De Viris Illustribus*, cap. lxxvi. p. 166.

PIERIUS, Alexandrinæ ecclesiæ presbyter sub [a] Caro et Diocletiano Principibus, eo tempore quo eam ecclesiam Theonas episcopus regebat, [b] florentissime docuit populum, et in tantam sermonis [c] diversorumque tractatuum, qui usque hodie extant, venit elegantiam, ut Origenes junior vocaretur. Constat hunc [d] miræ ἀσκήσεως et appetitorem voluntariæ paupertatis, scientissimumque Dialecticæ et Rhetoricæ artis, et [e] post persecutionem omne vitæ suæ tempus Romæ fuisse versatum. Hujus est [f] longissimus tractatus de propheta Osee, quem in vigilia Paschæ habitum, ipse sermo demonstrat.

[a] Carus præfuit Imperio A. 282. 283. Diocletianus ab A. 284. ad 305. Theonas qui A. 265. Dionysio in Episcopatu Alexandrino successit, défunctus est A. 300. Fabricius.

[b] Eusebius de Pierio vii. 32. Ἐν δὲ τοῖς μάλιϛα καθ' ἡμᾶς σπανιωτάτους γενομένους ἴσμεν, τῶν μὲν ἐπ' Ἀλεξανδρείας πρεσβυτέρων Πιέριον· Μελέτιον δὲ τῶν κατὰ Πόντον ἐκκλησιῶν ἐπίσκοπον. ἀλλ' ὁ μὲν ἄκρως ἀκτήμονι βίῳ ϗ μαθήμασι φιλοσόφοις δεδοκίμαϛο· ταῖς περὶ τὰ θεῖα θεωρίαις ϗ ἐξηγήσεσι, ϗ ταῖς ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῆς ἐκκλησίας διαλέξεσιν ὑπερφυῶς ἐξησκημένος. ὁ δὲ Μελέτιος, &c. Post Dionysium Scholæ Catecheticæ Alexandrinæ præfectum fuisse Pierium tradit Philippus Sidetes in fragmento quod ad calcem diss. in Irenæum

publicavit H. Dodwellus. Et Photius Cod. 119. Παμφίλου τε τȣ̃ μάρτυρος ὑφηγητὴν φασιν τῶν ἐκκλησιαςικῶν γενέσθαι μαθημάτων, καὶ κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἡγήσασθαι παιδευτηρίου. Fabricius. De istac vero Pierii præfectura dubitare se profitetur cl. Lardnerus, *De Fide Hist. Evang.* P. II. lib. i. c. 24. propterea quod sileant de ea Eusebius et Hieronymus. Eidem viro cl. incerta quoque videtur Photii narratio, mox a me afferenda, qua dicitur Pierius, quem quidem Hieronymus Romæ siccam mortem obiisse significat, martyrium una cum Isidoro fratre subiisse suo. Vid. et de hac re Tillemont. in *Mem. Eccl.* ad ipsum finem vol. iv. In literis quidem Dionysii Alexandrini ad Fabium scriptum extat Isidorum quendam Ægyptium in vexatione Deciana pro Christo passum esse; utrum vero hujus Pierii is frater fuerit, necne, ignoro; certe, si res ita haberet, eodem simul tempore fratres martyrium haud passi sunt, cum Pierius Dionysio superstes fuerit. Atque fieri potest, ut templum illud domusque, (hæ sunt, ni fallor, ædes sacræ minus amplæ,) quæ Pierio atque Isidoro constructa fuisse narrat Photius, *Cod.* 118. in illius quidem Isidori memoriam sacrata fuerint, in alius autem cujusdam Pierii honorem erecta, qui martyr esset. Ecclesiam quidem Alexandriæ extitisse, quæ Pierii et Serapionis nominibus dicabatur, memorat Epiphanius *Hæres.* lxix. ab Hœschelio ad Photii locum indicatus. Serapionis autem martyris mentionem facit Dionysius in epistola jam laudata. Verumtamen omnes ecclesias Alexandrinas martyrum nominibus appellatas fuisse, prohibet nos credere eodem loco Epiphanius, qui ecclesias Dionysii et Theonæ episcoporum, non martyrum, inter alias recensuit. Itaque nuncupari Pierii ecclesia posset, etsi ille martyr non fuerit, et, Hieronymo id narrante, persecutioni, hæc est ultima illa, supervixerit.

[c] Ex his fuere duodecim libri Pierii de quibus Photius Cod. 119. Palladius in Lausiaca c. 12. narrat Ammonium plura potuisse memoriter recitare ex scriptis Origenis, Didymi, Stephani ac Pierii. Fabricius.

[d] Euseb. ἀλλ' ὁ μὲν ἄκρως ἀκτήμονι βίῳ καὶ μαθήμασι φιλοσόφοις δεδοκίμαςο. Fabricius.

[e] Decennalem illam a Diocletiano inceptam.

[f] Scribit S. Hieronymus in Præfat. Osee. *Pierii legi tractatum*

longissimum, quem in exordio hujus prophetæ die vigiliarum Dominicæ passionis extemporali et diserto sermone profudit. In Epist. *Multa:* contra Vigilantium: *et in vigiliis Paschæ tale quid fieri plerumque convincitur.* In Matth. xxv. *Traditio Judæorum est, Christum media nocte venturum, unde reor et traditionem Apostolicam permansisse, ut in die vigiliarum Paschæ ante noctis dimidium populos dimittere non liceat expectantes adventum Christi, et postquam illud tempus transierit, securitate præsumpta festum cunctis agentibus diem.* Adamantii autem et Pierii exemplaria citat Hieron. in Matth. c. xxiv. H. Gravius. Jam diu autem est cum et ista in Hoseam et cæteræ lucubrationes Pierii omnes interciderunt. Fabricius.

PIERII

CATECHISTÆ ALEXANDRINI,

QUI POST MEDIUM SECULUM TERTIUM FLORUIT,

FRAGMENTUM.

Ex Scripto quodam Pierii in Priorem S. Pauli ad Corinthios Epistolam Hoc brevissimum attulit S. Hieronymus Fragmentum in Epist. 2. ad Pammachium, pro Libris suis adversus Jovinianum.

ORIGENES, Dionysius, Pierius, Eusebius Cæsariensis, Didymus, Apollinaris latissime hanc Epistolam (Ep. 1. ad Cor.) interpretati sunt: quorum PIERIUS, quum sensum apostoli ventilaret atque edissereret; et proposuisset illud exponere, Volo autem omnes esse sicut meipsum, adjecit; *ταῦτα λέγων Παῦλος, ἀντικρὺς ἀγαμίαν κηρύσσει.* tom. iv. pag. 243. ed. Benedictin.

De Pierii Scriptis hæc Photius in Bibliotheca, Cod. CXIX. p. 300. ed. Hœschel. Rothomagi 1653.

ΠΙΕΡΙΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ΛΟΓΟΙ ΔΙΑΦΟΡΟΙ.

Ἀνεγνώσθη βιβλίον Πιερίου πρεσβυτέρου, ὃν καὶ σὺν τῷ ἀδελφῷ Ἰσιδώρῳ τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ ἀγωνίσασθαί φασιν ἀγῶνα· Παμφίλου τε τοῦ μάρτυρος ὑφηγητὴν τῶν ἐκκλησιαστικῶν γενέσθαι μαθημάτων· καὶ τοῦ κατὰ Ἀλεξάνδρειαν ἡγήσασθαι παιδευτηρίου. λόγους δὲ τὸ βιβλίον περιεῖχε δώδεκα. ἔστι δὲ τὴν φράσιν σαφής τε καὶ λαμπρὸς,

Interprete A. Schotto.

Lectum est PIERII presbyteri (quem una cum Isidoro fratre germano martyrii pro Christi nomine certamen subiisse, Pamphili quoque martyris in sacrarum literarum studio doctorem, atque Alexandrinæ scholæ præfectum fuisse ferunt) *Volumen librorum duodecim.* Stylus illi clarus, ac perspicuus, et quasi sponte fluens,

ὥσπερ ῥέων τῷ λόγῳ, μηδέν τε ἐπιμελὲς ἐνδεικνύμενος. ἀλλ᾽ ὡς ἐξ αὐτοσχεδίου ὁμαλῶς τε καὶ λείως καὶ ἠρέμα φερόμενος. τοῖς δὲ ἐνθυμήμασιν, εἴπερ τις ἄλλος, γονιμώτατος. πολλὰ δὲ ἔξω τῶν νῦν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καθεστηκότων, ἀρχαιοτρόπως ἴσως, ἀποφαίνεται. ἀλλὰ περὶ μὲν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ εὐσεβῶς πρεσβεύει· πλὴν ὅτι οὐσίας δύο καὶ φύσεις δύο λέγει· τῷ τῆς οὐσίας καὶ φύσεως ὀνόματι, ὡς δῆλον ἔκ τε τῶν ἑπομένων καὶ προηγουμένων τοῦ χωρίου, ἀντὶ τῆς ὑποστάσεως, καὶ οὐχ ὡς Ἀρείῳ προσανακείμενοι, χρώμενος. περὶ μέντοι τοῦ Πνεύματος ἐπισφαλῶς λίαν καὶ δυσσεβῶς δογματίζει. ὑποβεβηκέναι γὰρ αὐτὸ τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἀποφάσκει δόξης. ἔχει δὲ χρῆσιν εἰς τὸν Λόγον, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ, Εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν, δι᾽ ἧς ἐστι παριστᾶν ὅτι ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ καὶ ἀτιμία, τοῦ πρωτοτύπου ἐστὶ τιμὴ ἢ πάλιν ἀτιμία. ὑπαινίττεται δὲ οὗτος, κατὰ τὸν Ὠριγένους ὕθλον, καὶ προϋπαρξιν ψυχῶν. ἔχει δὲ καὶ ἐν τῷ εἰς τὸ πάσχα καὶ τὸν Ὠσηὲ λόγῳ, περί τε τῶν ποιηθέντων Χερουβὶμ τῷ Μωσεῖ, καὶ περὶ τῆς τοῦ Ἰακὼβ στήλης· ἐν οἷς τὴν μὲν ποίησιν αὐτῶν ὁμολογεῖ, οἰκονομίας δὲ λόγῳ συγχωρηθῆναι ματαιολογεῖ, ὡς οὐδὲν ἦσαν ὡς ἕτερα τὰ γεγενημένα· ὡς οὐδὲ τύπον ἄλλον ἔφερε μορφῆς, ἀλλὰ μόνον πτερύγων κενολογεῖ φέρειν αὐτὰ σχῆμα.

nihil exquisitum præ se fert, sed velut ex tempore fusus, placide ac leniter, sensimque decurrit. Enthymematis autem, si quis alius, maxime abundat. Plurima quoque præter ea quæ in ecclesia hodie obtinet, veteri fortassis more, tradit. De Patre tamen et Filio pie credit, nisi quod substantias duas, naturasque duas esse dicit: substantiæ et naturæ nomine, (quantum ex iis quæ hunc locum antecedunt et consequuntur, colligitur) pro hypostasi utens: non ita vero ut qui Ario adhærent. Veruntamen de Spiritu sancto periculose nimis atque parum pie docere: illum [illegible] inferiorem esse gloria, quam sit Patris, et Filii, adfirmat. Habet item testimonium quoddam in eo libro qui inscribitur in evangelium Lucæ, ex quo demonstrare licet, imaginis honorem et irreverentiam, prototypi esse honorem, sive irreverentiam. Obscurius deinde etiam hic, secundum Origenis nugas, indicat animas præexistere. In eo vero libro, quem in pascha, et Oseam prophetam scripsit, agit quoque de Cherubim a Mose factis, et de Jacobi lapide, ubi factos quidem illos fatetur, at divinæ tantum providentiæ ratione fuisse concessos negatur: quasi aut nihil fuerint, aut aliud quidpiam fuerint, aut aliud [saltem illa fuerint] quæ facta sunt, neque enim, [inquit,] vestigium aliud præferebant ullius formæ, [concessum esse negatur, hæc in nulla re extitisse aliarum instar, quæ facta sunt; cum neque effigiem aliam præ se ferrent formæ;] sed alarum duntaxat speciem fabulatur illos ferre.

ANNOTATIONES

IN PIERIUM.

P. 211. l. 5. Ex Scripto quodam Pierii in Priorem S. Pauli &c.] Censet cl. Lardnerus in Op. *De Fide Hist. Evang.* part. II. lib. i. cap. 54. nullum in Pauli epistolam a Pierio scriptum commentarium, sed tantum ῥῆσιν Paulinam hic commemoratam in aliquo opere Pierium fusius sermone exposuisse. Fabricius autem in *Bibl. Græc.* lib. v. cap. 35. ubi de scriptoribus in Photii *Bibliotheca* censuræ subjectis agit, haud dubitare se ait, ex duodecim illis a Photio memoratis Pierii λόγοις fuisse hunc tractatum. Vid. paulo infra. Sed hæc Fabricii conjectura de Pierii quidem λόγοις incerta videtur.

Ibid. l. 17. ὃν καὶ σὺν τῷ ἀδελφῷ &c.] De Pierio hæc scripserat statim ante Photius in *Cod.* cxviii. in quo recensetur *Pamphili M. atque Eusebii Apologia pro Origene.* Ἦν δὲ Παμφίλου διδάσκαλος ὁ Πιέριος, τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ αὐτὸς προεστηκὼς διδασκαλείου. μάρτυς δὲ καὶ ὁ Πιέριος ἅμα τῷ ἀδελφῷ Ἰσιδώρῳ, τῶν ἀθλητικῶν ἀξιωθέντες στεφανῶν, οἷς, ὥς φασι, καὶ νεὼς καὶ οἶκοι ὑπὸ τῶν εὐσεβούντων ἱδρύνθησαν. Sed de Pierii rebus adisis illa ad Hieronymum *De Viris Ill.* modo notata. Inscriptio interea seu titulus ejus operis, quod mox memorabitur, in duodecim tomos partiti, nisi idem illud Οἱ Λόγοι appellatum fuerit, intercidisse videtur.

P. 212. l. 6. τῷ τῆς οὐσίας καὶ φύσεως—ἀντὶ τῆς ὑποστάσεως] Vide supra Not. ad Dionysii Rom. Fragmentum, pag. 189.

Ibid. l. 8. περὶ μέντοι τοῦ Πνεύματος ἐπισφαλῶς &c.] Guillelmus quidem Berriman. in *Concionibus Sacris de Historia Controversiæ Trinitariæ* lingua vernacula præclare scriptis, Serm. iii. p. 134. Pierium defendens, negat hoc verisimile esse, in gravem ullum errorem de Spiritu Sancto incidisse eum, qui de Filii quidem natura verum doceret. Opinatur porro secutus Bullum vir idem doctus, scripsisse Pierium, Spiritum S. minorem esse Patre et Filio eadem ratione, qua ipse Filius Patre minor a Catholicis ag-

noscitur, nempe originis respectu. At vero, ut dicam quod res est, an Photium censemus, qui, quicquid ἀρχαιοτρόπως docuisset de Filii natura Pierius, nihil reprehendit in eo, voluisse eidem dicam scribere, quod periculose admodum et impie de Spiritu S. doceret, nisi revera in errore aliquo saltem verbo tenus Alexandrinus iste versatus esset? Quod quidem dixit, Spiritum S. *gloria* inferiorem esse Patre et Filio, hoc sequi existimare potuit Pierius, non respectu originis tantum, sed etiam ex œconomia, quæ dicitur redemptionis; sed aliqua tamen in scriptis ejus vereor extitisse ab eo dicta perperam de Spiritu; neque id mirandum in eo, qui Origenem imitari vellet; cum periculose admodum circa Spiritum Dei philosophatum esse decus illud Alexandrinæ scholæ, probe norint omnes, qui in scriptis legendis ejus versati sint. Hic ipse tamen Origenes in operibus suis, utinam Pierii quoque volumina ad nos pervenissent, non tantum sæpe de Spiritu S. conjuncte cum duabus alteris τῆς προσκυνητῆς Triadis personis (ipsius voces sunt in *Comment. in S. Joan. Evang.*) locutus est, verum etiam in loco, quem hic designabo, τὸ συνκΐδιον Spiritus docuit. Cons. Origenis loc. apud Euseb. lib. i. *adv. Marcellum* c. 4. p. 22. ed. Paris. Notabilia sunt verba Origenis de sanctis principiis, sive sermonibus de divinis Personis, in *Homil.* 5. in *Hierem.* infra in Notis ad THEOGNOSTUM adposita. p. 227.

P. 212. l. 11. εἰς τὸν Λόγον] H. e. Unum ex tomis ejus libri, qui a Photio lectus est; idemque venit dicendum de tractatu in Osee statim post memorato, etsi de hoc, tanquam si separatus et justus quidam liber esset, Hieronymus in libro *De Viris Ill.* locutus est.

Ibid. l. 15. Χερουβὶμ—τῆς τοῦ Ἰακὼβ στήλης] De Cherubim opere Mosis adi capp. xxxv. et xxxvii. *Exodi*, de lapide vero a Jacobo posito post visos ab eo angelos ascendentes et descendentes, consulendum est cap, xxviii. *Genesis*. Hac in re quoque imitatus erat Pierius Origenem, duos illos Seraphim apud Esaiam indicare Christum et Spiritum S. statuentem; quin immo interdum allegorias, ut alibi dixi, ita vecorde sectantem, ut veritatem literæ, quæ vocatur, sacræ scripturæ in rebus proculdubio vere gestis subvertat. Hoc tamen an fecerit Pierius magistrum suum secutus, an contra in perscrutando mystico, seu spirituali, nonnullarum certe scripturarum sensu, pie ac sobrie versatus fuerit, nescio. Sed etiam Hieronymum video tantum insaniisse, ut scriberet ad Nepotianum in epistola *de Vita Clericorum*, historiam Davidis et Abisae Sunamitis *figmentum*

esse de mimo vel Atellanarum ludicro, si sequeris literam. Apage vero hasce allegoristarum nugas, quibus propter nonnulla vere typica in sacra scriptura, et alia quædam vel tropice prolata, vel ambiguæ interpretationis, magni alioqui viri dum alios captare volebant, suam ipsorum famam læserunt. Mysterium autem hujusmodi expositionis videas ab Origene traditum cum alibi tum in lib. iv. *De Principiis* cap. i. §. 15. sive cap. primo *Philocaliæ* pag. 12. ed. Spenceri.

P. 212. l. 17. ὡς ὐδὲν ἦσαν ὡς ἕτερα τὰ γεγενημένα] Hœschelius vult legere ὡς οὐδὲν ἦσαν, ὡς ἕτερον ἦσαν, ὡς ἕτερα τ. γ. Atque additur istud, ὡς ἕτερον ἦσαν, in codicibus, quos affert in notis Hœschelius. Sed fortasse locus sanus est, cujus ibidem Latinam addidi interpretationem. In verbis sequentibus, ὡς ὐδὲ τύπον, particulam ὡς delet Hœschelius, quæ abest a quatuor codicibus.

THEOGNOSTUS.

THEOGNOSTUS.

GUL. CAVIUS, *Hist. Lit.* tom. i. p. 146.

THEOGNOSTUS, Alexandrinus, sacrorum librorum interpres apud Photium, Cod. 106. ἀνὴρ λόγιος Athanasio, De Decret. Synod. Nicæn. qui et alibi eum θαυμάσιον καὶ σπουδαῖον vocat. Claruisse videtur circa an. 283. Origenis discipulus, saltem in scriptis ejus versatissimus. Certe vir erat cum ob doctrinam, tum ob vitæ sanctimoniam celeberrimus. Gymnasii Catechetici apud Alexandrinos præfectus erat. Unde in operum suorum inscriptione ἐξηγητὴς, seu librorum sacrorum interpres, dictus est, voce huic muneri pene propria. Origenis fuisse discipulum nemo dubitare potest, qui librorum ejus argumenta, quæ exhibet Photius, secum perpendet. Certe Arianis temporibus vetustiorem fuisse satis arguit, quod adversus Arianos testis adhibetur, quodque ipsum proxime post Origenem inter viros *priscos, admirandos, eruditos,* recenset Athanasius, in illud, *Quicunque dix.* Philippus Sidetes eum Pierio in schola Alexandrina successisse dicit (in fragmento a Dodwello ád finem *Dissert. in Irenæum* edito). Unde conjicere fas erit, Theognostum circa ann. 282. hanc scholam tenuisse, ut in Pierio observavimus. Scripsit stylo venusto admodum ac perspicuo, *Hypotyposewn libros* 7. quo-

rum singula argumenta recenset Photius. l. c. Primo de Deo Patre egit, &c. &c. (Vid. Fragmenta infra ad pag. 223.)

Hæc præstantiss. CAVIUS; at, nisi obstaret, si tamen obstare deberet, Philippi Sidetis auctoritas, ante Pierium collocandus esset Theognostus, quem et statim post Origenem, et inter priscos, posuit Athanasius, l. c.

THEOGNOSTI

CATECHISTÆ ALEXANDRINI,

QUI POST MEDIUM SECULI TERTII FLORUIT,

FRAGMENTA.

Ex Opusculo De Blasphemia in Spiritum Sanctum.

Ὁ ΠΡΩΤΟΝ παραβεβηκὼς ὅρον, καὶ δεύτερον, ἐλάττονος ἂν ἀξιοῖτο τιμωρίας. ὁ δὲ καὶ τὸν τρίτον ὑπεριδὼν, οὐκέτι ἂν συγγνώμης τυγχάνοι. Hoc affert S. Athanasius in *Epist.* iv. *ad Serapionem* §. 11. p. 703. ed. Benedictin. seu Montfaucon. qui pergit ita scribere:

Πρῶτον δὲ ὅρον καὶ δεύτερόν φησι τὴν περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ κατήχησιν· τὸν δὲ τρίτον, τὸν ἐπὶ τῇ τελειώσει καὶ τῇ τοῦ πνεύματος μετοχῇ παραδιδόμενον λόγον· καὶ τοῦτο βεβαιῶσαι θέλων, ἐπάγει τὸ παρὰ τοῦ Σωτῆρος εἰρημένον τοῖς μαθηταῖς· [a] ἔτι πολλὰ ἔχω ὑμῖν λέγειν, ἀλλ' οὔπω δύνασθε χωρεῖν· ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ ἅγιον Πνεῦμα διδάξει ὑμᾶς. εἶτά φησιν·

Ὥσπερ τοῖς μηδέπω χωρεῖν δυναμένοις τὰ τέλεια διαλέγεται ὁ Σωτὴρ, συγκαταβαίνων αὐτῶν τῇ σμικρότητι·

Qui primum et secundum terminum transgressus est, minori supplicio dignus videri possit: qui autem tertium contemserit, non ulterius veniam consequetur.

Primum autem terminum, et secundum terminum ait, doctrinam de Patre et Filio acceptam: tertium vero, verbum in initiatione et in participatione Spiritus traditum: quod confirmare volens, adducit illud Discipulis a Salvatore dictum: *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit Spiritus sanctus docebit vos.* Deinde ait:

Sicut eos qui perfecta nondum capere possunt alloquitur Salvator, ad illorum sese parvi-

[a] Joan. xvi. 12, 13.

τοῖς δὲ τελειουμένοις συγγίνεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ οὐ δήπου τις ἐκ τούτων ἂν φαίη τὴν τοῦ πνεύματος διδασκαλίαν ὑπερβάλλειν τῆς τοῦ υἱοῦ διδαχῆς· ἀλλ᾽ ὅτι ὁ μὲν υἱὸς συγκαταβαίνει τοῖς ἀτελέσι, τὸ δὲ πνεῦμα σφραγίς ἐστι τῶν τελειουμένων· οὕτως οὐ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ πνεύματος πρὸς τὸν υἱὸν ἄφυκτός ἐστι καὶ ἀσύγγνωστος ἡ εἰς τὸ πνεῦμα βλασφημία· ἀλλ᾽ ὅτι ἐπὶ μὲν τοῖς ἀτελέσιν, ἐστὶ συγγνώμη, [b] ἐπὶ δὲ τοῖς γευσαμένοις τῆς οὐρανίου δωρεᾶς καὶ τελειωθεῖσιν, οὐδεμία περιλείπεται συγγνώμης ἀπολογία, καὶ παραίτησις.

tatem demittens: cum perfectis autem Spiritus sanctus versatur: neque tamen quis ideo dixerit, Spiritus sancti doctrinam, Filii doctrinam superare: sed quod Filius quidem sese demittat ad imperfectos, Spiritus vero sanctus sigillum sit perfectorum; sic non propter excellentiam Spiritus sancti præ Filio, inexpiabilis et citra veniam est blasphemia in Spiritum: sed quia imperfectis datur venia; iis vero qui donum cæleste gustaverunt, et initiati sunt, nulla veniæ relinquitur excusatio vel deprecatio.

Ex Libro Secundo Hypotyposewn.

Οὐκ ἔξωθέν τίς ἐστιν ἐφευρεθεῖσα ἡ τοῦ υἱοῦ οὐσία, οὐδὲ ἐκ μὴ ὄντων ἐπεισήχθη· ἀλλὰ ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἔφυ, ὡς τοῦ φωτὸς τὸ ἀπαύγασμα, ὡς ὕδατος ἀτμίς· οὔτε γὰρ τὸ ἀπαύγασμα, οὔτε ἡ ἀτμὶς, αὐτὸ τὸ ὕδωρ ἐστὶν, ἢ αὐτὸς ὁ ἥλιος, οὔτε ἀλλότριον· (fortasse addendum, οὕτως,

Non extrinsecus adinventa est Filii substantia, neque ex nihilo educta, sed ex Patris substantia nata est, ut lucis splendor et aquæ vapor: neque enim splendor aut vapor ipsa aqua vel ipse sol est; neque rursus aliquid est alienum, sed

[b] Heb. vi. 4.

οὔτε ὁ υἱὸς αὐτὸς ὁ πατήρ ἐστιν, οὔτε ἀλλότριος) ἀλλὰ ἀπόῤῥοια τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας, οὐ μερισμὸν ὑπομεινάσης τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας. ὡς γὰρ μένων ὁ ἥλιος ὁ αὐτὸς οὐ μειοῦται ταῖς ἐκχεομέναις ὑπ' αὐτοῦ αὐγαῖς· οὕτως, οὐδὲ ἡ οὐσία τοῦ πατρὸς ἀλλοίωσιν ὑπέμεινεν, εἰκόνα ἑαυτῆς ἔχουσα τὸν υἱόν. Hæc attulit S. Athanasius in *Epist. de Decretis Nicænæ Syn.* §. 25. p. 230.

est aliquid emanans ex Patris substantia, ita tamen ut nullam divisionem eadem Patris substantia sit perpessa. Ut enim sol idem manens radiis ab ipso profluentibus non minuitur; ita neque Patris substantia mutationem ullam patitur, cum Filium sui ipsius imaginem habet.

De Libris Septem Hypotyposewn,

Hæc Photius in *Bibliotheca,* Cod. cv. p. 280. ed. Hœschel. an. 1653.

Ἀνεγνώσθησαν Θεογνώστου Ἀλεξανδρέως λόγοι ἑπτά· οὗ ἡ ἐπιγραφὴ, τοῦ μακαρίου Θεογνώστου Ἀλεξανδρέας καὶ ἐξηγητοῦ Ὑποτυπώσεις. ἐν μὲν οὖν τῷ πρώτῳ λόγῳ διαλαμβάνει περὶ τοῦ πατρὸς, καὶ ὅτι ἐστὶ δημιουργὸς, ἐπιχειρῶν δεικνῦναι, καὶ κατὰ τῶν ὑποτιθέντων συναΐδιον ὕλην τῷ Θεῷ. ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τίθησι μὲν ἐπιχειρήματα, δι' ὧν δεῖν φησι τὸν πατέρα ἔχειν υἱόν· υἱὸν δὲ λέγων, κτίσμα αὐτὸν ἀποφαίνει, καὶ τῶν λογικῶν μόνον ἐπιστατεῖν, καὶ ἄλλ' ἄτλα, (l. ἄτλα) ὥσπερ Ὠριγένης ἐπιφέρει τῷ υἱῷ. εἴτε ὁμοίως ἐκείνῳ δυσσεβείᾳ ἑαλωκὼς, εἴτε, ὡς ἄν τις εἴποι, ἐκβιασάμενος τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπολο-

Interprete A. Schotto.

Lecti sunt Theognosti Alexandrini libri septem, hac inscriptione: Beati Theognosti *Alexandrini, et sacrorum librorum interpretis Hypotyposes.* Primo libro de Patre agit, eumque esse rerum opificem ostendere nititur: etiam contra eos, qui materiam Deo coæternam faciunt. Libro vero secundo argumenta quidem ponit, quibus effici ait necessario, Patrem habere Filium. At cum Filium dicit, creaturam esse ipsum demonstrat, et ratione præditis tantum præesse. Ac plura id genus alia, una cum Origene Filio adscribit, sive eadem impietate ductus; sive, ut quis dixerit, illius defendendi studio, exercitationis isthæc gratia, et non ex sua sen-

γίαν, ἐν γυμνασίας λόγῳ καὶ οὐ δόξης ταῦτα προτιθείς· ἢ ϗ πρὸς τὴν τοῦ ἀκροατοῦ ἕξιν καὶ ἀσθένειαν, ἀμυήτου παντελῶς, εἰ τύχοι, ὄντος τοῦ τῶν χριςιανῶν θειασμοῦ, καὶ μὴ δυναμένου δέξασθαι τὴν τῆς θρησκείας ἀκρίβειαν, ὑποκατασπώμενος τῆς ἀληθείας· καὶ τὴν ὅπως δήποτε γνῶσιν υἱȣ̃ τῆς παντελοῦς ἀνηκοΐας καὶ ἀγνωσίας εἶναι νομίζων λυσιτελεςέραν ἀκροατῇ. ἀλλὰ διαλέξει μὲν ἡ τοιαύτη καταφυγὴ τοῦ μὴ λέγειν ὀρθῶς, καὶ ἀναχώρησις, οὐκ ἂν ἀπίθανος δόξῃ, οὐδὲ ἐχομένη ψόγȣ· τὰ πολλὰ γὰρ τῇ τȣ̃ προσδιαλεγομένου γνώμῃ ϗ δόξῃ ϗ ἰσχύϊ διαπράττεται. ἐγγράφȣ δὲ λόγȣ (for. addend. ὄντος), καὶ κοινοῦ προκεῖσθαι μέλλοντος νόμου τοῖς πᾶσιν, εἴ τις τῆς ἐν αὐτῷ βλασφημίας τὴν προειρημένην εἰς ἀθώωσιν ἐπιφέρει ἀπολογίαν, εἰς ἀσθενῆ κατέδραμε συνηγορίαν. ὥσπερ δὲ ἐν τῷ δευτέρῳ, οὕτω ϗ ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διαλαμβάνων, τίθησι μὲν ἐπιχειρήματα, τὴν τοῦ παναγίου Πνεύματος δεικνύων ὕπαρξιν ἀποπειρώμενος· τὰ δ' ἄλλα, ὥσπερ Ὠριγένης ἐν τῷ περὶ ἀρχῶν, οὕτω ϗ αὐτὸς ἐνταῦθα παραληρεῖ· ἐν δὲ τῷ τετάρτῳ περὶ ἀγγέλων καὶ δαιμόνων ὁμοίως ἐκείνῳ καινολογεῖ, ϗ σώματα αὐτοῖς λεπτὰ ἀμφιέννυσιν. ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ ϗ ἕκτῳ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τȣ̃ Σωτῆρος διαλαμβάνων, ἐπιχειρεῖ μὲν, ὡς ἔθος αὐτῷ, τὴν ἐνανθρώπησιν τȣ̃ υἱȣ̃ δυνατὴν εἶναι δεικνῦναι. πολλὰ δὲ ἐν αὐτοῖς κενοφωνεῖ· καὶ μάλιςα ὅταν ἀποτολμᾷ λέγειν, ὅτι τὸν υἱὸν φανταζόμεθα ἄλλοτε ἐν ἄλλοις

tentia proponens, sive a veritate nonnihil abduci sinens, ob imbecillitatem, captumque auditoris, qui nulla fortasse fidei Christianæ cognitione imbutus, minus poterat accuratiorem de religione cognitionem admittere, ut Filii propterea qualemcumque cognitionem auditori utiliorem existimarit esse, quam si omnino nec agnitus ille sit, nec auditus. Verum ut maxime in disputatione hoc pacto rectam sententiam declinare, ab eaque recedere non omnino absurdum, aut reprehensione dignum videatur: (nam ibi pleraque ex ejus, qui contra disputat, sententia et opinione, ac quasi vi fiunt:) In scripta tamen oratione, quæ legis instar omnibus in communi proponenda sit, si quis hanc sui purgandi causa, blasphemiæ conscriptæ defensionem adferat, is sane ad imbecillum confugiet patrocinium. Jam ut secundo libro, ita et tertio, de Spiritu sancto tractans, argumenta quidem adhibet, quibus Spiritum sanctum esse conatur ostendere; verum cætera, ad modum Origenis libro de principiis, etiam hic nugando delirat. Quarto dein libro de Angelis, et dæmonibus inania æque, ut ille, jactitans, exilia ipsis corpora inducit. Quinto vero et sexto pertractat ut Deus hominem induerit, tentatque suo more demonstrare, incarnationem Filii fieri potuisse. Multa et hic nugatur, maximeque dum illud asserere audet, imaginatione quidem

τόποις περιγραφόμενον, μόνῃ δὲ τῇ ἐνεργείᾳ μὴ περιγραφόμενον. ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ, ὃ καὶ περὶ Θεȣ̃ δημιȣργίας ἐπιγράφει, εὐσεβέϛερόν πως περί τε τῶν ἄλλων διαλαμβάνει, καὶ μάλιϛα πρὸς τῷ τέλει τοῦ λόγου, περὶ τȣ̃ υἱȣ̃· ἔϛι δὲ τὴν φράσιν ἀπέριτΊος καὶ βαθὺς, καλλιλεξίᾳ τε ὡς ἐν Ἀτίικῷ ϗ συνήθει χρώμενος λόγῳ, καὶ τοῦ συνήθους οὐδ' ἐν ταῖς συντάξεσιν ἀνακεχωρηκώς. τοῦ μέν τοι μεγέθους δι' ἐνάργειαν καὶ ἀκρίβειαν τῶν ῥημάτων οὐ καταφέρεται. ἤκμασε δὲ ...
Cætera desunt.

nostra Filium aliis atque aliis locis circumscribi, re tamen atque actu ipso non esse circumscriptum. Septimo denique libro, quem de Dei creatione inscripsit, aliquanto pie magis cum de aliis tractat, tum præsertim de Filio in extrema operis parte. Dictio ejus plena est, et nihil habet redundans, vocibus item ut in Attica, minimeque affectata oratione, ita utitur venuste, ut nec in compositione quidem a consueto loquendi modo recedat: immo nec perspicuitatis, et accurationis causa a magnitudine deflectat. Floruit vero ...

ANNOTATIONES

IN THEOGNOSTI FRAGMENTA.

P. 221. l. 5. Ex Opusculo de Blasphemia in Spiritum Sanctum] Ex Theognosti opusculo, cui hujusmodi titulus inscriptus fuerat, hanc ῥῆσιν desumptam fuisse, verba illa indicare videntur, quæ eidem ῥήσει simulque alii cuidam Origenis excerpto præmisit Athanasius. Ita enim post allatum S. Matthæi illud de blasphemia in Spiritum S. vir beatus in *Epistola sua ad Serapionem* p. 702. Σὺ δὲ ἐζήτεις, τί δήποτε ἡ μὲν εἰς τὸν υἱὸν βλασφημία ἀφίεται, ἡ δὲ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἔχει ἄφεσιν οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. Παλαιοὶ μὲν οὖν ἄνδρες Ὠριγένης ὁ πολυμαθὴς καὶ φιλόπονος, καὶ Θεόγνωστος ὁ θαυμάσιος καὶ σπουδαῖος, ΤΟΥΤΩΝ ΓΑΡ ΤΟΙΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΩΝ ΣΥΝΤΑΓΜΑΤΙΟΙΣ ἐνέτυχον, ὅτε τὴν ἐπιστολὴν ἔγραψας· ἀμφότεροι γὰρ (for. γε) περὶ τούτου γράφουσι· ταύτην εἶναι τὴν εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα βλασφημίαν λέγοντες· ὅταν οἱ καταξιωθέντες ἐν τῷ βαπτίσματι τῆς δωρεᾶς τοῦ ἁγίου Πνεύματος, παλινδρομήσωσιν εἰς τὸ ἁμαρτάνειν. διὰ τοῦτο γὰρ μηδὲ ἄφεσιν αὐτοὺς λήψεσθαί φασι, καθὰ καὶ ὁ Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους λέγει· ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας &c. ταῦτα δὲ κοινῇ μὲν λέγουσι, καὶ ἰδίαν δὲ ἕκαστος προστίθησι διάνοιαν. ὁ μὲν γὰρ Ὠριγένης &c. ὁ δὲ Θεόγνωστος καὶ αὐτὸς προστιθεὶς, φησὶ ταῦτα· Ὁ ΠΡΩΤΟΝ παραβεβηκὼς ὅρον &c. *Tu autem percontabaris, cur blasphemia in Filium dimittitur, blasphemia autem in Spiritum sanctum veniam non obtinet neque in præsenti sæculo, neque in futuro. Prisci certe viri, Origenes, eruditissimus et laboriosus scriptor, et Theognostus admirandus ille et studiosus homo, (horum enim opera legebam, cum Epistolam accepi tuam) ambo quippe eam rem pertractant, aiunt, illam esse in Spiritum sanctum blasphemiam, cum ii quibus in baptismate donum Spiritus sancti tribuitur, ad peccata recidunt. Ideoque illos remissionem non consequuturos, aiunt: quemadmodum et Paulus in Epistola ad Hebræos ait,* (*Heb*. vi. 4.) Impossibile est enim, eos qui semel sunt illuminati, &c. *Et id ipsum quidem ambo dicunt; sed suam singuli sententiam adjiciunt. Nam Origenes* &c. *Theognostus autem hæc adjicit:* QUI primum et secundum terminum transgressus &c.

P. 221. l. 8. τυγχάνοι] Sic *Codd.* Regius et Seguerianus. Basilienses vero, τυγχάνῃ. Editi τύχοι. Editor Benedictin.

Ibid. l. 12. τὸν ἐπὶ τῇ τελειώσει—λόγον] Origenes *Homil.* v. in *Hieremiam*, p. 157. ed. Benedictin.—ἐὰν δὲ πρὸ τοῦ ἀρότρου, καὶ πρὸ τοῦ νεώματα ποιῆσαι ἐν τῷ ἡγεμονικῷ τῶν ἀκουόντων, λάβῃ τις τὰ σπέρματα τὰ ἅγια, τὸν περὶ τοῦ πατρὸς λόγον, τὸν περὶ τοῦ υἱοῦ, τὸν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τὸν λόγον τὸν περὶ ἀναστάσεως, τὸν λόγον τὸν περὶ κολάσεως,——καὶ σπείρῃ, παραβαίνει τὴν λέγουσαν ἐντολὴν πρῶτον· νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα· δεύτερον, καὶ μὴ σπείρετε ἐπ' ἀκάνθαις.

Ibid. l. 16. διδάξει ὑμᾶς] Hic autem Scripturæ locus, quoad sententiam tantum, non ad verbum ab Athanasio affertur. Ed. Bened.

P. 222. l. 1. συγγίνεται] Regius et Seguer. συγγίγνεται. Ed. Bened.

Ibid. l. 8. οὐρανίου] Regius et Seguer. ἐπουρανίου. Ed. Bened. Sic quoque textus Apostolicus.

Ibid. l. 9. τελειωθεῖσιν] Heb. vi. 4. quo procul dubio huic respexit Theognostus, legimus φωτισθέντας καὶ γευσαμένους, *eos qui fuerunt illuminati et gustaverunt*, cet. Hinc putaverim equidem eodem sensu dixisse Theognostum τελειωθεῖσιν, quo apostolum φωτισθέντας: scilicet de *baptizatis* seu *illuminatis* locum esse accipiendum. Hac enim significatione utrumque verbum φωτίζεσθαι et τελειοῦσθαι fuisse a Patribus usurpatum, neminem latet. Videsis Suicerum in *Thes. Eccl.* v. Τελειόω et Φωτίζω. Gallandius. Et de baptismo Ceillier quoque interpretatus est Theognostum in *Histoire Générale des Auteurs Sacrés* &c. vol. iii. c. 18. p. 334. At vero Theognosto τοὺς τελειουμένους commemoranti venisse in mentem peritiorum Christianorum, non baptizatorum solum, dubitabit nemo, cui nota sint scripta alumnorum scholæ Alexandrinæ propriæque ipsorum sententiæ.

Ibid. l. 21. Οὐκ ἔξωθέν τίς ἐστιν &c.] Verba hæc præmisit Athanasius: Οἱ μὲν οὖν ἐν τῇ Νικαίᾳ συνελθόντες ταύτην ἔχοντες τὴν διάνοιαν, τοιαύτας καὶ τὰς λέξεις ἔγραψαν, ὅτι δὲ οὐχ ἑαυτοῖς πλάσαντες ἐπενόησαν ταύτας· ἐπειδὴ καὶ τοῦτο προφασίζονται· ἀλλ' ἄνωθεν παρὰ τῶν πρὸ αὐτῶν παραλαβόντες εἰρήκασι, φέρε καὶ τοῦτο διαλέγξωμεν, ἵνα μηδὲ αὕτη αὐτοῖς ἡ πρόφασις παραλείπηται. μάθετε τοίνυν, ὦ χριστόμαχοι Ἀρειανοὶ, ὅτι Θεόγνωστος μὲν ἀνὴρ λόγιος οὐ παρῃτήσατο τὸ 'ΕΚ ΤΗΣ ΟΥΣΙΑΣ εἰπεῖν. γράφων γὰρ περὶ υἱοῦ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Ὑποτυπώσεων, οὕτως εἴρηκεν· ΟΥΚ ἔξωθέν τίς ἐστιν &c. *Itaque cum Patres Nicænæ synodi ita sentirent, hujusmodi dictiones illis scribere visum est. Quod vero ipsi*

eas non sibi excogitaverint, ut illi quidem objiciunt, sed ab aliis se antiquioribus acceperint, age, id quoque ostendamus, ne vel hæc ipsa incusatio illis supersit. Discite igitur, O Christi hostes Ariani, Theognostum virum eruditum minime refugisse ab hac ipsa dictione, ex substantia. *Nam in secundo Hypotyposeων hæc de Filio scribit:* NON extrinsecus adinventa est &c.

Ibid. l. 25. ὅτε ἀλλότριον] Whitbeio quidem assentiendum esse puto in *Modestis Disquisitionibus*, c. ii. §. 2. p. 68. scribenti, sententiam hic plane claudicare, et magnam omissionis alicujus inducere suspicionem; sed in quæstione de vocibus quas omissas fuisse arbitratur idem vir doctissmus, ab eo quam maxime dissentio. Ita enim locum supplere is voluit, " Ut enim nec vapor est aqua, nec jubar idem " cum sole, sed ex ipsis effluvia, ita nec Filii essentia est " eadem cum essentia Patris, ἀλλὰ ἀπόῤῥοια, sed effluvium " a Patris essentia." Sic vero prorsus negligeretur ὅτε ἀλλότριον, cujus dictionis repetitio causa omissionis videtur fuisse. Et mecum de emendandi loci ratione consentientes habebo, non solum orthodoxos, sed et criticos. Cæterum ab apostolo appellatur Filius ἀπαύγασμα τῆς δόξης, ϰ̀ χαρακτὴρ τῆς ὑποςάσεως αὐτȣ̃. *Heb.* i. 3.

P. 223. l. 21. κτίσμα αὐτὸν ἀποφαίνει] Ut Theognosti ὀρθοδοξίαν tueatur, nos monet clarissimus Bullus, verum esse non posse, quod scribit Photius, docuisse eum, idque in eo ipso, quem excitat Athanasius, Hypotyposeon libro secundo, Filium Dei, qua proprie Filius Dei est, creaturam esse; immo ipsum Photium sibi fidem detrahere, qui in sequentibus ait, dixisse Theognostum Dei Filium τῇ ἐνεργείᾳ μὴ περιγραφόμενον, *vi sive efficacia non esse circumscriptum*, quod certe de creatura dici non possit. *Defens. Fidei Nicæn.* Sect. II. cap. x. §. 8. pag. 123. Ad hæc respondens Whitbeius in loco jam indicato, vult ita se rem habere, ut de aliorum tantum agens opinionibus, non ex sententia sua, Theognostus hoc posterius protulisse censeatur. Cui quidem effugio nihil veri inesse, omnibus verba Photiana legentibus clare constabit. Veruntamen re ipsa adhibuisse vocem κτίσμα, cum de Filii generatione ageret, Theognostum, vix fortasse ei diffitendum, qui dicendi formulas disserendique rationem in schola Origeni[illegible] in memoriam revocaverit. Immo vero, cum [illegible] Dionysius Alexandriæ episcopus in *Epistola ad* [illegible]*em et Ammonem*, cujus notitia tibi datur a S. [illegible] in *Epistola de Dionysii Sententia*, ad pagg. 246. [illegible] Benedictinæ, Filium ποίημα καὶ γενητὸν

dixisset, postea ἀπολογούμενος non solum non negabat, Filium ὁμοούσιον τῷ πατρὶ esse, verum etiam dicebat, haud differre ab hac notione argumenta, quæ ipse in eadem epistola attulerat; τοῖς δὲ δύο ῥηματίοις ἀσυνθέτοις (ait vir sanctus de verbis sibi objectis) καθάπερ λίθοις μακρόθεν ἐπιχειρήσασι με βάλλειν, ἀγνοοῦντες ὡς τῶν ἀγνοουμένων καὶ προσαγωγῆς εἰς ἐπίγνωσιν δεομένων οὐ μόνον ἀλλοῖα πόλλακις, ἀλλὰ καὶ ὑπεναντία τεκμήρια, γίνεται τῶν ἐπιζητουμένων δηλώματα. *Epist. Dionysii* Ἐλέγχου καὶ Ἀπολογίας apud Athanas. ibid. num. 18. p. 255. vel supra ad pagg. 196. et 197. hujus vol. Notandum insuper, id quod alios jam monuisse haud dubito, nobisque verisimile esse confirmat Dionysius Romanus supra ad pag. 181. fieri posse, ut locus celebris capitis viii. *Proverbiorum*, Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, ad Filium Dei significandum a veteribus sæpe detortus, tum vero illa apostolorum, πρωτότοκος πάσης κτίσεως et ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τοῦ Θεοῦ, de Christo usurpata, vocis κτίσμα aliarumque vix ferendarum usum etiam apud recte sentientes parerent.

Stephanus quidem Gobarus apud Photium *Biblioth.* Cod. CCLXXXII. p. 904. qui contrarias et sibi oppositas diversorum auctorum sententias in opere suo ex professo collegerat, id dignum observatu putarat, ab Athanasio laudatos fuisse Origenem et Theognostum; unde fit verisimile, hunc ipsum, haud aliter atque Origenem, ab aliis culpatum fuisse, et censoria virgula notatum. Interea, etsi illud pro certo non affirmaverim, vocem ὁμοούσιον de Filio Dei Origenem revera adhibuisse, cum dubia fides sit Rufini interpretis *Apologiæ Pamphilianæ* pro eodem Origene; sed Theognostum nostrum, vocabulo licet ipso non usus sit in pauculis istis fragmentis, vim tamen ejus atque sensum in ῥήσει sua posteriore expressisse, manifestius est, quam ut dubitari possit.

P. 223. l. 22. καὶ τῶν λογικῶν μόνον ἐπιστατεῖν] Statuit quidem Origenes, quod in scriptis ejus versati norunt, Patrem ad omne, quod existit, pervadere, Filium vero ad rationalia, ad solos autem sanctos Sanctum Spiritum. Nec tamen velle eum negare, omnia de tota Triade prædicari posse, etsi quædam Filio assignaverit, aliaque tribui ab eo Spiritui S. soleant, egregie confirmat nobis præstantissimus Huetius in *Origenianis*, lib. ii. cap. 2. quæst. ii. §§. 27, 28. pp. 46, 47.

P. 224. l. 17. καινολογεῖ] κενολογεῖ ad marg. *Photii* reposuit Hœschelius.

P. 224. l. 20. δυνατὴν] Al. δι' αὐτὴν ad marg. *Photii* notatum est. Sed melior est lectio recepta.

Ibid. l. 21. ἄλλοτε ἐν ἄλλοις τόποις περιγραφόμενον] Lucem huic dicto ea fortasse commodabunt, quæ scribere videtur anagogice, ut loquuntur, de Servatoris nostri transfiguratione Origenes in tomo xii. *Commentarii in Mat.* p. 297. ed. Huetii, p. 558. ed. Delaruan. ἀλλ' ἄκουε τούτων, εἰ δύνασαι, πνευματικῶς, προσέχων ἅμα, ὅτι οὐκ εἴρηται μὲν ἁπαξαπλῶς μετεμορφώθη, μετὰ δέ τινος ἀναγκαίας προσθήκης, ἣν ἀνέγραψε Ματθαῖος, καὶ Μάρκος· κατὰ γὰρ ἀμφοτέρους, μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν. καὶ κατὰ τοῦτό γε ἐρεῖς δυνατὸν εἶναι τὸν Ἰησοῦν ἔμπροσθεν μὲν τινῶν μεταμορφωθῆναι ταύτην τὴν μεταμόρφωσιν· ἔμπροσθεν δὲ ἑτέρων, κατὰ τὸ αὐτὸ καιροῦ μὴ μεταμορφωθῆναι. De natura autem corporis Christi in hunc modum adeo errasse Origenem, ut ipsum illud haud verum esse, sed specie tenus apparens, statueret, adversarii ejus calumniari soliti sunt.

P. 225. l. 7. καταφέρεται.] Cavius *Hist. Lit.* tom. i. p. 147. v. *Theognostus*, post commemoratam hanc Photii recensionem, ait. "Hæc quidem de Theognosto ejusque scriptis "Photius, durius forsan quam par erat, ea interpretatus. "Potuit phrases admodum incautas, et satis periculosas "usurpare, pariter ac omnes pæne Antenicæni patres, qui "re nondum excussa et decisa scripserunt. Certe de "Theognosto tanquam homine valde orthodoxo loquitur "Athanasius, et quæ ex eo citat, Filium ὁμοούσιον esse di-"serte probant, ipsosque Arianos ejus testimonio premit "provocatque." Cæterum affertur *Theognostus Alexandrinus* in codice quodam Græco bibliothecæ S. Marci Venetiis, teste ejusdem bibliothecæ *Catalogo* anno 1741. impresso. Utrum vero ab excerptis Athanasianis ῥῆσις illa differat, nondum rescivi.

S. VICTORINUS.

S. VICTORINUS.

S. Hieronymus, *Lib. De Viris Illustribus*, cap. lxxiv. p. 163.

[a] VICTORINUS Petavionensis Episcopus, non æque Latine ut Græce noverat. Unde opera ejus grandia sensibus, viliora videntur compositione verborum. Sunt autem hæc: Commentarii in Genesim, in Exodum, in Leviticum, in Esaiam, in Hezechiel, [b] in Abacuc, in Ecclesiasten, in Cantica Canticorum, in Apocalypsim Joannis, [c] adversum omnes hæreses, et multa alia. Ad extremum [d] martyrio coronatus est.

[a] Victorinum hunc, quem in Diocletiani persecutione subiisse martyrium traditur in Martyrologio Rom. 2. Nov. non Pictaviensem in Aquitania secunda, sed Petavionensem seu Petabionensem in superiore Pannonia fuisse episcopum, atque ita constanter legi in Codicibus MSS. et longe plurimis editionibus Hieronymi tum hoc loco tum supra cap. 18. tum Epistola contra Vigilantium et libro contra Helvidium et in Ezech. xxxvi. demonstravit Jo. Launojus in Diss. de Victorino, Paris. 1653. 8. Fabricius. Mors Victorini in Chronologia quidem Tillemontiana ad an. Christi 304. signata est; quo tamen persecutionis anno ipsa acciderit, haud liquet ex veteribus, quod sciam, scriptoribus.

[b] Ex hisce Victorini commentariis vix quicquam hodie ætatem tulit præter ἀποσπασμάτιον *de fabrica mundi* quod ex ejus Commentariis in Genesin videtur repetitum esse et ex MS. Codice Lambethano vulgavit præstantissimus vir Guil. Cave. Certe

commentarius *in Apocalypsim* qui sub Victorini fertur nomine, oppugnat Chiliasmum, quem a Victorino propugnatum diserte Hieronymus supra cap. 18. testatur. Fieri tamen potest ut partim Victorini sit, partim alterius, nempe interpolatoris, judice Launojo p. 50. qui notat jure merito etiam dubitari num Hieronymum auctorem habeat quæ Commentario illi præfigitur ad Anatolium Præfatio. Fabricius. De hoc Comment. vid. infra.

[c] Hoc opus respicit S. Optatus Victorinum laudans lib. i. *Marcion, Praxeas, Sabellius, Valentinus et cæteri temporibus suis a Victorino Petavionensi, a Zephyrino Urbico,* (h. e. urbis Romæ episcopo) *et Tertulliano Carthaginiensi usque ad Cataphrygas, et ab aliis assertoribus ecclesiæ catholicæ superati sunt.* Fabricius.

[d] Ergo A. 392. cum hæc S. Hieronymus scriberet, Victorinus martyrium jam subierat. Fabricius. Cum vero ante Pamphilum, qui martyrio in vexatione Maximiniana obiit, hunc collocaverit Hieronymus, vix dubium, quin ante Constantini solum imperium martyr factus esset Victorinus. Eundem inter *columnas ecclesiæ* commemorat idem scriptor initio libri i. *In Rufin.* p. 199. ed. Froben. ubi addit, *martyrem Victorinum simplicitatem suam in eo probare, dum nulli molitur insidias.*

S. VICTORINI MARTYRIS,

PETAVIONENSIS EPISCOPI,

QUI VERGENTE AD FINEM SÆCULO TERTIO FLORUIT,

FRAGMENTUM.

INCIPIT TRACTATUS VICTORINI DE FABRICA CŒLI.

COGITANTI mihi, (for. *et* addend.) una cum animo meo conferenti, de fabrica mundi istius, in quo clausi tenemur, etiam velocitas fabricæ istius hæc est; sicut in libro Moysis continetur, quem de conditione ipsius scripsit, qui Genesis appellatur. Totam molem istam, Deus sex diebus in ornamento (for. ornamentum) majestatis suæ expressit, septimo quibus (for. quietus) benedictione ... (for. supplend. sua) consecravit. Idcirco igitur, quoniam septenario numero dierum et cœlestia et terrestria reguntur, principii loco, de hac septimam ad omnium septimanarium regionum (for. septimana ad omnium septimanarum rationem, *Walkerus.*) metibor, et prout potuero, virtutis diem in eam (for. divinæ) consummationem conabor exprimere.

In principio fecit Deus lucem, eamque duodenario numero horarum, die noctuque, divisit, idcirco videlicet, ut laboribus hominum requies (for. requietis, *Walker.*) locum noctem dies superduceret, rursus dies supervinceret; hac se (for. ac sic, *Walker.*) alterna vice labor quietis (for. quiete noctis, *Walker.*) refoveretur, quies exercitatione rursus diei temperaretur. [a] *Quarto die fecit duo luminaria*

[a] Gen. i. 16, 17.

in cœlo, majus et minus, ut alterum præesset diei, alterum nocti, solis et lunæ; cæteraque sidera posuit in cœlo, *ut lucerent super terram,* et discernerent tempora et annos et menses et dies et horas per stationes.

Nunc ratio veritatis ostenditur, quare dies IIII. tetras nuncupatur (for. nuncupetur); quare usque ad horam nonam jejunamus (for. jejunemus), usque (for. aut usque) ad vesperam, aut superpositio usque in alterum diem fiat. Mundus itaque iste ex quatuor elementis constat, igne, aqua, cœlo, terra. Hæc igitur quatuor elementa temporum (for. delend. temporum, *Walker.*) tetradem faciunt. Sol quoque et luna per anni spatium quatuor tempora efficiunt, veris, æstatis, autumni, hyemis; et hæc tempora tetradem faciunt. Et ut ex ea re longius enarrem, ecce [b] quatuor animalia ante thronum Dei, quatuor evangelia, [c] quatuor flumina in paradiso fluentia, quatuor generationes populorum, ab Adam usque ad Noe, a Noe usque ad Abraham, ab Abraham usque ad Moysem, a Moyse usque ad Christum Dominum, Filium Dei; et [d] quatuor animalia, hominis, vituli, leonis, aquilæ; et [e] quatuor flumina, Fyson, Geon, Tygris, Euphrates. Homo Christus Jesus auctor eorum, quæ supra memoravimus, tetrade ab impiis comprehensus est. Itaque ob captivitatem ejus tetradem (for. tetrade et) ob majestatem operum suorum, et (for. ut) tempora humanitatis (for. humanitati) salubria, frugibus læta, tempestatibus tranquilla, decurrant, ideo aut (for. *addend.* stationem, aut) superpositionem facimus.

Die quinto terra et aqua fœtus suos ediderunt. Die sexto creata sunt, quæ deerant; ac sic Deus hominem de humo instruxit, dominum omnium rerum, quæ (l. quas) super terram et super aquam creavit. Prius tamen angelos atque archangelos creavit, quam hominem finxit, spiritalia terrenis anteponens. Prius enim lux, quam cœlum et ter-

[b] Apoc. iv. 6. [c] Gen. ii. 10. [d] Apoc. iv. 7. [e] Gen. ii. 11.

ram (for. terra, *Walker*.). Hic dies sextus parasceve appellatur, præparatio scilicet regni; Adam enim quem (delet quem *Walker*.) ad imaginem et similitudinem suam consummavit. Idcirco autem prius opera sua consummavit, quam angelos creavit, et hominem fabricavit, ne forte adjutores se fuisse falsa dictione adseverant (for. adseverarent, *Walker*.). Hoc quoque die ob passionem Domini Jesu Christi aut stationem Deo, aut jejunium, facimus. Die septimo requievit ab omnibus operibus suis, et benedixit eum et sanctificavit. Hoc die solemus superponere; idcirco, ut die Dominico cum gratiarum actione ad panem exeamus. Et parasceve superpositio fiat, ne quid cum Judæis sabbatum observare videamur, quod ipse dominus sabbati Christus per prophetas suos [f] *odisse animam* suam dicit; quod sabbato (for. sabbatum, *Walker*.) corpore suo resolvit: prius autem, cum ipse Moysi præciperet, ne circumcisio diem octavum præteriret, quæ die sabbato (for. sabbati) plerumque incurrit, [g] sicut in evangelio scriptum legimus. [h] Moyses prospiciens duritiam populi illius, idcirco die sabbati legebamus [i] et seipsum crucifixit (for. levabat manus, et sic ipsum cruci fixit). [k] Et prœlio quæ (for. quærebantur) ab allophylis sabbato, ut caperentur, et velut severitatem (for. severitate) legis ad devetando (for. devitandam) disciplinam formarentur.

Et ideo David in Psalmo sexto pro die octavo Domino (for. Dominum, *Walker*.) [l] *rogat ne in ira, neque in furore* suo arguat eum, aut judicet; hic est enim revera futuri illius judicii dies octavus, qui extra ordinem septimanæ dispositionis excessurus est. Jesus quoque Naue, successor Moysis, et ipse sabbatum resolvit, [m] die enim sabbati præcepit filiis Israel ut muros civitatis Hiericho tubicinibus circuirent, et bellum allophylis indicarent. Matthias

[f] Is. i. 13, 14. [g] Joan. vii. 22. [h] Mat. xix. 8.
[i] Ex. xvii. 9, 12. Col. ii. 14. [k] 1 Mac. ii. 31—41. [l] Ps. vi. 1.
[m] Jos. vi. 3.

Nunc igitur de inerrabili gloria Dei et providentia videas memorari; tamen, ut mens parva poterit, conabor ostendere. Ut Adam illum per septimanam reformaverit, atque universæ suæ creaturæ subveniret (for. subvenerit, *Walker*.), nativitate filii sui Jesu Christi Domini nostri factum est. Quis itaque lege Dei doctus, quis plenus Spiritu sancto, non respiciat corde, ea die Gabriel angelum Mariæ virgini evangelizasse, qua die draco Evam seduxit; ea die Spiritum sanctum Mariam virginem inundasse, qua lucem fecit; ea die in carne esse conversum, qua terram et aquam fecit; ea die in lacte esse conversum, qua stellas fecit; ea die in sanguine, qua terra et aqua fœtus suos ediderunt; ea die in carne esse conversum, qua die hominem de humo instruxit; ea die natum esse Christum, qua hominem finxit; eadem (for. ea, *Walker*.) die esse passum, quo (for. qua, *Walker*.) Adam cecidit; ea die resurrexit (for. resurrexisse, *Walker*.) a mortuis, qua lucem fecit. Humanitatem quoque suam septenario numero consummat, nativitatis, infantiæ, pueritiæ, adolescentiæ, juventutis, perfectæ ætatis, occasum (for. occasus, *Walker*.). Judæis quoque humanitatem suam etiam his modis ostendit, cum esurit, sitit, cibum potumque dedit, cum ambulat, eas esse scit (for. et secessit), [r] cum super cervicalem (for. cervical) dormivit; cum autem freta aut procella (for. procellosa, *deleto* aut) pedibus ingreditur, ventis imperat, ægros curat, et claudos reformat, cæcos eloquentia instituit (for. *excidit*, surdos facit audire, et mortuos restituit), videte Dominum se esse nuntiari ejusdem (for. nuntiare eisdem).

Duodenario numero dicere (for. dies) ut supra memoravi, per duodenas horas bifarie divisus est lucis et noctis, per has namque horas menses et anni et tempora et sæcula computantur. Constituta (for. constituti *Walker*.)

[r] Marc. iv. 38.

sunt itaque sine dubio autem (delend. autem, ait *Walker.*) diei angeli duodecim, noctis angeli duodecim, pro numero scilicet horarum. [r] Hi sunt namque XXIIII. testes dierum et noctium, qui sedent ante thronum Dei, coronas aureas in capitibus suis habentes, quos in (in delend. monet *Walker.*) apocalypsis Johannis apostoli et evangelistæ seniores vocat, idcirco quia seniores sunt et aliis angelis et hominibus.

Explicit Tractatus Victorini de Fabrica Mundi.

Primus ex Codice Lambethano edidit Gul. Cavius *in Historia Lit.* vol. i. pag. 148.

Interpretationem, quæ sequitur, Esaiæ cap. vi. comm. 2. *commemorat S. Hieronymus Epist. ad Damasum,* tom. iii. p. 518. *ed. Martianæi.*

[s] Sex alæ uni (ex Seraphim), et sex alæ alteri. Victorinus noster duodecim apostolos interpretatus est.

De S. Victorini Interpretatione Ecclesiastis cap. iv. comm. 13. *Ita S. Hieron. Comm. in Ecclesiast. ad loc.* tom. ii. p. 741.

Origenes et Victorinus non multum inter se diversa senserunt. Post generalem enim illam sententiam, quæ omnibus patet, quod melior sit adolescentulus pauper et sapiens, quam rex senex et insipiens, et quod frequenter evenit, ut ille per sapientiam suam etiam de carcere regis egrediens imperet pro dominatore perverso; et rex insipiens perdat imperium, quod tenebat: super Christo et Diabolo hunc locum interpretati sunt, quod puerum pauperem et sapientem, Christum velint puerum, juxta illud, [t] Magnum tibi est vocari te puerum meum; Pauperem vero, [u] quia pau-

[r] Apoc. iv. 4 [s] Is. vi. 2. [t] Is. xlix. 6. [u] 2 Cor. viii. 9.

per factus est, quum dives esset; et Sapientem, quia [x] proficiebat ætate et sapientia et gratia apud Deum et homines. Iste natus est in regno senis, &c. &c.

De Victorino ita scribit S. Hieronymus, Advers. Helvidium, tom. iv. p. 141.

De Victorino id assero, quod et de Evangelistis, fratres eum dixisse Domini, non filios Mariæ: fratres autem eo sensu, quem superius exposuimus, propinquitate, non natura.

De Sententia quadam Victorini, aliorumque, ita S. Hieron. De Viris Ill. cap. 18.

Hic (Papias) dicitur mille annorum Judaicam edidisse δευτέρωσιν, quem secuti sunt Irenæus et Apollinarius et cæteri, qui post resurrectionem aiunt in carne cum sanctis Dominum regnaturum. Tertullianus quoque in libro de spe fidelium, et VICTORINUS PETABIONENSIS, et Lactantius hac opinione ducuntur.

De eadem Sententia ita S. Hieron. Comm. in Ezech. cap. 36. tom. iii. p. 952.

Neque enim juxta Judaicas fabulas, quas illi δευτερώσεις appellant, gemmatam et auream de cœlo expectamus Hierusalem, nec rursum passuri circumcisionis injuriam, nec oblaturi taurorum et arietum victimas, nec sabbati otio dormiemus. Quod et multi nostrorum, et præcipue Tertulliani liber, qui inscribitur de spe fidelium, et Lactantii institutionum volumen septimum pollicetur; et VICTORINI PETABIONENSIS episcopi crebræ expositiones; et nuper Severus noster in dialogo, cui Gallo nomen imposuit. Et ut Græcos nominem, et primum extremumque conjungam, Irenæus et Apollinarius.

[x] Luc. ii. comm. ult.

ANNOTATIONES

IN S. VICTORINI FRAGMENTUM.

P. 235. l. 5. TRACTATUS VICTORINI DE FABRICA MUNDI] Commentarioli edendi his verbis rationem reddit Guil. Cavius in *Hist. Lit.* tom. i. p. 147. "Extat penes me "Victorini *Tractatus* hactenus ineditus *de Fabrica Mundi*, "quem ex vetusto codice bibliothecæ Lambethanæ descrip- "sit vir cl. Henricus Mauritius, S. T. P. Domino Archiepi- "scopo a sacris domesticis, mecumque benigne communi- "cavit. Et secunda jam vice ad finem MS. codicis recogno- "vit vir doctissimus candidissimusque Johannes Batteley, "doctor Theologus ejusdem Archiepiscopi sacellanus. "Quis fuerit hic Victorinus, in cod. MS. non dicitur. Nos- "trum vero esse tum stylus, tum res ipsa aperte clamant, "præsertim cum in eo Chiliastarum error manifeste defen- "datur, quem Victorinum nostrum fovisse tradit Hierony- "mus. (*De Script. Ill.* c. 18.) Videtur esse hic libellus ἀπο- "σπασμάτιον quoddam ex *Comment.* vel in Genesin, vel in "*Apocalypsin* decerptum, quod proinde tum propter vene- "randam antiquitatem, tum propter celeberrimi martyris "famam hic subjungam. Sic ergo habet codex Lambe- "thanus, vitiose quidem in nonnullis, quæ sensum alicubi "minus clarum reddunt. Conjecturas quasdam, quas "prædicti doctores subministrarunt, in marginem conje- "cimus." Hæc vir præstantissimus. Postea vero doctus ille novæ editionis Historiæ Cavianæ adornator, non tantum opusculum istud repetendum curavit, sed et aliud præterea codicis Lambethani exemplum accurate descriptum adjecit, addita notitia ejus, quæ sequitur. "Co- "dex hic MS. quem descripsit Henricus Mauritius, post- "eaque recognovit Johannes Batteley, uterque Domino "Archiepiscopo Cant. a sacris domesticis, codex est "membranaceus in quarto Bibliothecæ Lambethanæ, "notatus ibidem N°. 90. vetustus sane, utpote qui 800. "circiter annos habeat. Continet inter varios aliorum "tractatus, hunc Victorini de Fabrica Mundi a p. 71. qui "sine alterius codicis ope emaculari satis non potest, "quod in aliis etiam libris, qui unico nituntur MSto co-

"dice, ut in Velleio Paterculo, Minucio, Arnobio, usu "venit. Cum vero parum accurate descriptus antea et "recognitus fuerit, denuo ad fidem MS. codicis recognovit vir cl. J. Walker S. T. P. et adnotatiunculas insuper "criticas in gratiam lectoris adjecit." Accuratissimam autem postremam hanc recensionem fuisse mihi satis probavit ejusdem collatio cum codice MSto, quam rogatu meo instituere dignatus est vir de patrio sermone literisque humanioribus optime meritus Henricus Joan. Todd, qui Domini Archiepiscopi bibliothecam custodit. Ejusdem denique cl. Walkeri correctionibus, cujus merita in Ciceronem per Joannem Davisium satis nota sunt, symbolam addere meam constitui, nimirum ut purior, si non defæcata, evaderet sancti martyris oratio. Repetivit in tomo iv. suæ *Bibliothecæ PP.* Gallandius Walkeri et apographum et notas, inque sectiones opusculum ipse divisit.

P. 235. l. 6. et una cum animo meo conferenti] Particulam *et* supplere ausus sum.

Ibid. l. 8. velocitas fabricæ istius hæc est] Saltem verbo durius hoc est, haud tentandum tamen, cum tota oratio scabra sit et parum Latina.

Ibid. l. 9. conditione] Gloss. Vet. *Conditio.* κατάςασις. Hoc quidem loco pro *creatione* vox adhibita, sæpius apud ecclesiasticos scriptores poni solita est pro *re creata.*

Ibid. l. 12. septimo ... consecravit] MS. *septimo quibus laborem benedictione* : : : *consegravit,* cum *c* super *g* scripto. Verba *quibus laborem* transfixa sunt lineola a recenti manu; ex vestigiis scripturæ veteris sic restituo— septimo *quievit a labore* et benedictione consecravit. Sic infra, *Die septimo requievit ab omnibus operibus suis, et benedixit eum.* WALKERUS. Si hæ viri cl. correctiones in textum debeant recipi, ego quidem, cum in MS. spatium relictum sit ante verbum *consecravit,* addendum putarim *eum.* Sed, ut verum dicam, longe recedere a literarum ductu voces istæ videntur, ut malim ego *quietus* pro *quibus* reponere, et *sua* addere post *benedictione.*

Ibid. l. 15. septimam—regionum] MS. *septimam ad omnium septimarium regionum.* Lego, *de hac septimana omnium septimanarum rationem* metibor. Infra, qui extra *ordinem septimanæ dispositionis* excessurus est. WALKER.

Ibid. l. 18. virtutis diem in eam consummationem] Fortasse reponendum est, *virtutis* divinæ *consummationem.* Habes infra ad p. 237. l. 4. *Deus—opera sua consummavit.*

Ibid. l. 19. conabor] Gallandius ait, "Walkerus legebat "*conamur.* Sed precedentia *metibor—prout potuero—cona-*

" *bor* legendum suadent. Sic infra §. vi. *ut mens parva po-* " *terit, conabor ostendere.*" In MS. quidem super literam *o* posteriorem in *conamor* scripta est litera *u*, non a Walkero addita seu reposita. Habet Cavii apographum *conabor*.

P. 235. l. 20. duodenario] *duodecinario* MS. Correxerat Cavii apograph.

Ibid. l. 22. requies—superduceret] Bene Walkerus *requietis* pro *requies;* Cavii apographum *superduceret* præbet pro *superdoceret* lectione MSti.

Ibid. l. 23. hac se—temperaretur] MS. *hac* se alterna vice labor *quietis* refoveretur, Walkeri emendationes *ac sic*, et *quiete noctis*, commemoravi. *Ac sic* habes infra ad pag. 236. lin. 29.

P. 236. l. 1. majus et minus—nocti] Sic correxit Cavianum apographum pro, majus *ut* minus ut alterum *præcessit* diei alterum *noctis*, et statim post, *cæteraque* pro *citheraque*, quod habet MS.

Ibid. l. 4. et horas per stationes] In MS. legitur et *horis præstationes*. Conjecturam, quæ adposita erat ad Cavii marginem, recepi.

Ibid. l. 5. dies IIII. tetras &c.] Apud veteres Christianos haberi solitæ sunt stationes, nempe religiosus cultus atque jejunium, tam quarta feria, quæ tetras vocabatur, quam sexta, parasceue dicta. Durabant autem istæ ad usque horam nonam, aut etiam ad vesperam; sed re sic comparata ut tempus produceretur, *jejunia* non stationes vocabantur, prout infra auctor ait p. 237. l. 7. *hoc quoque die* (sexto)—*aut stationem Deo*, aut *jejunium facimus*. Immo interdum, ut ostendit S. Victorinus, producebatur quartæ feriæ jejunium in crastinum, quæ est *superpositio*. Vid. not. supra ad S. DIONYSII *Epist. ad Basilidem*, vol. ii. p. 419. Addendum *aut* ante *usque ad vesperam*.

Ibid. l. 10. temporum tetradem] Monet delendum esse *temporum* Walkerus, quod ex sequentibus huc advectum est. Reposuerat *tetradem* pro *tetrade* Cavii apographum.

Ibid. l. 14. ex ea re] Ita præclare, ait Walkerus, viri docti ad marg. Cavii pro *ex ære*. Igitur hoc recepi.

Ibid. l. 16. quatuor generationes populorum, ab Adam &c.] Quid in mente inter hæc haberet Victorinus, haud capio, nisi quod tot sibi gentium origines in singulis istis quatuor genealogiis invenerit.

Ibid. l. 19. et quatuor animalia &c.] Scil. in *Apoc.* iv. 6, 7. per quæ quidem animalia vult signari quatuor evangelistas *Commentarius in Apocalyps.* in *Biblioth. Parisina PP.* tom. i. pag. 1249. Victorino huic nostro adscriptus.

Atque artis picturæ professores, dum evangelistarum pingebant effigies, animalia eadem quasi symbola sive signa juxta eos ponere soliti sunt. Immo Irenæus lib. iii. cap. 11. gemina sectatus, quatuor tantum evangelia idcirco existere oportere, ostendere est conatus. Excideritne apud Victorinum vox *similia* post *animalia*, viso Joanne judices.

P. 236. l. 21. Euphrates. Homo] Legere vult Walkerus *et* Euphrates. *Et* Homo. Sed priori quidem loco particula superflua esset, etsi in altero haud respuenda. Mox *auctor* pro *autor* ex MSto, monente cl. Toddio, edidi.

Ibid. l. 22. tetrade ab impiis] MS. hic et paulo infra *tetradem* habet. Correxerunt et Cavii Apographum, et Walkerus. Quî vero fiat, ut comprehensus esse dicatur Christus tetrade, seu quarta feria, vix intelligere me fateor. Gemina tamen habet Epiphanius in *Expos. Fidei Cathol.* §. 22. Συνάξεις, inquit, ἐπιτελούμεναι ταχθεῖσαί εἰσιν ἀπὸ τῶν ἀποστόλων, τετράδι καὶ προσαββάτῳ καὶ Κυριακῇ, τετράδι δὲ καὶ ἐν προσαββάτῳ ἐν νηστείᾳ ἕως ὥρας ἐνάτης. ἐπειδήπερ ἐπιφωσκούσῃ τετράδι συνελήφθη ὁ Κύριος &c. Sed de consilio impio tum inito a Judæis ad rem sceleratam efficiendam verba interpretanda sunt; conf. *Marc.* xiv. 1. quæ quidem Epiphanii verba, ut obiter hoc notem, inter ἀνέκδοτα Bibliothecæ Coislinianæ male collocavit cl. Montfauconius. Vid. *Catalogi* Præfat. fol. 3. versa pagina, et pag. 112. ubi tanquam si eadem fuerint Athanasii, afferuntur. Sed hoc misso, interpretationem meam firmat S. Petri Alexandrini Canon ultimus, qui hæc tradit; Οὐκ ἐγκαλέσει τις ἡμῖν παρατηρουμένοις τετράδα καὶ παρασκευὴν, ἐν αἷς καὶ νηστεύειν ἡμῖν κατὰ παράδοσιν εὐλόγως προστέτακται, τὴν μὲν τετράδα διὰ τὸ συμβούλιον ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἐπὶ τῇ προδοσίᾳ τοῦ Κυρίου· τὴν δὲ παρασκευὴν διὰ τὸ πεπονθέναι αὐτὸν ὑπὲρ ἡμῶν. τὴν γὰρ Κυριακὴν χαρμοσύνης ἡμερῶν &c. Sic Canon restituendus, ut alii quoque monuerunt, ex vetustissimis MStis. De observatione vero tetradis et parasceues, plura ibidem ad S. PETRUM ALEX. notabo.

Ibid. l. 23. tetradem ob majestatem] *tetradem* habet MS. cujus loco reponit *tetrade* Walkerus, sed ego *tetrade, et.*

Ibid. l. 24. et tempora—decurrant] Delendam esse particulam *et,* ait Walkerus, et ex ejus sententia *decurrunt* pro *decurrant* scribendum est. Sed *ut* pro *et* malim legere, *humanitati* porro pro *humanitatis.*

Ibid. l. 26. ideo aut [stationem, aut] superpositionem facimus] Videsis quæ paulo ante ad pag. 245. annotavi. MS. referente Walkeri apographo, *ideo aut superstitionem*

facimus. Corrigitur ad Cavii marg. *autem* pro *aut*, et in ipso apographo positum est *superpositionem* pro *superstitionem*, quod in MS. secundum Walkeri quidem recognitionem legitur, aliter vero se res habet teste cl. Toddio. Propter illa quoque, quæ mox sequuntur ad lin. 4. p. 237. *Hoc quoque die—aut* stationem *Deo aut jejunium facimus*, illud ausus sum addere, quod in textu vides.

P. 236. l. 29. ac sic Deus hominem] Quatuor hæc verba in Cod. MS. ante illa *die sexto* ponuntur; sed monente Walkero, verbis in hunc ordinem apud Cavianum apographum restitutis clara fiunt omnia.

Ibid. l. 32. quam] Recte addita fuisse in apographo hæc conjunctio videtur. Paulo post statuitur, neque ante mundum conditum, nec diebus sextum antecedentibus angelos creatos fuisse, sed demum sexto die. Diversa tamen diversi sentiunt de re, quæ in sacris literis vel haud omnino extat, vel certe haud liquido significatur.

Ibid. l. 33. terram] Sic MS. et in margine Caviani apographi suppletum est *creavit*, sed Walkeri præfero emendationem. Interea de re ipsa ex principio libri *Genesis* aliud quid colligo, quam istud Victorinianum. Ante luminaria quidem cælestia, quæ quarto die facta sunt, die primo lux creata est, sed non ante cœlum et terram; ἀδιοργανίϛον, scripsit Julius Africanus in *Chronico* supra ad vol. ii. p. 124. τέως (primo die) τὸ πρωτόκτιϛον φῶς ϗ κεχυμένον.

P. 237. l. 2. præparatio scilicet regni] h. e. sabbati magni, sive regni Christi, de quo infra aliquid videbis.

Ibid. quem] Addunt in margine Cavei, "Deest, *die sexto* "*creatus est*." Sed levi mutatione sic lego, Adam enim ad imaginem—consummavit. Deleto *quem*. WALKER.

Ibid. l. 6. adseverarent] Hanc Walkeri emendationem commemoravi. MS. habet *adseverant*. Cavianum apographum *asseverent*. Paulo supra MS. *crearet* pro *creavit*, quod in apographo correctum est.

Ibid. l. 8. aut stationem Deo, aut jejunium, facimus] *Statio* hoc Victorini loco non solum pro collecta quæ vocatur, sed etiam pro abstinentia, posita est, et minus diuturna erat, ut ante dixi, quam jejunium. Illud enim ad usque vesperam durabat, neque stationis instar, hora nona concludebatur. Ita supra tradit auctor, die quarto a cibo abstinere solitum esse, aut ad horam usque nonam, aut ad vesperam. p. 236. l. 6.

Ibid. l. 10. Hoc die solemus superponere] Concil. Eliberitinum Can. XXXVI. *Errorem placuit corrigi, ut omni Sabbato die* jejunii superpositionem *celebremus*. Tertullianus vero hunc morem jejunandi sabbato, quem Romana

saltem cum aliis Christianis amplexa est ecclesia, improbavit in libro *Advs. Psychicos*, cap. 14. *Vos etiam* (catholici) *sabbatum siquando* continuatis, *nunquam nisi in pascha jejunandum secundum rationem alibi redditam.* Ita ille. Victorinus autem scribere pergit, *Et parasceue superpositio fiat, ne quod cum Judæis sabbatum observare videamur.* Quæ quidem verba ita interpretor; cum omnes dies festi sole cadente incipere solerent, oportebat Christianos *superponere* jejunio diei sextæ quod ad vesperam durabat, ne cum Judæis, sabbato feriari solitis, sabbatum tanquam festum celebrare et observare viderentur. Supra de die quarto Victorinus dixerat, *quare usque ad horam nonam jejunemus, aut usque ad vesperam, aut superpositio usque in alterum diem fiat.* Veruntamen Græci, aliique orientales, qui ex more antiquo observandi sabbatum, illo die non jejunare, nisi in pascha, consueverunt, negotium invertere, atque accusare Latinos judaizandi postea conati sunt. Ita Matthæus Blastares in *Syntagmate Alphabetico*, Lit. A. p. 9. de Sabbatio Sabbatianorum duce hæc habet, *τῇ. δὲ περὶ τὰ χείρω φιλοτιμίᾳ καὶ Ἰουδαϊκῶς σαββατίζειν ᾑρεῖτο, νηστείαν ἐν τούτῳ μετίων, ϰ τἆλλα παραπλησίως ἐκείνοις· καθὰ δὲ καὶ οἱ Λατῖνοι τανῦν.* apud Beveregii *Synodicum.* Ubi mos jejunandi sabbato reprehenditur, non quod Judæi hoc die jejunare soliti sunt, qui contra epulabantur, sed quia tanquam sacrum diem incredulorum instar Judæorum Sabbatius atque Latini septimum observabant.

P. 237. l. 15. quod sabbatum] MS. quod sabbato. Lego quod sabbatum corpore suo resolvit. Sic infra. WALKER. Vid. Apostoli locum in *Epist. ad Ephes.* ii. 14, 15.

Ibid. l. 17. quæ die] Scribendum monet Walkerus *dies* pro *die*, de qua tamen emendatione dubitandum est. Signatur *Joan.* vii. 23. ubi hæc sunt. *Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem, non quia ex Moyse est, sed ex patribus et in sabbato circumciditis hominem.* Adhibuit hoc loco auctor *plerumque* pro *sæpe*; nisi si aliud quid persuaserit tibi Epiphanii locus in *Hæres.* xxx. num. 32.—*δείκνυται γὰρ ὅτι οἱ περιτεμνόντες αὐτὸ τὸ γεννηθὲν ἐν σαββάτῳ, ἐὰν θελήσωσιν ἀκριβολογήσασθαι τὴν ὀγδόην ἡμέραν, εὑρίσκοντες ἐμπίπτουσαν ἐν σαββάτῳ, καὶ περιτέμνοντες ἔργον εἰργάσαντο, καὶ τὸ σάββατον ἔλυσαν. ἐὰν δὲ ὑπέρθωνται διὰ τὸ μὴ λῦσαι τὸ σάββατον, ἐνάτῃ λοιπὸν περιτέμνουσι τὴν περιτομήν. καὶ ἔλυσαν τὴν περιτομὴν, καὶ τὸν περὶ αὐτῆς τῶν ὀκτὼ ἡμερῶν ὅρον τοῦ προστάγματος.* Ut dixisse censeatur Victorinus, circumcisionem *plerumque* fieri sabbato, si ille dies octavus fuerit a partu infantis.

Ibid. l. 20. legebamus &c.] "Hæc omnia," ait Walkerus, "mendosissima sunt." Ad marg. Caviani apographi

annotatum est, "Deest fortasse *quod* ante *et seipsum*, et "forte legend. *prælioque* pro *prælio quæ*." Plane quidem difficilis est loci emendatio, sed tamen pro facultate mea tentanda. A Victorino enim, nisi fallor, *Exodi* cap. xvii. respicitur, ubi narratur, *postquam dixisset Moyses ad Josue, Elige viros et egressus pugna contra Amalec—cum levaret Moyses manus, vicisse Israel, sin autem paululum remisisset, superasse Amalec.——Fugavitque Josue Amalec et populum ejus in ore gladii.* Hoc autem die sabbati contigisse collegit sibi vir sanctus Victorinus ex stationibus fortasse in populi Israelis itineribus. Vel forte traditionem aliquam Judaicam secutus. Lucem vero dabit loco, expositio quæ verborum Moysis facta est a Tertulliano in lib. iii. *contra Marcion.* ut alios auctores omittam.. *Jam vero Moyses quod utique tunc tantum, cum Jesus adversus Amalech præliabatur, expansis manibus orabat residens, quando in rebus tum attonitis, magis utique genibus depositis et manibus cædentibus pectus, et facie humi volutante orationem commendare debuisset, nisi quia illic ubi nomen Domini Jesu dimicabat, dimicaturi quandoque adversus diabolum,* crucis quoque erat habitus necessarius, *per quam Jesus victoriam esset relaturus,* cap. 18. Hæc Tertullianus. Tum vero Apostolus Paulus ita loquitur in *Epist. ad Coloss.* cap. ii. comm. 14. *Delens quod adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis et ipsum tulit de medio,* affigens illud cruci. Porro, ut ex Maccabæorum libro primo et capite secundo rem narrat Sabellicus, in *Hist. Sacr.* ex *Eneadibus* ejus sumpt. lib. vi. pag. 279. ed. Lond. ethnici Judæos *e montibus deducere sunt conati. Cæterum quum neque hortatione neque minis flecti potuissent, sabbatorum die quo Judæi gentili instituto pugnare prohibebantur, hostes montibus insinuati, nullis repugnantibus supra mille in speluncis ferro et igni crudeliter necarunt.——lata tum primum lex, ut sabbatis pro vita adversus hostes dimicare liceret.* Ad quæ respicit Victorinus, ni hic quoque fallor, in posteriori parte sententiæ. Quidni ergo satis bene ita procedat oratio? *Moyses prospiciens duritiam populi illius,* (Israelis et Christo et novæ legi infensi, ac propterea rejiculi) *idcirco die sabbati* levabat manus, et sic ipsum *cruci fixit. Et prælio quæ*rebantur *ab allophylis sabbato, ut caperentur, et velut severitate legis ad devitand*am *disciplinam formarentur,* h. e. legem cæremonialem. Sequitur enim post cætera exempla allata istud veteri sabbato oppositum,—*ut verum illud et justum sabbatum septimo milliario annorum observaretur,* p. 238. l. 5. Cæterum in MS. scribitur *i* super alterum *e* in *devetando*.

P. 237. l. 25. die octavo] Annotatum est ad Caviani apographi marg. "Titulus Ps. 6. est ὑπὲρ τῆς ὀγδόης." Beda in *Hexaemero. Dictum enim est in titulo Psalmi in finem, in hymnis, pro octava psalmus David, quod de die judicii scriptum totus sequentis psalmi textus docet, in quo iram venturi judicii timens propheta exclamat,* Domine ne in judicio tuo arguas, neque in furore tuo corripias me, &c. p. 21. vol. iv. Op. Bedæ Basileæ editorum. Et diu ante Basilius M. in lib. *De Spiritu Sancto*, cap. 27. de die dominico, seu, τῇ μίᾳ τοῦ σαββάτου, ita scripserat, καὶ μία τοίνυν ἡ αὐτὴ, καὶ ὀγδόη, τὴν μίαν ὄντως ἐκείνην καὶ ἀληθίνην ὀγδόην, ἧς καὶ ὁ ψαλμῳδὸς ἔν τισιν ἐπιγραφαῖς τῶν ψαλμῶν ἐπεμνήσθη, δι' ἑαυτῆς ἐμφανίζουσα, τὴν μετὰ τὸν χρόνον τοῦτον κατάστασιν, τὴν ἄπαυστον ἡμέραν τὴν ἀνέσπερον, τὴν ἀδιάδοχον, τὸν ἄληκτον ἐκεῖνον καὶ ἀγήρω αἰῶνα. p. 56. ed. Benedictin. Itidem habet Asterius *Homil. in Ps.* vi. apud Cotelerii *Eccles. Græc. Monumenta* tom. ii. τὸν ὑπὲρ τῆς ὀγδόης καὶ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως ψάλλων παρεκάλει. p. 56. Sed aliter plerique interpretati sunt titulum istum. Confer interea *Concil. Carthag.* IV. supra ad pag. 76. de ipso octavo die, sive futuro sæculo; quod quidem dogma de octavo sæculo ab ipsis usque initiis Christianismi apud veteres invaluerat.

Ibid. l. 28. qui extra ordinem septimanæ dispositionis &c.] Clemens Alex. *Strom.* vii. p. 866. ed. Potteri: Μετὰ γ' οὖν τὴν ἐν σαρκὶ τελευταίαν ὑπεροχὴν ἀεὶ κατὰ τὸ προσῆκον ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβάλλων εἰς τὴν πατρῴαν αὐλὴν, ἐπὶ τὴν κυριακὴν ὄντως διὰ τῆς ἁγίας ἑβδομάδος ἐπείγεται μόνην. Et apud Tertullianum *De Anima* cap. 37. Theodoretumque *Interp. Psalm.* p. 640. ed. Schulze. significat *ogdoas* cœlorum regnum, quod judicio supremo successurum est.

Ibid. l. 29. Jesus quoque Naue &c.] Quæ hic affertur probatio, cæteraque exempla atque argumenta adducta a Victorino pro futura sabbati abolitione, exstant ea omnia, si bene memini, tum apud Justinum M. tum in Tertulliani opusculis. Hic tamen in lib. iv. cap. 12. *contra Marcionem* distinctione inter opus humanum sive *tuum* in decalogi præcepto facta atque opus divinum, *ne tum quidem in arcæ circumlatione apud Jerichuntem sabbatum destructum fuisse,* statuit.

P. 238. l. 2. Antiochi] Cum monuisset legendum esse istud pro *antiqui* apographi Caviani margo, idem recepi.

Ibid. l. 4. Esaias quoque et cæteri collegæ ejus] Ubi dicuntur Esaias et cæteri prophetæ sabbatum solvisse? Sed tamen quî factum, ut irrepserit *Esaias* pro *David*, ratio me fugit. Apud *S. Matt.* cap. xii. comm. 3. quærit a Pharisæis Jesus, *Non legistis, quæ fecerit David, quando esuriit et*

qui cum eo erant? Vid. et *SS. Marc.* et *Luc.* Habet autem MS. *collegi*, unde legere vult cl. Walkerus *collegii*, sed apographum Cavianum hac quidem in re secutus sum.

P. 238. l. 5. Ut verum] MS. et *verum*. Sed conjecturam virorum doct. ad Cavii apographum secutus sum.

Ibid. l. 8. singula] *Singulis* fortasse legendum. Psalmi illud lxxxix. a Victorino adductum Chiliastæ afferre solent.

Ibid. l. 11. habeo oculos Domini] In margine Cavei, F. *habet oculos Dominus*. Sed recte *habeo*, id est, teneo, invenio. WALKER. Zachariæ cap. iv. comm. 10. *Septem isti oculi sunt Domini, qui discurrunt in universam terram.*

Ibid l. 12. et septem millia anni] *Milia* MS. Legendum videtur, *est*, vel *erit*, *septimo millennio*, vel potius, ut paulo supra, *septimo milliario annorum*. Sed Walkerus delendam esse monet tantum particulam *et*. Cæterum Victorinus post alios nonnullos patres septimum millennium regno Christi una cum sanctis ejus posthac celebrando attribuit, cui subsecuturum ultimum judicium ogdoasque; quæ tamen ipsa ogdoas ab aliis ad tempora Messiæ, sive adventum primum Christi, relata est.

Ibid. l. 15. [sunt]] Hoc monet delendum esse Walkerus. Ad septem quod attinet cœlos, de quibus nugatur Victorinus, verum est quod ait Origenes lib. vi. *Contra Celsum* num. 21. Ἑπτὰ δὲ ἐρανὲς, ἢ ὅλως περιωρισμένον ἀριθμὸν αὐτῶν, αἱ φερόμεναι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τȣ̃ Θεȣ̃ οὐκ ἀπαγγέλλουσι γραφαί. Idem ab Origene dictum ad fin. quoque num. 23.

Ibid. l. 17. Hi septem spiritus.] Verba hæc a sequentibus distinguenda putavi; neque enim cum viris doctis, qui ad Cavii marginem nonnulla annotarunt, verba *eorum spiritus* in *eorum spirituum* mutarem.

Ibid. l. 22. *spiritus timoris*] MS. *spiritu t.* sed ita emendandum ait Walkerus post Esaiæ textum.

Ibid. l. 25. tonitrua mugiunt, flumina extenduntur] In margine Cavii, F. fulmina. Lego, *fulmina accenduntur*. WALKER. Plinius *Nat. Hist.* lib. ii. cap. 38. *Hinc nubila, tonitrua et alia fulmina.* Ex hoc ergo &c. h. e. ex cœlo timoris Dei.

Ibid. l. 26. ignes conglobant] Dubito, utrum rescribendum sit, *ignes* se conglobant, an auctor hoc sensu verbum *conglobo* adhibeat, etsi elegantior oratio esset, si in sensum *procurationis* sive *expiationis* acciperetur. Vid. Gesnerum in *Ling. Romanæ Thesauro.*

Ibid. l. 27. comæ horribilis curabitur] Fortasse scribendum, *cometæ horribilis cura agitur.* Sed conjecit reponendum esse, *comæ horribiles currunt*, Samuelis Crellius.

Ibid. l. 29. Nonnunquam accedit etiam sol et luna in-

vicem visitantur] Legerim, *nonnunquam accidit, ut etiam sol et luna invicem* (h. e. simul) visantur. In verbis porro, quæ sequuntur, forsitan reponendum est *aspectus* pro *aspectu*, et *efficiant* pro *efficiunt*.

P. 239. l. 1. Auctor autem totius creaturæ Jesus] MS. *efficiunt*; *auctoritatem totius creaturæ justus* &c. Hinc lego, efficiunt. *Auctor autem* totius creaturæ *istius; verbo* cognomen est. Vel, *Auctor autem* totius creaturæ *Jesus.* Sic supra, Homo Christus *Jesus autor* eorum. Vide Artemonium, id est, Samuelem Crellium, Præfat. pag. 21. ante Initium Evangelii Johannis &c. hæc perverse ad hypothesin suam trahentem, et corrumpentem. WALKER. Ita ab Irenæo, vel fortasse etiam antiquiore aliquo Christiano, *pater generis humani* appellatur *Verbum Dei.* Vid. lib. iv. *Irenæi* c. 31. al. 51. p. 259. ed. Massueti, vel supra p. 54. vol. mei I. Verba autem, *auctoritatem totius creaturæ* in Caviano apographo cum superioribus conjuncta sunt. Et vir cl. P. Wesselingius *Probab.* cap. xiv. pag. 117. cum nondum edita erat egregia ista Walkeri conjectura, *juste* vel *justius* primitus scriptum fuisse pro *justus* statuit. Cum vero propter Victorini verba, quæ supra ad pag. 236. habentur, Walkeri posteriorem illam emendationem præferendam duxerim, ipsam haud dubitavi huic loco adponere. Siquis tamen maluerit alteram illam, *auctor autem totius creaturæ* istius, reponendum mihi quidem videretur, *auctori autem*, pro *auctoritatem*. *Istius* optaverat quidem Crellius pro *justus* reponere, ut emendaret, *istius verbo cognomen est ei*, id est ei verbo, quod supra memoravimus, cognomen est verbum Dei. Etenim cum ad hoc probandum, Christum verbum Dei nominari, adducat Victorinus locum Joan. i. 1. sequeretur eum legisse, *et Dei erat verbum.* Ita Crellium locum refinxisse, et argumentatum esse, mihi retulit, antequam Crellii librum vidissem, Baraterius, in *Anti-Artemonio*, seu *Initio Evangelii Joannis Vindicato*, Part. I. cap. 16. §. iii. p. 110. ubi ipse legendum proponit, *Isti verbo cognomen est Dei.*

Ibid. l. 2. *Eructatum est cor meum verbum bonum*] LXX. Ἐξερεύξατο ἡ καρδία μȣ λόγον ἀγαθόν. Vulgata quidem habet, *Eructavit cor meum verbum bonum.* Nihilominus an Victorinus, qui auctore Hieronymo supra ad pag. 234. non æque Latine ac Græce noverat scribere, *eructatum est* pro *eructavit* posuerit, an potius, cor eructatum esse intellexerit, alii judicent.

Ibid. l. 7. Ergo primus factus &c.] Repositum ad marg. Cavii est, *Dominus* pro hominis. Amplector emendationem, totum vero locum ita legere velim. *Ergo primus fac-*

tus creatura est, secundus homo Dominus *humani generis, ut ait apostolus.* Scilicet in *Ep.* 1. *ad Cor.* xy. 45, 47. Mox ad l. 3. p. 240. verba extant, *ut Adam illum per septimanam reformaverit, atque universæ* suæ *creaturæ subveniret.*

P. 239. l. 9. Hoc igitur Verbum—timor Dei nomen habet] Walkero teste voces, quæ sequuntur, ita in MSto scriptæ fuerant, emendante eas Cavii apographo; *cælu* pro *cœlum, terra* pro *terram, sole et luna* pro *solem et lunam, cum terræ ac maris* pro *cum terram ac mare, homine* pro *hominem.* Sed recentiori manu literam *m* super pleraque hæc verba scriptam fuisse in ipso codice, testatur cl. Toddius. Ego interim *timoris* pro *timor* malim legere.

Ibid. l. 15. cornua] *cornuta* MS. Correxi post *Apoc.* v. 6.

Ibid. l. 20. apud Paulum] Pro *Paulum* margo editionis Cavei habet. F. *Apocal.* sed male, et recte *Paulum;* Cyprianus de Exhortatione Martyrii pag. 125. ed. Amstel. *Apostolus Paulus qui hujus legitimi numeri et certi meminit, ad septem ecclesias scribit.* Vide et alia ibidem hunc locum illustrantia. Walker. Fragmentum *De Canone S. Scripturæ,* quod primus edidit in *Antiquitatibus Medii Ævi* cl. Muratorius, hæc habet—*cum ipse beatus apostolus Paulus sequens prædecessoris sui Johannis ordinem, nonnisi nominatim septem ecclesiis scribit ordine tali, ad Corinthios* &c.

Ibid. l. 20. septem diacones] Cons. notam ad Cornelii Fragmenta de numero diaconorum supra ad pag. 43. De scriptura autem *diacones* Vossius in lib. *De Vitiis Sermonis.* "*Diacones et diaconibus* crebrum est scriptoribus "ecclesiasticis etiam antiquis. Sed hos pietatis potius "habemus magistros quam Latinitatis. Elegantiores igi- "tur semper *diaconus* dicunt, ut Græce est διάκονος." Lib. i. cap. 20. p. 82. Tertullianus vero Cyprianusque, quod ego meminerim, fere semper habent *diaconi,* dum res, fateor, se aliter habet in epistolarum Cyprianicarum *inscriptionibus,* et ubi narrat Cyprianus in *Epistola ad Successum,* quæ est Epist. 80. vel 82. *Valerianum Imp. ad senatum rescripsisse, ut episcopi et presbyteri et* diacones *incontinenti animadvertantur.* Unde videtur nomen *diacones* eo tempore usitatius ac vulgatius fuisse. Conf. supra p. 91.

Ibid. l. 27. in domo Salomonis] Sic legendum monet Walkerus pro *in domum S.* Qui septem sacramenta in ecclesia esse statuunt, ut obiter id notem, plurima horum septenariorum numerorum in medium solent adducere, ut rem vel firment, vel illustrent.

P. 240. l. 3. Ut Adam illum &c.] Walkerum monentem verba hæc cum sequentibus, *nativitate filii sui* &c. con-

ca, adeoque perrara, fuisset, "quin *Scholia*, tanquam ge-"nuinum Victorini fetum excepissent; agnovissentque si-"mul subdititium omnino esse, utpote mire interpolatum, "Commentarium illum in Apocalypsin, qui sub ejus no-"mine in Patrum Bibliothecis circumfertur." Sic ille. Quanquam vero vestigia antiquioris doctrinæ in his brevioribus scholiis subinde deprehendi, interpolata tamen istæc ab aliquo male feriato fuisse mihi videbantur, si modo eadem ad Victorinum tertii sæculi scriptorem vere pertinerent. Extat in illis ad comm. 14. cap. i. Apoc. *Caput autem ejus et capilli erant albi* &c. interpretatio ista—*In capillis albis* abbatum *est multitudo.* Iterum ad comm. 18. cap. xiii. *Numerus ejus nomen hominis, et numerus ejus sexcenti sexaginta sex*, post multa alia hoc additum est, *Item aliud ejus* (Antichristi) *nomen Gothice, quod per se liquebit, id est*, Γενσηρικὸς, *quod eodem modo Græcis literis computati γ΄. tres, ε΄. quinque* &c. Significatur autem Gensericus Vandalorum rex, qui sæculo quinto Catholicos in Africa vexarat. Alia mitto, sed notes lector, quæso, in eodem opusculo non tantum quod in fine adversus Chiliastas scriptum extat, sed scholia adi in totum caput vicesimum eorundem sententiæ opposita; etsi, prout de altero Commentario agens olim notavit Cavius, Victorinus in commentario suo, Hieronymo id diserte tradente, Chiliastarum errori faverit, idemque profecto in Fragmento, quod superest, *De Fabrica Mundi*, fecerit. Sed hæc hactenus. Poematum, quæ Victorino nonnulli attribuerunt, nullum pari gaudet testimonio atque breve illud carmen adhuc extans *De Cruce Domini*, vel *De Paschate*, inscriptum, cujus duos priores versus Victorino adscripsit Beda Venerabilis in libello *De Locis Sanctis* cap. iii. pag. 489. tom. iii. ed. Basil.——*qua ductus opinione*, inquit Beda, *Victorinus Pictaviensis antistes ecclesiæ, de Golgotha scribens ita inchoat:*

Est locus, ex omni medium quem credimus orbe,
Golgotha Judæi patrio cognomine dicunt.

Verumtamen sententiæ illorum haud refragor, qui propter stili differentiam a Victorino carmen abjudicare velint; nam Latine loqui auctor poematis videtur, id quod de Victorino in tractatu *De Fabrica Mundi* vix dicendum. Facultas enim pure et emendate scribendi in cumulum sancti martyris laudum, teste pluribus locis Hieronymo, non accessit.

S. PAMPHILUS MARTYR.

S. PAMPHILUS MARTYR.

S. Hieronymi, *Libro De Viris Illustribus*, cap. lxxv. p. 165.

PAMPHILUS presbyter, Eusebii Cæsariensis Episcopi [a] necessarius, tanto [b] bibliothecæ divinæ amore flagravit, ut maximam partem Origenis voluminum sua manu descripserit, quæ usque hodie [c] in Cæsariensi bibliotheca habentur. Sed et [d] in duodecim prophetas viginti quinque ἐξηγήσεων Origenis volumina manu ejus exarata repperi, quæ tanto amplector et servo gaudio, ut Crœsi opes habere me credam. Si enim lætitia est, unam epistolam habere martyris, quanto magis tot millia versuum, quæ mihi videtur sui sanguinis signasse vestigiis. Scripsit, antequam Eusebius Cæsariensis scriberet, [e] Apologeticum pro Origene, [f] et passus est Cæsareæ Palæstinæ sub persecutione Maximini.

[a] Ab hoc amico suo Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου. Vide infra cap. 81. Fabricius.

[b] De studio S. Pamphili Martyris in bibliotheca Cæsareæ instruenda confer si placet quæ ad cap. 81. et 113. Sed bibliotheca divina est Scriptura Sacra, ut c. 81. Fabricius.

[c] Non Origenis tantum sed et aliorum quoque insignium scriptorum monumenta, libros præcipue sacros manu sua vel descripsit vel emendavit S. Pamphilus. In Bibl. Coisliniana etiamnum exstat apographum Codicis Epistolarum S. Pauli ex Codice Bibl. Cæsariensis scriptarum manu S. Pamphili. Vide

Catalogum MSS. concinnatum a clariss. Montfaucono p. 261. FABRICIUS.

[d] Hi tomi xxv. in 12. Prophetas quos reperisse se etiam testatur Eusebius vi. 36. Hist. hodie inter Origenis opera non habentur. FABRICIUS.

[e] Postea Origeni infensior hoc retractavit Hieronymus, et a Rufino deceptum se conquestus, Apologetici Origenis scriptorem Pamphilum esse pernegavit. Epist. 65. et utroque libro contra Rufin. Sed in prioribus quinque Apologiæ pro Origene libris utique non solum Eusebium sed una cum Pamphilo, (ut Socrates iii. 7. tradit) elaborasse, sextum autem post Pamphili demum martyrium subjunxisse, Photio Cod. 118. assentior. Exstat illius Apologetici liber tantum primus ex Rufini versione sæpius editus et inter Origenis et inter Hieronymi opera. Ex cæteris pauca apud Photium fragmenta. Vide quæ de Pamphilo Tillemontius tom. v. p. 421. 750. seq. tom. xii. p. 205. seq. et tom. vii. p. 40. FABRICIUS. Primum librum Apologiæ in sex libros postea distinctæ solius Pamphili esse, cæteros Pamphili simul et Eusebii, excepto ultimo, qui est solius Eusebii, statuit post L. Holstenium Justus Fontaninus *Hist. Lit. Aquileiana*, lib. v. cap. 5. §. 111. Sed de hac Apologia et Versione ejus Latina, quæ extat, adnotata plura sunt infra.

[f] Factum hoc A. 309. 15. Febr. ut fusius narravit Eusebius libro tertio de vita S. Pamphili ex quo apospasmation ex Codice Mediceo protulit Papebrochius in Actis Sanctor. tom. i. Junii pag. 64. seq. quod nuper Græce et Lat. recudendum dedi in spicilegio Patrum tertii sæculi, una cum Pamphili Martyris argumentis Capitum libri Actorum Apostolicorum, in tomo ii. Opusculorum S. Hippolyti Hamb. 1718. fol. Vitam Pamphili scripsisse se peculiari opera testatur Eusebius vii. 32. p. 288. seq. ubi virum illum θαυμασιώτατον appellat. FABRICIUS. Disputat cl. Lardnerus contra τὴν γνησιότητα istorum Actorum a Fabricio aliisque editorum, in Op. *De Fide Hist. Evang.* part. II. lib. i. cap. 59. n. 10. De *Argumentis* vero *Capitum libri Actuum Apost.* dicam infra.

DE

S. PAMPHILI MARTYRIS,

PRESBYTERI CÆSARIENSIS,

QUI AD FINEM VERGENTE SÆCULO TERTIO FLORUIT,

PRO ORIGENE APOLOGIA.

De sui ipsius, et Pamphili Martyris, Pro Origene Apologia, hæc scribit Eusebius lib. vi. *Hist. Eccl.* cap. 33.

KAI ἄλλα μὲν οὖν μυρία Ὠριγένους πέρι μνήμῃ παραδιδόασι τῶν καθ' ἡμᾶς οἱ πρεσβύτεροι· ἃ καὶ παρήσειν μοι δοκῶ, οὐ τῆς ἐνεστώσης ἐχόμενα πραγματείας, ὅσα δὲ ἀναγκαῖα τῶν περὶ αὐτὸν διαγνῶναι ἦν, ταῦτα καὶ ἐκ τῆς ὑπὲρ αὐτοῦ πεπονημένης ἡμῖν τε καὶ τῷ καθ' ἡμᾶς ἱερῷ μάρτυρι Παμφίλῳ ἀπολογίας, πάρεστιν ἀναλέξασθαι· ἣν τῶν φιλαιτίων ἕνεκα συμπονήσαντες ἀλλήλοις, διὰ σπουδῆς πεποιήμεθα.

Interprete H. Valesio.

Sed et alia de Origene quamplurima memoriæ tradita sunt a senioribus nostræ ætatis presbyteris: quæ quoniam ad præsentis operis institutum nihil faciunt, omittenda esse duxi. Quæcunque vero necesse est de illo cognoscere, ea peti possunt ex Apologetico qui a nobis et sacro-sancto nostri temporis martyre Pamphilo pro illius defensione conscriptus est: quem quidem nos propter malevolos quosdam accusàtores, communi studio atque opera junctim elaboravimus.

De Libro secundo ejusdem Operis ita Eusebius lib. vi. *Hist. Eccl.* cap. 23.

——καθ' οὓς (h. e. tempore Urbani et Zebini Romæ et Antiochiæ episcoporum) ὁ Ὠριγένης ἐπειγούσης χρείας ἐκκλησιαστικῶν ἕνεκα πραγμάτων, ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα σταλάμενος τὴν διὰ Παλαιστίνης,

——Quo tempore Origenes, compellente ipsum necessitate, ob ecclesiastica negotia in Achaiam profectus: cum per Palæstinam

πρεσβυτερίου χειροθεσίαν ἐν Καισαρείᾳ πρὸς τῶν τῇδε ἐπισκόπων ἀναλαμβάνει. τὰ μὲν οὖν ἐπὶ τούτῳ περὶ αὐτοῦ κεκινημένα, τά τε ἐπὶ τοῖς κινηθεῖσι δεδογμένα τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶσιν· ὅσα τε ἄλλα ἀκμάζων περὶ τὸν θεῖον εἰσενήνεκται λόγον, ἰδίας δεόμενα συντάξεως, μετρίως ἐν τῷ δευτέρῳ ἧς ὑπὲρ αὐτοῦ πεποιήμεθα ἀπολογίας, ἀνεγράψαμεν.

transiret, presbyterii gradum per impositionem manuum Cæsareæ ab illius regionis episcopis accepit. Porro qui deinceps motus ejus causa fuerint concitati, et quæ super iisdem motibus a præsulibus ecclesiarum consituta sint: et quæcumque alia vigens ipse ac florens in prædicatione verbi divini contulit, cum proprium opus requirant, in secundo libro defensionis quam pro illo conscripsimus, sufficienter a nobis sunt exposita.

Vel ex uno aliquo, præcipue Secundo, vel ex pluribus, Librorum quinque posteriorum ejusdem Operis hæc Photius in Bibliotheca, Cod. CXVIII. p. 296.

Ἀνεγνώσθη Παμφίλου τοῦ μάρτυρος, καὶ Εὐσεβίου, ὑπὲρ Ὠριγένους· τόμοι δὲ τὸ βιβλίον ἕξ. ὧν οἱ μὲν πέντε Παμφίλῳ τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦντι, συμπαρόντος καὶ Εὐσεβίου, ἐξεπονήθησαν. ὁ δὲ ἕκτος, ἐπεὶ ὁ μάρτυς ξίφει τοῦ ζῆν ἀπαχθεὶς, ἀνέλυσε πρὸς ὃν ἐπόθει Θεὸν, Εὐσεβίῳ λοιπὸν ἀπαρτίζεται· καὶ ἄλλοι δὲ πλεῖστοι κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, καὶ ἀξιολογώτατοι, ἀπολογίας ὑπὲρ αὐτοῦ συνετάξαντο. φασὶ δὲ τὸν Ὠριγένην ἐν τοῖς κατὰ Σευῆρον διωγμοῖς γράψαι Λεωνίδῃ πατρὶ, ἐπαλείφοντα πρὸς τὸν τοῦ μαρτυρίου δρόμον, ὃν καὶ καλῶς δραμόντι τῶν βραβείων τυχεῖν ἐξεγένετο· καὶ αὐτὸν δὲ ἀποδύσασθαι σπεύδειν πρὸς

Interprete A. Schotto.

Lecti sunt Pamphili Martyris, et Eusebii *pro Origene libri sex*: quorum quinque sunt a Pamphilo in carcere, præsente etiam Eusebio, elaborati: sextus vero, postquam jam martyr ferro privatus vita, ad unice desideratum Deum migrarat, ab Eusebio est absolutus. Quamquam alii quoque plurimi eo ipso tempore magni nominis viri Apologiis Origenem defendendum susceperunt. Aiunt igitur Origenem Severi Imp. persecutione Leonidæ patri scriptum misisse, quo ad martyrii curriculum eum exacueret: et sane stadium fortiter decurrens ille bravium accepit. Addunt ipsum-met Origenem summo studio idem certamen suscipere conatum fuisse, sed

τὸ τῶν ἀγωνισμάτων ςάδιον, τὴν δὲ μητέρα καὶ ἄκοντα δυνηθῆναι τῆς ὁρμῆς ἐπισχεῖν· καὶ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐν ἐπιςολῇ οἰκείᾳ ἐπισημαίνεται. φασὶ δὲ αὐτὸν ὅ, τε Πάμφιλος μάρτυς, καὶ ἕτεροι πλεῖςοι, οἵτινες ἀπ' αὐτῶν τῶν ἑωρακότων Ὠριγένην τὰ περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἠκριβώσαντο, διαβοήτῳ μαρτυρίῳ τοῦ βίου ἐξεληλυθέναι ἐπ' αὐτῆς τῆς Καισαρείας Δεκίου τὴν κατὰ τῶν Χριςιανῶν ὠμότητα πνέοντος. οἱ δὲ φασὶν αὐτὸν ἕως Γάλλου καὶ Βολουσιανοῦ διαρκέσαντα, καὶ ἑξηκοςὸν ἔννατον ἔτος τῆς ἡλικίας ἄγοντα, ἐν Τύρῳ καὶ τελευτῆσαι· καὶ ταφῇ παραδοθῆναι. ἔςι δὲ μᾶλλον οὗτος ὁ λόγος ἀληθὴς, εἴγε αἱ φερόμεναι αὐτοῦ μετὰ τὸν διωγμὸν Δεκίου ἐπιςολαὶ οὐκ ἔχουσι τὸ πλαςόν. παντὸς δὲ μαθήματος ἰδέαν αὐτὸν φασὶ καὶ μετελθεῖν καὶ διδάσκειν. τοῦτον τοίνυν τὸν Ὠριγένην, ὃν καὶ Ἀδαμάντιον ἐπονομάζεσθαί φασιν, ὅτι ἀδαμαντίνοις δεσμοῖς ἐῴκεσαν οὓς ἂν δήσειε λόγους, ἀκροατὴν καὶ διάδοχον λέγουσι γενέσθαι Κλήμεντος τοῦ ςρωματέως, καὶ τοῦ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐκκλησιαςικοῦ διδασκαλείου. Κλήμεντα δὲ Πανταίνου γένεσθαι λέγουσι καὶ ἀκροατὴν, καὶ τοῦ διδασκαλείου διάδοχον· Πάνταινον δὲ, τῶν τε τοὺς ἀποςόλους ἑωρακότων ἀκροάσασθαι· οὐ μὴν ἀλλὰ καί τινων αὐτῶν ἐκείνων διακοῦσαι.

Τὰς δὲ κατὰ Ὠριγένους κινήσεις ἐκεῖθεν λέγουσιν ἐκρυῆναι. Δημήτριος Ἀλεξανδρείας ἐπεσκόπει, ὃς Ὠριγένην δι' ἐπαίνων εἶχε, καὶ ἐς τοὺς φιλτάτους συνέταττεν. ἀλλ' Ὠριγένης ἀπαίρειν (for.

matrem impetum vel ipso invito refrænasse. quod ipsum item epistola quadam sua testatum reliquit. Quin Pamphilus martyr, et alii cum eo plurimi, res Origenis ex illis ipsis, qui hominem viderant, accuratius perscrutati, narrant, eum celebri martyrio tum vita decessisse, cum Cæsareæ Decius suam in Christianos crudelitatem effunderet. Alii tamen volunt ad Galli ac Volusiani usque tempora perdurasse, et sexagesimum nonum ætatis annum agentem Tyri mortuum, in eademque urbe sepultum Quæ quidem verior narratio est: si modo germanæ sunt, quæ feruntur, epistolæ illius post Decii persecutionem conscriptæ. Omnes autem omnino disciplinas ipsum et percepisse, et docuisse ferunt. Hunc item Origenem (quem etiam Adamantium cognominatum ex eo tradunt, quod rationes, quas colligaret, adamantinis quibusdam quasi vinculis non absimiles viderentur) auditorem fuisse Clementis ejus qui *Stromateus* dictus est, ejusdemque in catechetica schola quæ Alexandriæ erat, successorem. Clementem porro Pantæni fuisse discipulum, scholæque successorem: et Pantænum rursum iis usum magistris, qui apostolos vidissent: quin et illorum nonnullos audiisse.

Cæterum hinc in Origenem excitatam omnem tempestatem commemorant. Demetrius Alexandriæ præsul Origenem multum laudans, in paucis carissimum habebat. At cum hic absque bona

ἀπαιρῶν) εἰς Ἀθήνας, χωρὶς τῆς τοῦ οἰκείου γνώμης ἐπισκόπου, εἰς πρεσβύτερον οὐ δέον ὂν ἀναβιβάζεται· Θεότεκνος δ' ἦν ὁ κατὰ Καισάρειαν τὴν ἐν Παλαιστίνῃ τὸν ἀρχιερατικὸν χαρίζων νόμον, ὁ τῆς Ὠριγένους αὐτουργὸς χειροτονίας, ἔχων συνευδοκοῦντα καὶ τὸν Ἱεροσολύμων Ἀλέξανδρον. τρέπεται διὰ τοῦτο Δημητρίῳ εἰς μῖσος τὸ φίλτρον· καὶ οἱ ἔπαινοι πρὸς τοὺς ψόγους. καὶ σύνοδος ἀθροίζεται ἐπισκόπων καί τινων πρεσβυτέρων κατὰ Ὠριγένους. ἡ δὲ, ὡς ὁ Πάμφιλός φησι, ψηφίζεται, μεταστῆναι μὲν ἀπὸ Ἀλεξανδρείας τὸν Ὠριγένην, καὶ μήτε διατρίβειν ἐν αὐτῇ μήτε διδάσκειν· τῆς μέντοι τοῦ πρεσβυτερίου τιμῆς οὐδαμῶς ἀποκεκινῆσθαι. ἀλλ' ὅγε Δημήτριος ἅμα τισιν ἐπισκόποις Αἰγυπτίοις καὶ τῆς ἱερωσύνης ἀπεκήρυξε, συνυπογραψάντων καὶ τῇ ἀποφάσει τῶν συμψήφων αὐτῷ γεγενημένων. φυγαδευθέντα δὲ τὸν Ὠριγένην τῆς Ἀλεξανδρείας, Θεότεκνος ὁ Παλαιστίνης, ἀσμένως τε διάγειν ἐν Καισαρείᾳ ὑπεδέξατο, καὶ τοῦ διδάσκειν πᾶσαν ἐξουσίαν ἐνεχείρισε.

Καὶ τὰς μὲν αἰτίας ἐξ ὧν συνέβη τὰς διαβολὰς ἐκραγῆναι τῷ Ὠριγένει, ταύτας φησι.

Τὴν δὲ ὑπὲρ Ὠριγένους ἀπολογίαν, ὡς ἔφημεν, ὁ Πάμφιλος σὺν Εὐσεβίῳ καθειργμένος τῷ οἰκήματι συνεγράψατο· καὶ ταύτην πρὸς τοὺς ἐν μετάλλοις διὰ Χριστὸν ταλαιπορουμένους διεπέμψατο. ὧν ἦν τὸ ἀκροθίνιον, Πατερμούθιος· ὁ μετὰ βραχὺ τῆς Παμφίλου ἀναλύ-

episcopi venia Athenas profecturus esset, Theotecnus Cæsareæ Palæstinæ tum archiepiscopus, secus eum quam oporteret, presbyterum ordinavit, non improbante factum hoc Alexandro Hierosolymorum episcopo. Hinc Demetrio amor in odium vertit, laudesque mox cum vituperatione commutatæ. Synodus insuper episcoporum coacta, et presbyterorum quorundam contra Origenem: quæ, ut Pamphilus refert, decretum fecit, Alexandria quidem pellendum Origenem, neque in ea versari aut docere permittendum; sacerdotii tamen dignitate nequaquam submovendum. Verum Demetrius una cum Ægypti episcopis aliquot, sacerdotio quoque illum abjudicat, subscribentibus etiam edicto huic, quotquot antea suffragati ei fuissent. Ita igitur Alexandria in exsilium pulsum Origenem, Theotecnus Palæstinæ episcopus libenter Cæsareæ et degere jussit, et de superiore loco docendi potestatem fecit.

Has ille causas adfert, ex quibus omnes illæ calumniæ in Origenem eruperint.

Ejus porro Apologiam, ut diximus, Pamphilus una cum Eusebio, communi carcere inclusi conscripserunt, eandemque ad eos, qui pro Christi nomine ad metalla damnati exercebantur, consolationi miserunt, quorum princeps erat Patermuthius, qui post Pamphili per martyrium emigrationem,

σεως διὰ πυρὸς καὶ αὐτὸς σὺν ἑτέροις τὸν βίον τελειωθείς. ἦν δὲ Παμφίλου διδάσκαλος ὁ Πιέριος τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ϗ αὐτὸς προεστηκὼς διδασκαλείου. μάρτυς δὲ καὶ ὁ Πιέριος, ἅμα τῷ ἀδελφῷ Ἰσιδώρῳ τῶν ἀθλητικῶν ἀξιωθέντες στεφάνων, οἷς ὥς φασι καὶ νεὼς καὶ οἶκοι ὑπὸ τῶν εὐσεβούντων ἱδρύνθησαν. ὁ δὲ θεῖος Πάμφιλος πρεσβύτερος ἦν. καὶ πολλὰ δὲ τῶν Ὠριγένους εἰς τὴν θείαν γραφὴν ἐξηγήσεων ἰδίᾳ χειρὶ λέγουσιν αὐτὸν γεγραφέναι.

brevi interjecto tempore, flammis et ipse cum aliis vita pulsus est. Pamphili præceptor Pierius, fuit ipse quoque scholæ Alexandrinæ magister, martyrque idem, una cum fratre Isidoro certaminis coronam adeptus est: quibus etiam templum, domusque a piis hominibus constructa referunt. Beatus autem Pamphilus presbyter erat, et Origenis eum pleraque quibus sacram explanavit scripturam, sua manu exarasse scribunt.

De eodem Opere hæc Socrates lib. iii. *Hist. Eccl.* c. 7.

Ὠριγένης δὲ πανταχοῦ μὲν ἐν τοῖς φερομένοις αὐτοῦ βιβλίοις, ἔμψυχον τὸν ἐνανθρωπήσαντα (scil. Christum) οἶδεν· ἰδικῶς δὲ, ὁ εἰς τὴν Γένεσιν αὐτῷ πεπονημένος ἔννατος τόμος, τὸ περὶ τούτου μυστήριον ἐφανέρωσεν, ἔνθα Ἀδὰμ μὲν τὸν Χριστὸν, Εὔαν δὲ τὴν ἐκκλησίαν εἶναι πλατύτερον κατεσκεύασε· μάρτυρες τούτων ἀξιόπιστοι, ὅτε ἱερὸς Πάμφιλος, ϗ ὁ ἐξ αὐτοῦ χρηματίζων Εὐσέβιος· ἄμφω γὰρ κοινῇ τὸν Ὠριγένους παρατιθέμενοι βίον, καὶ πρὸς τοὺς ἐκ προλήψεως ἀπεχθανομένους πρὸς τὸν ἄνδρα ἀπαντῶντες, ἐνδόξοις βιβλίοις ἀπολογίαν ὑπὲρ αὐτοῦ ποιούμενοι, οὐ πρῶτον Ὠριγένην ἐπὶ ταύτην τὴν πραγματείαν ἐλθεῖν φασὶν, ἀλλὰ τὴν τῆς ἐκκλησίας μυστικὴν ἑρμηνεῦσαι παράδοσιν.

Interprete H. Valesio.

Origenes quoque in omnibus libris suis Christum hominem factum anima præditum esse agnoscit. Sed specialiter in nono tomo commentariorum quos scripsit in Genesim, hujus rei sacramentum exponit: quo loco Adamum quidem Christi, Evam autem ecclesiæ typum gerere pluribus verbis asseruit. Hujus rei testes sunt locupletissimi S. Pamphilus, et qui ab illo cognomen traxit Eusebius, Ambo enim cum simul juncti vitam Origenis conscriberent, et iis qui ex anticipata quadam opinione eum aversabantur, responderent in præclaris illis libris, quos pro ejus defensione elucubrarunt, Origenem non primum in hoc argumento versatum esse dicunt, sed mysticam ecclesiæ traditionem esse interpretatum.

De eodem Opere idem Socrates lib. iv. *Hist.* cap. 27.

Μέμνηται δὲ αὐτῦ (S. Gregorii Neocæsariensis) καὶ Πάμφιλος ὁ μάρτυρ ἐν τοῖς περὶ Ὠριγένους πονηθεῖσιν αὐτῷ βιβλίοις, ἐν οἷς καὶ συςατικὸς (συντακτικὸς corrigit Valesius) λόγος Γρηγορίου εἰς Ὠριγένην παράκειται.

Interprete Valesio.

Hujus mentionem facit etiam Pamphilus Martyr in libris, quos pro Origenis defensione scripsit: quibus etiam adjuncta est Gregorii Oratio, quam ille ab Origene discedens in ejus laudem composuit.

De eodem Opere ita scribit Antipater Bostrensis Episcopus in Libro primo Refutationis Apologiæ Eusebii Cæsariensis pro Origene.

Ὥςε δὴ, ἵνα μὴ δόξωμεν ἐπεμβαίνειν τῷ ἀνδρὶ (scil. Eusebio), περὶ ὧν οὐ πρόκειται ἡμῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος λέγειν, ἵνα βασανίζοντες πρὸς ἀκρίβειαν τὴν γενομένην ἀπολογίαν, αἱρετικοὺς ἀποδείξωμεν τοὺς ἀμφοτέρους, αὐτόν τε τὸν ἀπολογησάμενον, καὶ τὸν ὑπὲρ ὅτου τὴν ἀπολογίαν συνέταξε·—Καὶ μεθ' ἕτερα (verba sunt excerptoris). Δεῖξον τρανὸν καὶ ἀναμφιβολόν (for. τρανῶς καὶ ἀναμφιβολῶς, secundum Latinam interpret.) τινα τῶν τῆς ἐκκλησίας διαφανῶν διδασκάλων, ὅτι προϋπάρχουσιν αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ, δογματίσαντα. καὶ μὴ παραλογισμοὺς τινας προφέρειν πειρῶ εἰς ἀπόδειξιν. τὸ γαρ δεικνύναι σε σπεύδειν, τὴν τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα ὑπόβασιν ὁμοίως αὐτῷ τινας εἰρηκότας, πρῶτον μὲν οὐ ξενιθῶμεν· σοῦ γαρ καὶ τῶν περὶ σὲ ἡ τοιαύτη δόξα. ὅθεν περὶ τούτου ἐπὶ τοῦ παρόντος λόγος ἡμῖν οὐ-

Itaque ne videamur aggredi virum, de quibus non est nobis impræsentiarum dicendi propositum, neve discutientes diligentius apologiam quæ facta est, hæreticos ostendamus utrumque, ipsum scilicet qui excusavit, et eum qui pro eo excusationem exposuit. Et post alia. Ostende quemquam ex illustribus ecclesiæ magistris qui expresse et indubitabiliter, quod præexistant animæ, dogmatizaverit, et ne subreptiones quasdam proferre tentes ad comprobationem. Illud enim quod demonstrare festinas, Filii ad Patrem subjectionem etiam sibi similiter aliquos perhibere, primo quidem non miremur: tua est et eorum qui circa te sunt, talis opinio. Unde nec super hoc in præsenti nobis ullus est sermo, cum videlicet univer-

θεὶς, πάλαι μὲν οἰκουμενικῇ ζητήσει ὑποβληθέντος (l. ἀποβληθέντος) καὶ ἀποκηρυχθέντος· μὴ πείθεσθαι δὲ ἐν (legendum conjicitur ad marg. δέον) τούτῳ, μηδὲ δι' οὗς ταῦτα ἡμῖν πρόκειται βασανίζειν· τὸ δὲ ψιλὴν τὴν περὶ ἀρχῶν φωνὴν διαβάλλειν, οὐδαμῶς παρά τινος μέχρι τοῦ νῦν ἀκήκοας, ὦ δεινὲ συνήγορε τοῖς Ὠριγένους ἀτοπήμασιν. Extant hæc apud Concilium Nicænum II. tom. vii. *Concil.* pag. 368. *ed. Labbæi et Cossart.*

sali sit olim inquisitione projectum atque repulsum. Et non huic obediatur, neque discutiatur propter eos, pro quibus hæc nobis proposita sunt. Porro puræ voci quæ est Periarchon detrahi, nequaquam a quoquam usque nunc audisti, O acer advocate Origenis pravitatum.

De eadem Apologia ita scribit Auctor Synodici adversus Tragœdiam Irenæi cap. 198. *quod Latine extat in Nova Baluzii Collectione Conciliorum* p. 895.

Suprascriptam epistolam pro suis patribus ad hoc præcipue protulit Irenæus, ut Nestorium probaret non esse novitatis auctorem, dum constat quod multæ hæreses patrum pro se ob hoc ipsum proferant lectiones, nec tamen ob hoc earum principes non sint novitatis auctores. Nam ut de aliis interim sileam, Eusebius in opere Apologetico pro Origene et dogmatibus ejus, id est, pro præexistentia et restitutione composito, quod martyris et ipsius Eusebii Cæsariensis nominibus prænotatur, multis valde præcedentium patrum testimoniis usus est pro prædictis erroribus.

De eadem Apologia hæc Photius Cod. CXVII. p. 293.

Ὁ δὲ τοῦ συγγράμματος πατὴρ (scil. Auctor Anonymus alius cujusdam Apologiæ pro Origene et ejus dogmatibus) μάρτυρας ὑπὲρ Ὠριγένους τε καὶ τῶν αὐτοῦ δογμάτων, Διονύσιον προκομίζει

Interprete A. Schotto.

Scriptor autem ipse pro Origene, ejusque sententiis hos fere testes laudat, Dionysium Alexandrinum, Demetrium quoque et Cle-

τὸν Ἀλεξανδρείας, Δημήτριόν τε καὶ Κλήμεντα, καὶ ἑτέρους πλείους: μᾶλλον δὲ τῶν ἄλλων ἁπάντων Παμφίλῳ τε τῷ μάρτυρι ἐπερείδεται, καὶ τῷ Εὐσεβίῳ, ὃς τῆς κατὰ Παλαιστίνην Καισαρείας ἐπεσκόπησεν.

mentem, aliosque plurimos. Præ cæteris vero Pamphilo martyri innititur, atque Eusebio Cæsareæ Palestinæ episcopo.

Ex Apologiæ Libro sexto, qui ab Eusebio solo conscriptus est, hoc affert S. Hieronymus.

Eusebius Cæsariensis episcopus, cujus supra memini, (inquit Hieronymus) in sexto libro τῆς ἀπολογίας Origenis, hoc idem objicit Methodio episcopo et martyri, quod tu in meis laudibus criminaris, et dicit: Quomodo ausus est Methodius nunc contra Origenem scribere, qui hæc et hæc de Origenis loquutus est dogmatibus? lib. i. *Apol. adversus Rufinum* p. 359. ed. Martianæi, seu Benedictin.

De eodem Libro sexto Apologiæ hoc scribit Eusebius lib. vi. *Hist.* cap. 36.

Γράφει δὲ (Origenes) καὶ Φαβιανῷ τῷ κατὰ Ῥώμην ἐπισκόπῳ, ἑτέροις τε πλείστοις ἄρχουσιν ἐκκλησιῶν περὶ τῆς κατ' αὐτὸν ὀρθοδοξίας. ἔχεις καὶ τούτων τὰς ἀποδείξεις (scil. notitiam rerum atque librorum Origenis) ἐν ἕκτῳ τῆς γραφείσης ἡμῖν περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἀπολογίας.

Interprete Valesio.

Sed et ad Fabianum Romanæ urbis episcopum, et ad complures alios ecclesiarum antistites de recta fidei suæ ratione epistolas scripsit. Harum autem rerum certissima documenta habes in sexto libro Apologetici illius, quem nos pro ejus defensione conscripsimus.

De hac Apologia ita Auctor Prædestinati cap. 43.

Hic (Martyr Pamphilus) edidit Apologeticum, et omnia quæ de Origene catholici ignorantes mentiuntur, exclusit, ostendens ea, quæ reprehensibilia inveniuntur in ejus opusculis, Origenis non esse, sed eorum quos ipse superaverat: alia vero quæ tota perversa sunt, aliorum duorum hæreticorum esse, qui Origenis nomen, non fidem nec conscientiam habuerunt.

ANNOTATIONES

IN S. PAMPHILUM MARTYREM.

DE APOLOGIA S. PAMPHILI PRO ORIGENE.

Quinque libros Apologiæ hujus a Pamphilo Martyre simulque ab Eusebio Cæsariensi conscriptos fuisse, tum vero librum sextum post mortem Pamphili ab Eusebio solo esse compositum, eruditi fere omnes consentiunt; præterquam quod justis de causis, ut dixi, aliqui existimarunt, prius scriptum fuisse a Pamphilo eoque solo librum operis ejusdem primum. Neque vero opinione de juncto opere in libris cæteris fides detrahenda est, etsi contradixerit Eusebio suos ipsius atque amici sui labores narranti S. Hieronymus, qui Origeni et Rufino jam infensior redditus tomos omnes uni Eusebio tribuendos esse sæpe ac valde affirmat. Sed difficilior est quæstio de fide Rufini, qui librum primum, nunc unicum, istius operis, cujus sicut reliquorum librorum textus Græcus jamdudum perditus est, in linguam Latinam vertit. Rufinum enim palam arguit Hieronymus mutationis et detractionis operis istius; neque profecto aures ille claudet accusationi, cui notum sit, qua ratione idem interpres multos locos librorum Origenis περὶ ἀρχῶν Latine repræsentaverit; qua de re consulenda est præstantissima libelli editio in tomo primo Benedictinæ sive Delaruanæ editionis *Operum Origenis.* Immo Rufinus ipse in Epilogo ad Librum istum Apologeticum, de quo agimus, ejusmodi quid confiteri videtur, cum ait, *se Apologeticum sancti martyris Pamphili, prout potuit, vel res poposcit, Latino sermone digessisse.* Itidem idem iste interpres Homilias Origenianas, præcipue illas in Leviticum, confitetur se vertisse liberius, adimplendo quæ deerant. Vid. Perorat. ejus *Commentarii Origenis in Epist. ad Romanos.* Quid? quod adversarius ipse, qui Rufinum accusavit, gloriatus est Hieronymus, se in vertendo Origene *noxia quæque detruncasse, utilia transtulisse? Epistola ad Theophilum Alex.* p. 187. ed. Froben.

Sed tamen, utcunque intelligantur verba Epilogi Rufiniani ad Pamphili *Apologeticum*, constat ex illis etiam Hieronymi locis, quos mox adducemus, debere restringi hanc censuram ad certas partes interpretationis, quæ de personis agunt S. Trinitatis. Idem quoque ostendit locus Origenis a Rufino versus atque ab Hieronymo allatus in *Epistola sua ad Pammachium adversus errores Joannis Hieros.* ad pag. 174. qui quidem locus, ni fallor, quotquot sunt Origenis effata de resurrectione corporis apud Rufinianam *Pamphili* versionem extantia, ab immutationis suspicione prorsus liberabit. Tam aperte, nudoque, ut aiunt, capite Origeniana ibi declaratur sententia, plerisque licet hominibus odiosa atque invisa. Immo eruditissimo Bullo persuasum est, Rufinum nullum Origenis testimonium in sua versione de Trinitate posuisse, quod non in Pamphili opere totidem verbis haberetur, nihilque, quicquid detraxerit, de suo addidisse. Censet enim vir optimus, "quædam attulisse auctores istos ex Origene testi-"monia, quibus voculæ et dicta nonnulla admixta essent, "quæ Catholicis auribus Hieronymi ætate minus placu-"erint, utpote ab Arianis tum ad hæresin suam propa-"gandam usurpata." Vid. *Defens. Fid. Nicænæ* sect. II. cap. ix. §. 20. p. 114. Vereor autem, ut nihil præterea ex Hieronymi locis, qui sequuntur, colligere necesse sit. Sic enim ille scribit in *Prima Apol. adversus Rufin.*—*Paucisque testimoniis de Filio Dei et Spiritu Sancto* commutatis, *quæ sciebas displicitura Romanis, cætera usque ad finem integra dimisisti* p. 201. ed. Froben. Iterum in lib. ii. ad pag. 221. *Quamvis de Eusebii libro multa subtraxerit, et* in bonam partem *de Filio et Spiritu sancto nisus sit* commutare, *tamen multa in illo scandala* &c. Ita postea ad pag. 226.——*qui unus*, (scil. primus liber) *sub nomine Pamphili a te editus est, tam Græce quam Latine,* immutatis *duntaxat sensibus de Filio et Spiritu Sancto, qui apertam blasphemiam præferebant.* Tum vero in lib. iii. ad p. 238. eadem fere legenti occurrunt; *Et in Cæsariensi,* inquit, *bibliotheca Eusebii sex volumina reperi* ἀπολογίας ὑπὲρ Ὠριγένους. *Quæ cum legissem, primum eum librum deprehendi, quem tu solus sub nomine martyris edidisti, de Filio et Spiritu Sancto* in bonam partem plerisque blasphemiis commutatis &c. Denique in sequentibus *multa mutavisse* in isto opere Rufinus ab Hieronymo arguitur. Hæc autem non a sola auctoritate S. Hieronymi, quæ tamen magna est, pendent; etenim nobis hodie loca nonnulla Apologiæ hujus Græce adhuc extantia cum interpretatione Rufini con-

ferre licet. Quod quicunque fecerit, majorem profecto fidem ab eorum interprete merito requiret. Tantum abest, ut vere dicat de locis quidem ad S. Trinitatem spectantibus Gallandius Prolegomm. ad tom. iv. *Bibl. PP.* p. v. "ex laciniis Græcis Origenianis suis quibusque locis in-"textis de reliquis etiam ubi esse desint, interpretis (Ru-"fini) fidem fulciri." Mihi igitur hæc omnia animo perpendenti incertiora videntur ea, quæ de S. Triade in interpretatione extant Rufini, quam ut pro veris atque indubitatis rectæ fidei aut Origenis aut Pamphili testimoniis afferri debeant; nisi si alia præterea auctoritate eosdem locos niti posthac probatum fuerit. Hinc, quia fere dimidiam partem Apologiæ eadem testimonia explent, totum opus mihi relinquendum censui, utpote qui certissimis minus certa miscere nollem. "Et quidem," ait eruditissimus ille Pearsonius, "ubi de unitate Trinitatis aut æqualitate "personarum agitur, merito diffidendum est interpreti "Rufino." *Vindic. Ignat.* part. I. cap. vii. p. 115. Sed vero haud adeo necessarium erat hoc opus Pamphilianum ad propositum absolvendum meum, nempe, ad reliquias, si quæ superessent, S. Pamphili colligendas, cum ista pene omnia saltem de sacra Trinitate capitula excerpta sint ex Origene, non ipsius fuerint Pamphili super excerpta observationes.

Nec tamen ego putaverim, in Apologia Pamphiliana quicquam omnino a recta de Trinitate fide abhorrens etiam primitus comprehensum fuisse; quamvis id, sed præcipitanter fortasse, ut conjecturam facit Cellier *Histoire Générale des Auteurs Sacrés*, vol. iii. pag. 444. affirmaverit S. Hieronymus *in Rufinum* lib. secundo. Ut enim eruditissimus Bullus loco ait supra memorato, nulla in ea Arianæ perfidiæ notavit Photius, qui alioqui in aliorum scriptis solet minima quæque reprehendere, quæ vel speciem Arianismi præ se ferrent. Porro nullos alios errores in ea invenerat vel carpserat Auctor *Synodici adversus Irenæi Tragœdiam*, præter duo illa notissima dogmata de præexistentia animarum, et restitutione rerum omnium creatarum, ut paulo infra videbis. Unde habes τῆς ὀρθοδοξίας Apologetici in re omnium gravissima tacitum, ut ita loquar, testimonium neque contemnendum, quia alioquin ab illo auctore hoc nomine opus esset reprehensum. Antipater quidem Bostrensis, ut postea quoque patebit, Eusebium oppugnans diversum quid, immo contrarium, de hoc scripto innuit, sed sine idonea causa, quod ex argumentis supra allatis verisimiliter colligere est. Porro ortho-

doxiæ operis id favet, prout Bullus monuit, quod de veteri quodam alio Apologista pro Origene infra tradit Photius, eum nimirum, qui ipse recte sentiebat in causa fidei, auctoritate Pamphili atque Eusebii in defensione Origenis maxime nixum fuisse. Animadvertendum denique, extare locum Hieronymi in *Epistola* ejus *ad Pammachium et Oceanum*, quo scriptum est, Nicænæ synodi, quæ fuit postea, dogmata in parte quadam hujus operis defensa fuisse; sibi colligente more suo Hieronymo, hanc idcirco partem non scriptam fuisse ab Eusebio, quem ait in toto opere suo Origenem Ariani probare dogmatis fuisse; sed vel Didymi vel cujuslibet alterius esse. Hæc ille, quæ quidem opinioni de recta fide ipsius operis magis favere quam adversari censenda sunt. Conferas quæ infra dicentur ad pag. 276.

P. 262. l. 2. τὰ μὲν οὖν ἐπὶ τούτῳ περὶ αὐτοῦ κεκινημένα] De his rebus pauca ea consulas, quæ ex hac Apologia transcripta tibi dabit Photius in sequentibus.

Ibid l. 23. γράψαι] Extat etiamnum Origenis *Protrepticus ad Martyrium*, libellus insignis, sed diu post mortem patris conscriptus.

Ibid. l. 24. ὃν καὶ καλῶς δραμόντι] τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθέντι. Euseb. lib. vi. cap. 3. HŒSCHELIUS.

P. 263. l. 1. τὴν δὲ μητέρα] Euseb. lib. vi. cap. 3. HŒSCHEL.

Ibid. l. 4. διαβοήτῳ μαρτυρίῳ τοῦ βίου ἐξεληλυθέναι] Bene illustris Huetius in lib. i. *Origenianorum*, c. iv. §. 7. "Mirum certe videtur, quod refert Photius. Cum enim vel "ex ipso constat, Pamphilum et Eusebium communi carcere inclusos Origenis vitam et res gestas attigisse in ea "Apologia, quam pro eo simul conscripserunt, quî fieri "possit, ut Pamphilus Origenem in persecutione Decii "vitam celebri martyrio finivisse dixerit, cum scribat Eu-"sebius Hist. lib. vi. cap. 39. eum et Decio, et tormentis "fuisse superstitem, cujus rei testes ipsasmet Origenis "epistolas viderat Eusebius, quando in hac Apologia una "cum Pamphilo scribebat Origenem in persecutione De-"cii vita decessisse; vel inconsulto Eusebio solus hæc "scripsit Pamphilus, utpote præcipuus operis auctor; vel "Photius fortasse deceptus est, *Martyris* verbo, quod de "omnibus pro fidei veritate toleratis cruciatibus recte di-"citur, quamvis ipsa non sequatur mors; (eo enim sensu "in Deciana strage martyrium subiisse Origenem recte "potest dici:) vel memoria lapsus Pamphilo etiam tri-"buit, quod ab aliis tantum quos commemorat, fortasse

“ dictum est; vel denique illud duntaxat intelligi voluit “ Pamphilus, Origenem cruciatibus ac miseriis in Decii “ laniena elisum, non longe postea vixisse. Quod Eusebii “ verbis non repugnat.” Hæc ille. Et profecto vix fieri posset, ut dixissent decepti Pamphilus atque Eusebius, mortem cruentam in sua ipsorum urbe Cæsarea magno unquam Origeni contigisse.

P. 263. l. 12. Ἀδαμάντιον] At secundum plerosque auctores ita appellari meruit Origenes propter indefessa studia, immensosque circa res divinas labores.

Ibid. l. 15. Κλήμεντα δὲ Πανταίνου] Contra Philippus Sidetes, in fragmento a Dodwello ad finem *Dissertt. in Irenæum* edito, Pantænum Clementis discipulum fuisse narrat. Quam vere, viderit auctor. Certe de eo, quod jam sequitur, merito dubitat Cavius in *Pantæno*, *Hist. Lit.* tom. i. pag. 83. fuisse Pantænum nonnullorum ex ipsis apostolis auditorem. Etenim tota convenit narratio magis Polycarpo ac Papiæ, quam Pantæno, qui, auctore Hieronymo, docuit sub Severo et Antonino Caracalla.

Ibid. l. 21. ἀπαίρειν] Corrigend. ἀπαίρων pro ἀπαίρειν, ubi legere vult Hœschelius μέλλων ἀπαίρειν, his verbis male cum sequentibus χωρὶς τῆς τȣ̃ οἰκείου γνώμης ἐπισκόπȣ conjunctis, nam teste Hieronymo *De Viris Ill.* cap. 54. cum *sub testimonio ecclesiasticæ epistolæ* (vel, ut ait idem vir sanctus cap. 62. *sub testimonium Demetrii*) *Athenas per Palæstinam pergeret, a Theoctisto et Alexandro Cæsareæ et Hierosolymorum episcopis presbyter ordinatus est.* Ubi tamen nimia festinatione similiter deceptus Fabricius Photium erroris arguit; quasi Origenem iter suscepisse scripsisset χωρὶς τȣ̃ οἰκείου γνώμης ἐπισκόπȣ. Cæterum hunc episcopum vocabant *Theoctistum*, non *Theotecnum*, Hieronymus et Eusebius, ut notavit Hœschelius.

P. 264. l. 8. μεταςῆναι μὲν ἀπὸ Ἀλεξανδρείας] Vitiose decretum concilii repræsentasse videtur Moshemio sive Photius sive Pamphilus; Origenem enim putat tantum docendi munere in schola et ecclesia Alexandrina indignum sententia ista pronuntiatum fuisse. Vid. eum in lib. præstantissimo *De Rebus Christianorum ante Constantinum M.* sect. iii. §. 30. pag. 678. ubi de contentionibus Origenis et Demetrii exposuit.

Ibid. l. 17. φησί.] H. e. Pamphilus; nisi legendum sit φασὶ, prout supra scribit Photius, τὰς δὲ κατὰ Ὠριγένους συνόδους ... νήσεις ἐκεῖθεν λέγουσιν ἐκρυῆναι. l. 19. pag. sup. Hæc tamen verba ipsa extare poterant in opere Pamphiliano, quod excerpsit Photius.

P. 264. l. 21. Πατερμούθιος] Vid. Euseb. *De Martyribus Palæstinæ*, cap. 13.

P. 265. l. 3. μάρτυς δὲ καὶ ὁ Πιέριος] Vid. supra pag. 208.

Ibid. l. 4. καὶ νεὼς καὶ οἶκοι] Καὶ οἶκοι. *Domusne* clericorum intelligendi sunt, qui perinde ut hodie usu venit, ad ecclesias, seu templa, Christianorum pertinebant? Cons. enim Bingham. *Antiq. Eccles.* lib. viii. cap. 7. sect. 13. An potius hoc loco οἶκοι pro ecclesiis συνωνυμῶς adhibetur, et cum viris clarissimis Nic. Fullero atque Ant. Pagio sic interpretandus est, ut dixi ad pag. 517. vol. ii. Eusebius lib. vii. *Hist.* cap. 30. ad finem, ubi ait, Paulum Samosatensem post condemnationem ejus, τοῦ τῆς ἐκκλησίας οἴκου ἐκστῆναι noluisse? nisi quod οἶκοι hîc apud Photium ædificia sacra minus ampla, quam verbum νεὼς, significat.

Ibid. l. 5. πρεσβύτερος ἦν] Pamphilum episcopum fuisse narrat præter fidem aliorum auctorum multis, ut aiunt, parasangis se meliorum Auctor *Prædestinati* a Sirmondo editus, Hæres. 43. Sed vere idem ille scripserat ad *Hær.* 22. *Apologetici* auctorem esse Pamphilum, his verbis, *Unde quicunque usque hodie Origenem legit, si prudenti eum novit recitatione distinguere, deprehendit loca ab hæreticis maculata; quod ita esse sanctus Pamphilus martyr in suo Apologetico declaravit.* Vid. et *Hær.* 43. quem locum ad finem horum testimoniorum collocavi. Sed dubia res possit videri adulteratio hic memorata operum Origenis, perlegentibus Origeniana scripta quæ supersunt, in quibus tot nove ac periculose dicta ubique scatent.

Ibid. l. 17. ἔμψυχον τὸν ἐνανθρωπήσαντα] Socratis loco præcedunt istæc; Καὶ τὸν ἐνανθρωπήσαντα, οὐ μόνον ἔνσαρκον, ἀλλὰ καὶ ἐμψυχωμένον ἀπεφήναντο (patres Alexandrini Concil. v. sub Athanasio) ἣ καὶ πάλαι τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἀνδράσιν ἐδόκει. οὐ γὰρ νεαράν τινα θρησκείαν ἐπινοήσαντες εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσήγαγον, ἀλλ' ἅπερ ἐξ ἀρχῆς καὶ ἡ ἐκκλησιαστικὴ παράδοσις ἔλεγε, καὶ ἀποδεικτικῶς παρὰ τοῖς Χριστιανῶν σόφοις ἐφιλοσοφεῖτο· οὕτω γὰρ πάντες οἱ παλαιότεροι περὶ τούτου λόγον γυμνήσαντες, ἔγγραφον ἡμῖν κατέλιπον· καὶ γὰρ Εἰρηναῖός τε καὶ Κλήμης, Ἀπολινάριός τε ὁ Ἱεραπολίτης, καὶ Σαραπίων ὁ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ προεστὼς ἐκκλησίας ἔμψυχον τὸν ἐνανθρωπήσαντα, ἐν τοῖς πονηθεῖσιν αὐτοῖς λόγοις, ὡς ὁμολογούμενον αὐτοῖς φάσκουσιν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἡ διὰ Βήρυλλον τὸν Φιλαδελφίας τῆς ἐν Ἀραβίᾳ ἐπίσκοπον γενόμενον σύνοδος, γράφουσα Βηρύλλῳ τὰ αὐτὰ παραδέδωκεν. ΩΡΙΓΕΝΗΣ δὲ πανταχοῦ &c. *Christum vero hominem factum, non carnem modo, sed animam etiam humanam assumpsisse pronuntiarunt; quæ quidem sententia olim fuerat ecclesiasticorum virorum. Non enim novam quandam doctrinam a*

se primum excogitatam in ecclesiam invexerunt; sed ea sanxerunt quæ et ecclesiastica traditio ab initio docuerat, et Christianorum philosophi certissimis argumentis adstruxerant. Ita enim omnes antiqui qui hac de re disputarunt, suam nobis sententiam scriptis proditam reliquerunt. Irenæus certe et Clemens, et Apollinaris Hierapolitanus, et Serapion Antiochenæ urbis episcopus, Christum qui homo factus est, anima præditum fuisse, velut rem communi omnium consensu receptam suis in libris asserunt. Quin et synodus quæ propter Beryllum Philadelphiæ in Arabia episcopum facta est, scribens ad eumdem Beryllum eadem tradidit. ORIGENES quoque in omnibus libris suis &c. Conferas Moshemii *De Rebus Christianorum ante Const. M.* Sæc. iii. sect. 34. p. 701. Notabile autem est hoc testimonium pro recta fide cum aliorum sanctorum, tum synodi Philadelphinæ, sive Bostrensis, ante concilium Nicænum habitæ, contra hæresin, quæ fuit postea, Apollinarii. Confer Euseb. *Hist.* vi. 33.

P. 265. l. 17. ὁ εἰς τὴν Γένεσιν] Periit *Origenis in Genesin Commentarius*, qui a Pamphilo adductus fuerat, paucis exceptis fragmentis, quorum nulla tamen suppeditavit liber primus *Apologiæ Pamphilianæ*, qui extat.

Ibid. l. 25. τὴν τῆς ἐκκλησίας μυστικὴν ἑρμηνεῦσαι παράδοσιν] Conf. *Epist. ad Ephes.* v. 32.

P. 266. l. 4. συστατικὸς λόγος] Musculus vertit, *Liber Gregorii adjungitur quo Origenem commendavit.* Christophorsonus autem ita interpretatur, *Oratio Gregorii in Origenis commendationem conscripta.* Verum hanc interpretationem probare non possum, neque enim oratio illa a Gregorio Thaumaturgo scripta est ad commendationem Origenis; sed ad agendas gratias præceptori, cum ex ejus schola discederet. συστατικοὶ quidem dicuntur Epistolæ commendaticiæ. Orationes autem συστατικοὶ nullæ unquam fuerunt. Quare non dubito quin συνταχτικὸς scribendum sit, licet Nicephorus vulgatam lectionem confirmet. Est autem συνταχτικὸς λόγος, oratio qua vale dicitur, ut monui in annotationibus Eusebianis, (ad *Vit. Constant. M.* lib. iii. cap. 21.) quas studiosus lector consulet. VALESIUS. Operis, quod sæpe typis excusum est, titulus hic est, τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ εἰς Ὠριγένην προσφωνητικὸς καὶ πανηγυρικὸς λόγος.

Ibid. l. 11. *Antipater Bostrensis*] Hunc Antipatrum Bostrensem ante Concilium Nicænum Secundum, quod sub finem sæculi octavi habitum est, vixisse constat, quippe cum in eodem excitatum concilio fuerit a Stephano Mo-

nacho *Opus ejusdem Antipatri contra Eusebium*, cui quidem soli attribuisse Antipater videtur *Apologiam pro Origene*. Cavius Antipatrum circa medium sæculum quintum ad annum 460 collocavit. Conferas Oudini *Comment. de Scriptoribus Eccl.* tom. ii. pag. 101.

P. 266. l. 23. τήν τε υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα ὑπόβασιν] Cum de subordinatione Filii ad Patrem aliqua dixisset Origenes, pro eodem ἀπολογούμενοι Pamphilus et Eusebius similia ex aliis scriptoribus effata juxta posuerant. Sed perinde ac patres ante Arium, non tantum qui reus fuit Origenes, sed etiam defensores ejus, minus accurate fortasse de hoc mysterio locuti fuerant; neque interea quidquam ejusmodi proferentes, quod magna synodus Nicæna tanquam impium notasset et condemnasset; quanquam contrarium innuit Antipater, dum de condemnato ab illa synodo Ariano dogmate videtur hoc loco agere. At vide quæ supra dixi ad pag. 272. item infra.

Ibid. l. 24. σοῦ γὰρ καὶ τῶν περὶ σὲ] Celebris est quæstio de ὀρθοδοξίᾳ Cæsariensis episcopi, inter veteres ac recentiores multum diuque agitata.

P. 267. l. 2. μὴ πείθεσθαι δεῖ ἐν] Ad marg. *Concil. editorum*, et teste Harduino MS. Codicis, positum est, ἴσως. μή τε πείθεσθαι δέον. Verum nil necesse est, ut μὴ sollicitetur.

Ibid. l. 24. pro prædictis erroribus] Videsis quæ supra notavi ad pag. 271. Cæterum huic Auctoris *Synodici* loco *constat* pro *constet*, et *earum* pro *eorum*, reposui.

P. 268. l. 1. Δημήτριον] Alexandrinus episcopus, qui fuit postea Origenis adversarius.

Ibid. l. 2. Παμφίλῳ τε τῷ μάρτυρι ἐπερείδεται, καὶ τῷ Εὐσεβίῳ] Ex Photiana apologistæ hujus notitia, qui Photio ipso referente, περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος οὐδὲν τῶν ἐσφαλμένων ἔλεγε, dum Origenis ὀρθοδοξίαν defendebat, quique Pamphilo innixus esse atque Eusebio ab eodem Photio dicitur, jure merito colligit cl. Bullus in *Defens. Fidei Nicænæ* Sect. II. c. ix. §. 10. p. 114. ed. Grab. abhorruisse ab Ariana impietate *Pamphili Eusebiique pro Origene apologiam.*

Ibid. l. 19. ἔχεις καὶ] Notavit quidem Delaruæus in *Admonitione in Apologiam S. Pamphili*, pag. 15. Eusebium dicere videri, se in sexto hujus apologiæ libro epistolas, quas ad Fabianum papam et ad complures alios ecclesiarum antistites de fidei suæ ratione Origenes scripserat, inseruisse. Recte, sed locus exponendus videtur de aliis præterea operibus ejusdem Origenis, quæ ibi enumeraverat Eusebius.

Ibid. l. 21. ἀπολογίας.] Quotquot agunt loci veterum de

Apologia a Pamphilo atque Eusebio conscripta, eos supra sistendos esse putavi. Gallandius tantum in tomo iv. suæ *Bibliothecæ PP.* Rufinianam libri, qui restat, *Apologiæ* interpretationem ex editione Delaruæi una cum notis ejusdem desumptam collocavit; quod quidem opusculum, egregium licet antiquitatis monumentum, propter causas jam dictas prætermisi.

P. 269. l. 7. habuerunt] Hæc Auctoris *Prædestinati*, cujus quidem librum ambiguæ fidei primus edidit Jacobus Sirmondus, utpote minus firma, ultimo loco posui. Sed enim etiam illud incertum est, quod et alii auctores tradiderunt, de corruptione librorum Origenis; quin immo antiquitati prorsus ignoti sunt duo isti hæretici Origenis nomine appellati. Alius quidem homo cognominis fuit, illius ætatis qua ipse erat Origenes, sed philosophus.

Extat cum in Stephaniana tum in multis aliis Novi Testamenti editionibus Ἔκθεσις, sive *Expositio Capitum Actuum Apostolorum*, cujus Pamphilus Martyr auctor designatur in codice vetusto Actorum et Epist. Cathol. a Montfaucono ad pag. 75. *Bibliothecæ Coislinianæ* recensito. Neque dubitat idem vir eruditissimus, quin hæc opella vere fuerit Pamphili Martyris; assentiente quoque Fontanino in *Hist. Lit. Aquileiensi*, lib. v. cap. 5. §. 5. p. 259. post initam, ut ait, Expositionis cum Apologia comparationem, licet latina, ut ipse dicit, tantum Apologiæ versio extet. Sed cl. Zacagnius, qui in *Collectaneis Monument. Vet. ex Bibliotheca Vatic.* ad pag. 428. una cum nonnullis Euthalii Ægyptii opusculis hanc ediderat expositionem, ipsam quoque eidem Euthalio attribuit. Atque eam Euthalii esse, qui quidem floruit medio sæculo quinto, sentiendum esse ait Wetstenius propter subscriptiones duorum codicum manuscriptorum, quorum unus est epistolarum Pauli, alter Actuum et Epistolarum Catholicarum; inde enim ortum esse errorem librariorum, qui cum legerint, ab Euthalio codicem sacri textus, qui Pamphili fuerit, consultum fuisse, totum librum Euthalii Pamphilo tanquam notiori adscripserint. Vide Wetstenii Prolegomm. ad *Nov. Test.* p. 75. Modo autem auctorem revera habeat Pamphilum *Expositio* ista, credibile esse putat cl. Ernestius *Instit. Interp. Novi Test.* part. II. cap. i. §. 17. eam ab Euthalio, dum in bibliotheca Cæsariensi codicem tractabat, desumptum et pro suo venditatum esse. Negat vero S. Hieronymus in *Epistola ad Pammachium de Erroribus Origenis* versus finem, dum *Apologeticum* a Rufino partim versum commemorat, quodlibet scripsisse opus Pamphi-

lum. Tum vero in *Apolog.* sua, lib. i. *advs. Rufinum* p. 202. ed. Froben. Eusebium ipsum, verbis in Latinum a Græco versis, hac de re testem citat; *Ipse quidem* (Pamphilus) *proprii operis nihil omnino scripsit, exceptis epistolis, quas ad amicos forte mittebat: in tantum se humilitate dejecerat.* Cum vero *Apologiam pro Origene*, quam partim Pamphilo ipse quoque Eusebius attribuit, hoc loco idem ille Eusebius neglexerit, eo minus urgenda verba fateor esse contra brevia, de quibus nunc agimus, capitula. Hic notabo, sensisse me, postquam hæc scripsissem, cl. Keilium in Harlesiana edit. *Fabricianæ Bibliothecæ Græcæ* tom. vii. p. 303. Wetstenium et Ernestium de hac re, pariter atque ego feceram, adduxisse.

AD *Canones* quod attinet ecclesiasticos ab apostolis ipsis, si Diis placet, in concilio Antiocheno sancitos, quos quidem Turrianus lib. i. *adversus Magdeburgenses* cap. 25. tradit, Pamphilum Martyrem testari, se in bibliotheca Origenis reperisse; constat eundem Turrianum neque canones neque testimonium sumpsisse ex opere aliquo Pamphilo adscripto, sed ex ἀνεπιγράφῳ quodam manuscripto. Istos autem *Canones*, quos supposititios esse multi viri docti, tam Romanenses quam Reformati, ostenderunt, ut falsos fictosque ablegavi; dum *Expositionem Capitum* tanquam dubiam relinquendam esse censui. Denique *Sententias Pamphili Martyris adversum Mathematicos* Latine interpretatum esse Rufinum, Gennadius ait in Libro suo *De Viris Illustribus* cap. xvii. Atque, si modo inspiciatur Rufinus ipse in *Invectiva contra Hieron. priori*, pp. 263, 264. ed. Froben. *Op. Hieron.* haud dubitari possit, quin hujusmodi quædam a Rufino confecta ex *Apologetico* Pamphili fuerint. Immo Justus Fontaninus in *Hist. Lit. Aquileiensi* lib. v. cap. 9. p. 323. cum in libro, qui superest *Apologetici*, nonnulla testimonia contra astrologos seu mathematicos invenisset, statuit, hujusce martyris sententias adversum eosdem a Rufino conversas etiamnum extare, quas alii viri docti, vel nunquam extitisse vel jam dudum periisse, censuerant. Ait interea Delaruæus in *Admonitione in Apologiam*, etiamsi daret quispiam in primo Apologiæ libro, quem vertit Rufinus, nihil contra Mathematicos fuisse, at cæteros libros sequentes, in quibus alicubi forsitan fati assertores confutabantur, Latine reddere in animo saltem erat Rufino, quem ab hoc loco deterruit solus Macharius libros περὶ ἀρχῶν Origenianos videndi cupidus; pag. 5. tom. iv. *Op. Origenis.*

S, LUCIANUS MARTYR.

S. LUCIANUS MARTYR.

S. HIERONYMUS, *Libro De Viris Illustribus*, cap. lxxvii. pag. 167.

LUCIANUS, [a] vir disertissimus, Antiochenæ ecclesiæ [b] presbyter, [c] tantum in scripturarum studio laboravit, ut usque nunc quædam exemplaria scripturarum Lucianea nuncupentur. [d] Feruntur ejus de Fide libelli. Et breves ad nonnullos Epistolæ. [e] Passus est Nicomediæ ob confessionem Christi sub persecutione Maximini, sepultusque Hellenopoli Bithyniæ.

[a] Eusebius ubi hujus Luciani Apologiam pro fide, præsente ipso Imperatore dictam Nicomediæ, memorat viii. 13. Lucianum vocat, *τὸν πάντα βίον ἄριστον*, et ix. 6. *βίῳ τε ἐγκρατῆ, καὶ τοῖς ἱεροῖς μαθήμασι συγκεκροτημένον*. Sozomenus iii. 5. *τά τε ἄλλα, εὐδοκιμώτατον, καὶ τὰς ἱερὰς γραφὰς εἰς ἄκρον ἠκριβωκότα*. Illam Luani Apologiam Latine refert Rufinus ex Actis fortasse Martyrii ejus excerptam. FABRICIUS. In urbe quidem tunc aderat imperator, sed coram præside orationem pro fide habuit Lucianus. Cons. enim Eusebii locum atque Rufinum.

[b] Episcopum Nicomediensem vocat Honorius, (Augustodunensis de Scriptor. Eccles.) quod vetustiores ignorant. FABRICIUS.

[c] De studio Luciani in emendanda LXX. Interpretum versione Simeon metaphrastes et ex eo Suidas in *Λουκιανὸς* et *νοθεύει*. *Οὗτος τὰς ἱερὰς βίβλους ἰδὼν πολὺ τὸ νόθον εἰσδεξαμένας, τοῦ τε χρόνου λυμηναμένου πολλὰ τῶν ἐν αὐταῖς, καὶ τῆς συνεχοῦς ἀφ' ἑτέρων εἰς ἕτερα μεταθέσεως, καὶ μέντοι καί τινων ἀνθρώπων πονηροτάτων, οἳ τοῦ Ἑλλη-*

νισμοῦ προεστήκεσαν, παρατρέψαι τὸν ἐν αὐταῖς νοῦν πειρασαμένων καὶ πολὺ τὸ κίβδηλον ἐν ταύταις σπειράντων, αὐτὸς ἁπάσας ἀναλαβὼν ἐκ τῆς ἑβραΐδος ἀνενεώσατο γλώττης, ἣν καὶ αὐτὴν ἠκριβωκὼς ἐς τὰ μάλιστα ἦν, πόνον τῇ ἐπανορθώσει πλεῖστον εἰσενεγκάμενος. Per totam Asiam minorem a Constantinopoli usque ad Antiochiam Luciani Martyris exemplaribus usos olim Christianos, testatur Hieronymus præf. in Paralipom. et lib. ii. in Rufin. Librum Jobi in Codice MS. Alexandrino, quem servant Angli, ex Luciani recensione etiamnum superesse contendit Jo. Ernestus Grabe Prolegom. ad tomum iii. edit. LXX. Interpretum cap. i. §. 7. seq. FABRICIUS.

[d] Brevis ἔκθεσις fidei apud Athanasium de Synodis tom. i. pag. 892. Socratem ii. 10. et Sozom. iii. 5. Confer Schelstratenum ad Concil. Antiochen. p. 112. seq. FABRICIUS. De hoc symbolo nonnulla posthac annotaturus sum ad Fragmentorum calcem.

[c] A. 311. Vide Combefisium ad S. Maximi opera tom. ii. pag. 718. Acta Sanctor. 7. Januar. pag. 357. seq. Tillemontium tom. iv. memor. &c. FABRICIUS.

S. LUCIANI

ANTIOCHENI PRESBYTERI, ET MARTYRIS,

QUI VERGENTE AD FINEM SÆCULO TERTIO FLORUIT,

FRAGMENTA.

Ex fine Epistolæ ad Antiochenos.

ΑΣΠΑΖΕΤΑΙ ὑμᾶς χόρος ἅπας ὁμου μαρτύρων. Συναγγελίζομαι δὲ ὑμᾶς, ὡς Ἄνθιμος ὁ πάπας τῷ τοῦ μαρτυρίου δρόμῳ ἐτελειώθη. Hoc extat in *Chronico Paschali* seu *Alexandrino*, p. 277. ed. Ducangii.

Salutem plurimam vobis dicit universus simul martyrum chorus. Nuntio vobis Anthimum papam martyrii cursu perfectum fuisse.

Luciani coram Præside, antequam passus sit, habita Oratio; quam suæ intexuit Versioni Historiæ Ecclesiasticæ Eusebii Rufinus Interpres; lib. ix. cap. 6. tom. i. p. 515. *ed. Cacciarii.*

In occulto non est, quod nos Christiani quem colimus, Deus unus est, per Christum nobis annunciatus et per Spiritum sanctum nostris cordibus inspiratus. Non enim, sicut vos putatis, humanæ alicujus persuasionis errore constringimur, nec indiscussa, ut alii, parentum traditione decipimur. Auctor nobis de Deo, Deus est. Neque enim posset sublimis illa majestas sensibus humanæ mentis illabi, nisi vel spiritus sui virtute delata, vel Verbi ac Sapientiæ suæ interpretationibus indicata. Fateor, erravimus

Indignum est enim de tali fœmina absurdum aliquid suspicari. Quid ergo efficiunt verba hæc, [c] *Dic verbum aliquod contra Deum, et morere? Hoc afferebant*, mulierem, quia virum reprehensione carere vidisset, et tamen concessu Dei in tot tantasque calamitates incidisset, vereretur-que ne quis ex iis quæ videbantur, judicans ea quæ ei evenirent, contraria ejus recte factis existimaret, id quod etiam tres amici fecissent: qui cum nihil sinistri ab eo gestum esse scirent, tamen ex iis quæ cernerent, ea quæ illi accidissent, judicassent, quod ignorarent Dei, qui eum edidisset, consilium, ne quid hujusmodi accideret, ei hæc dixisse. Vir, scio te Dei auxilium expectare: sed fortasse interea salutem distulit, causam non possum dicere. Permulti autem homines, qui te sine stirpe, sine domo, sine veste esse, omnibusque bonis destitutum, et liberos illos pulchros ac bonos, quos magno labore procreavimus, non libidinis causa, sed propagandi generis nostri, repente deletos, vident: tu vero ipse *tinearum pabulum factus es*, et pro pristinis opibus ac bonis et valetudine, in tua carne vermium multitudo scatet, et pro regiis, ne sub tecto quidem, sed *sub dio habitas*: ego vero uxor tua, pro præclaro illustrique lare pauper effecta sum, [d] *præteriens loca ex loco, et domos mutans*, rerum ad vitam necessariarum gratia, ob eamque causam pudore affecta, *solem mihi opto occidere, ut nox adventu suo calamitates meas occulat et tegat*. Ut igitur ego ipsa tantum rideor, non ferens risum procacium: sic tu qui miserum spectantibus spectaculum propositus es, noli causa damni esse infirmis, quasi non sis curæ Deo, nec ipse simili tibi conjunctus sit, collecta contractaque mente tua te in famulatum Dei, qui te in lucem protulit, trade, ut tibi celerem mortem inferat, quo facilius morte ipsa et suspicionem quam de Deo habes tollas, et tibi dolores, et mihi calamitates reddas faciasque

[c] Job. ii. 9. [d] Job. ii. 9. secund. LXX.

leviores. Hæc enim illa verba declarant, *Dic verbum aliquod contra Deum*, sive, *benedic Domino et morere*, pro, Roga Deum, vel, precare Deum, ut morte longos illos magnosque dolores mitiget. Qui ait ad illam, [f] *Ut quid tanquam una de stultis mulieribus locuta es?* Itaque amentiam ejus accusat, et levem sermonem mulierum similem, non impietatem aut scelus. Ignoras enim, inquit, O mulier, gravitatem dolorum, gratiasque quas pro doloribus ago, majorem mihi mercedem conciliare et quærere. Amisi armenta, boves, jumenta, servorum ac liberorum multitudinem, nihil tamen eorum, cum in lucem prolatus sum, mihi suppetebat: sed qui me effecit, usuramque vitæ mihi largitus est, is et bona et omnia, quæ ad vitam pertinent dedit: et nunc qui dedit, etiam abstulit. Absurdum est autem danti quidem gratias agere, detrahenti autem succensere, et mortem timide ignaveque optare: et divitiis acceptis, ac valetudine, lætari cum voluptate, paupertatem autem et morbum ignaviam (f. cum ignavia) existimare. Neque enim nostrum est, uxor, ad ea quæ suavissima sunt currere: graviter autem labores, acerbeque ferre. Debent enim ii, qui sui potestatem non habent, sed a Deo gubernantur, ferre fortiter, quæ dat Deus, qualiacunque etiam sint ea quæ incidunt. Nihil enim sine ejus providentia, aut boni nobis suppetit, aut mali nobis evenit, cum ipse omnia vel decreto suo vel permissu, nostræ in se charitatis comprobandæ causa faciat. Moneo igitur te, O uxor, ne ejusmodi mihi des consilium, quod imminuere fortitudinem meam potest, sed id potius, quod possit augere virtutem meam; atque constantia in subeundis laboribus, patientiaque in perferendis malis et morbis, præceptorem me spectantibus agendi gratias reddere, ut et cum locupletes sumus, et cum valemus, Deo gloriam tribuamus: et cum pauperes sumus, et cum ægrotamus,

[f] Job. ii. 10.

eum laudemus, non nunc modo, sed etiam in perpetuum, animi constitutione, et labrorum (for. labiorum) sacrificio. P. 523. *Operum Origenis* Latine per Genebrardum, Paris. 1604.

De Epistolis S. Luciani ita Suidas in voce, pag. 459. *ed. Kusteri.*

Οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ τὴν καθαρότητα τῶν θείων δογμάτων παρὰ τούτῳ τις ἂν μάλιστα τῶν κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον γενομένων ἐπ᾽ ἄκρον εὗροι φυλαττομένην. ἐξέθετο γὰρ καὶ ἐπιστολὰς ἀμέλει γενναιοτάτας, ἐξ ὧν φωράσαι τις ἂν εὖ μάλα ῥᾳδίως, ἣν ὁ ἀνὴρ περὶ τῶν θείων ἔσωζε γνώμην.

Interprete Æmilio Porto.

Neque vero tantum hoc præstitit, (Test. Veteris editionem,) sed etiam divinorum decretorum puritatem apud hunc ex omnibus illius ætatis viris maxime summoque studio conservatam invenias. Nam et epistolas edidit, profecto præstantissimas, ex quibus quivis facillime deprehendat, quænam fuerit hujus viri de rebus divinis sententia.

ANNOTATIONES
IN S. LUCIANUM MARTYREM.

P. 285. l. 6. Ἀσπάζεται ὑμᾶς &c.] Τῷ αὐτῷ ἔτει, (304. post Christum natum) πολλοὶ μὲν πανταχόσε, καθὼς ἔφαμεν, διαθλήσαντες ἐτελειώθησαν, οὐδὲν ἧττον. Καὶ κατὰ τὴν Νικομηδέων πόλιν ἐν ᾗ βασιλεὺς (Diocletianus) ἐποιεῖτο τὰς διατριβὰς, τότε Δωρόθεος καὶ Γοργόνιος σὺν ἑτέροις, ἅμα πλείοσι τῆς βασιλικῆς ὑπηρεσίας οὖσιν, ἐτελειώθησαν, καὶ χορὸς ἅμα πολὺς μαρτύρων ἀνεδείχθη. Μετ' οὐ πολὺ δὲ ϗ Ἄνθιμος τῆς αὐτῆς Νικομηδέων ἐκκλησίας ἐπίσκοπος τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς ἐτελειώθη· ἕτεροι δὲ πυρὶ, πλείονες δὲ καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ ἐῤῥίπτοντο, ὐκ εὐτονέντων τῶν δημίων εἰς τοσοῦτον ἀπειρότατον πλῆθος ἐξαρκεῖν. Περὶ τύτυ τοῦ ἀπείρου πλήθυς τῶν μαρτυρησάντων Λυκιανὸς πρεσβύτερος Ἀντιοχεῦσι γράφων ἐδήλου· ἈΣΠΑΖΕΤΑΙ ὑμᾶς &c. *Eodem anno, multi ubique, uti diximus, haud minori constantia toleratis suppliciis, mortem obierunt. Sed et in Nicomediensium urbe, cum in ea moraretur imperator, Dorotheus et Gorgonius cum aliis non paucis ex imperatoris obsequio, vitam finierunt; simulque ingens martyrum chorus apparuit. Nec diu post Anthimus ipsius Nicomediensium ecclesiæ episcopus capite plexus interiit; alii igne damnati, complures in mare præcipitati sunt, cum ad tantum ac infinitum pœne numerum conficiendum tortores deficerent. De hac innumera martyrum multitudine Lucianus presbyter ad Antiochenos scribens ita meminit:* SALUTEM plurimam vobis &c. Addit auctor Chronici, Καὶ τὰ μὲν κατὰ Νικομήδειαν ταῦτα, ϗ τούτων ἔτι πλείονα. Trium illorum martyrum Dorothei, Gorgonii, Anthimi mentionem facit Eusebius lib. viii. *Hist.* cap. 6. Hieronymus autem de Luciano, ut vidisti, scribit; *Feruntur ejus de fide libelli, et breves ad nonnullos* epistolæ. *De Viris Ill.* cap. 77. Tradit ibidem Hieronymus, passum esse ipsum quoque Lucianum Nicomediæ sub persecutione Maximini, hoc est, sex vel septem post annos, quam martyrio coronatus Anthimus esset.

Ibid. l. 13. *Luciani—Oratio* &c.] De Luciani martyrio Eusebii hæc sunt, lib. ix. *Hist.* cap. 6. pag. 444. Λυκιανός τε ἀνὴρ τὰ πάντα ἄριστος, βίῳ τε ἐγκρατὴς, ϗ τοῖς ἱεροῖς μαθήμασι

συγκεχροτήμενος, τῆς κατ' Ἀντιοχείαν παροικίας πρεσβύτερος, ἀχθεὶς ἐπὶ τῆς Νικομηδέων πόλεως, ἔνθα τηνικαῦτα βασιλεὺς (Maximinus) διατρίβων ἐτύγχανε, παρασχὼν τε ἐπὶ τοῦ ἄρχοντος τὴν ὑπὲρ ἧς προΐστατο διδασκαλίας ἀπολογίαν δεσμωτηρίῳ παραδοθεὶς κτίννυται. Quem locum vetus interpres Rufinus ita vertit, aut potius interpolavit: *Lucianus quoque vir moribus, continentia, et eruditione præcipuus, Antiochenus presbyter, cum ad tribunal judicis fuisset adductus: Cur, inquit ad eum præses, vir rationabilis et prudens sequeris sectam, cujus non potes reddere rationem? aut si est, aliqua audiamus. Tum ille data sibi facultate dicendi, hujuscemodi orationem de fide nostra habuisse dicitur.* In occulto non est &c. Eusebius porro ad lib. viii. cap. 13. hæc de Luciani apologia habet—ἐν τῇ Νικομηδείᾳ, καὶ αὐτὸς, βασίλεως ἐπιπαρόντος (in urbe) τὴν οὐράνιον τοῦ Χριστοῦ βασιλείαν λόγῳ πρότερον δι' ἀπολογίας, εἶτα δὲ καὶ ἔργοις ἀνακήρυξας. Neque ulla idonea causa mihi quidem esse videtur, (quamvis alii diverse senserint, ut e. g. Tillemontius *Mem. Eccl.* tom. v. in *Luciano* pag. 203. ed. Bruxell.) cur non haberi Rufino fides debeat, qui hanc præclaram orationem, cum moribus ac ratiociniis sæculi illius apprime convenientem, martyri Luciano attribuit. Fieri enim potest, ut ipsam ex actis martyrii ejus Rufinus descripserit, quod plus semel monuit Fabricius, cujus sententiæ favent verba, quæ jam descripsi, apud eundem interpretem ipsi orationi præcedentia. Cæterum statuit cl. Lardnerus *De Hist. Evang. Fide*, Part. II. lib. i. cap. 58. Hieronymi verba supra allata, *Feruntur ejus de fide libelli*, ad hanc potius apologiam pertinere censenda esse, aut ad alios quosdam tractatus breves pro religione Christiana a Luciano scriptos, quam ad symbolum sive confessionem fidei, de qua posthac dicendum, quippe cum Rufinus, ejusdem ætatis scriptor, qua Hieronymus erat, titulo *Orationis pro Fide* hanc insigniverit coram præside apologiam. Trithemius interea *De Scriptor. Eccles.* num. L. de Luciano habet, *Scripsit inter cætera de Fide nostra libr.* iii. Qua vero auctoritate nixus librorum numerum addiderit, nescio. Notavit hoc quidem Aub. Miræus "Librorum numerus apud Hieron. cap. 77. "videtur excidisse." Certe si isti ab Hieronymo ita designati essent, neque ad symbolum illud, neque ad apologiam coram præside, pertinere possent.

P. 285. l. 17. quem colimus, Deus unus] Tertullianus *Apol.* cap. 17. init. *Quod colimus, Deus unus est.*

Ibid. l. 22. de Deo] Cum Cacciarius in edit. Rufini Romæ anno 1740 impressa *de cælo*, sed renitente sensu

reliquæ orationis, habet, ex tribus vetustissimis editionibus, MStoque Collegii S. Magdal. Oxonii, alteram lectionem *de Deo* revocavi.

P. 286. l. 16. ante reges] *Ante reges* tum nostri MSS. libri tum vetust. Reg. Apud editos *ad reges*. Pet. Th. Cacciari.

Ibid. l. 22. acta Pilati] Horum *actorum*, quæ quidem a gentilibus sub hoc tempus conficta erant, mentionem fecit Eusebius lib. ix. *Hist*. cap. 5. aliique. Erant autem teste eodem Eusebio, πάσης ἔμπλεα κατὰ τοῦ Χριστοῦ βλασφημίας.

Ibid. l. 25. testibus] In vetust. Cod. Reg. *testimoniis*. Cacciari.

Ibid. l. 26. Pars pene mundi jam major] Præstitisse aliis multitudine his quoque temporibus Christianos, scriptum extat apud Porphyrium, qui eos alicubi nominavit τοὺς πλείονας, ut me olim fecit certiorem eruditissimus Porsonus.

Ibid. l. 31. ipse in Hierosolymis locus] At vero his Luciani temporibus *Ælia* urbs vulgo appellata est, idemque fortasse invenit nomen Rufinus in suo exemplari; hujus tamen ætate recruduerat vetus illud *Hierosolymæ* nomen. Cæterum in *MS. Collegii S. Magdal. Oxon.* supra scriptum est, *ipse qui in H. locus est*.

Ibid. Golgothana rupes sub patibuli onere disrupta] S. Cyrillus medio hoc sæculo quarto sanctæ urbis episcopus in *Catechesi* 13. hæc testatus est; Ὁ Γολγοθᾶς οὗτος ὁ ἅγιος ὁ ὑπερανεστὼς, καὶ μέχρι σήμερον φαινόμενος, καὶ δεικνύων μέχρι νῦν ὅπως διὰ Χριστὸν αἱ πέτραι τότε ἐῤῥάγησαν· τὸ μνῆμα τὸ πλησίον, ὅπου ἐτέθη, καὶ ὁ ἐπιτεθεὶς τῇ θύρᾳ λίθος, ὁ μέχρι σήμερον παρὰ τῷ μνημείῳ κείμενος. Atque de scissa rupe apud Hierosolymam etiamnum visa, quam aiunt tum temporis disruptam ac divisam fuisse, quando auctor naturæ passus sit, illam haud certe instrumento quoquam, sed vi terræ motus divulsam fuisse, cl. Maundrellus ostendit in *Itinerario* suo, p. 73. Habet *MS. Magdal. Golgotha*, et *honore* pro *onere*, et paulo post, *creditur reddere* pro *reddidit*.

P. 287. l. 1. Aut si adhuc vobis minus digna videntur, &c.] Si oratori hæc convenire magis quam martyri jam moribundo videntur, meminisse debemus, disertissimum fuisse Hieronymo id testante Lucianum.

Ibid. l. 6. in annalibus vestris] Locum hujus similem, qui apud Tertullianum extat in *Apologia* cap. 21. spectare ad publica quædam acta, non ad Phlegontis, vel alius cujusquam auctoris, opus, arbitratur clariss. Lardnerus in *Collect. Testimon. Judaic. et Ethnic.* Anglice conscript.

vol. ii. cap. 13. pag. 131. Mox *requiritis* pro *perquiritis* *MS. Magdal.*

P. 287. l. 10. credetis] Subjungitur istud apud Rufinum: *Et cum pene jam his verbis auditoribus suadere cæpisset, arripi jubetur in carcerem, ibique, quasi absque tumultu populi, necari.*

Ibid. l. 12. *B. Luciano quæ adscripta est Expositio* &c.] Cum monuisset Sixtus Senensis, *Biblioth. Sanctæ* lib. iv. p. 281. insertam fuisse Latinis Origenis editionibus, etsi Origenis non sit, sed Ariani alicujus, *expositionem quandam libri Jobi*, quasi παραφραστικῶς historicum ejus sensum edisserentem, inque hoc opusculo extare *Luciani martyris expositionem* in verba illa uxoris Jobi, quæ capite secundo habentur; longiuscula istæc, utpote quæ partim saltem deberi Luciano videntur, ex Genebrardiana *Operum Origenis* editione desumpsi.

P. 288. l. 1. Indignum est—absurdum aliquid suspicari] Fortasse Græce scriptum fuerat ἄτοπόν τι ὑπονοεῖν. *Gloss. Vet.* ἄτοπος. *Facinorosus, Flagiciosus.* ἀτόπημα. *Flagitium, Facinus.* His congruenter infra ait auctor; Itaque amentiam ejus accusat (Job) et levem sermonem mulierum similem, *non impietatem aut scelus.* pag. 289.

Ibid. l. 22. *præteriens loca ex loco, et domos mutans*] Comm. 9. in *Græcis*, κἀγὼ πλανωμένη καὶ λάτρις, τόπον ἐκ τόπου, καὶ οἰκίαν ἐξ οἰκίας. vel ut Alex. καὶ ἐγὼ πλανῆτις καὶ λάτρις τόπον ἐκ τόπου περιερχομένη, καὶ οἰκίαν ἐξ οἰκίας.

P. 289. l. 2. *benedic Domino*] Ita nonnulli Hebræa vertere maluerunt.

Ibid. l. 18. ignaviam existimare] Legendum puto, *cum ignavia e.* Sin locus est sine mendo, forte tamen significabatur verbis Græcis, *ignave atque abjecte contemplari et cogitare.*

P. 290. l. 6. Οὐ μὴν δὲ, &c.] Verba Suidæ, quæ huic testimonio præeunt, in nota Fabricii ad Hieronymi *De Viris Ill.* supra laudantur. Celebris vero est quæstio de Luciani cum Arianis consensu, de qua re nonnihil jamjam dicturus sum. Certe, ut ait Cavius *Hist. Lit.* in voce *Lucianus*, in illius gratiam trahenda sunt, quæ de eo habet Suidas. Ex una autem epistolarum hic memoratarum breve quoddam fragmentum, solum quod restat, sumpsi, idemque posui ante Luciani apologiam a Rufino Latine versam.

Cæterum extat apud Athanasium *De Synodis*, n. 23. p. 735. ed. Benedictinæ, Hilarium *De Synodis*, n. 28. pag.

1168. ed. Benedictin. Socratemque *Hist. Eccl.* ii. 10. *Confessio* quædam *Fidei* in Antiocheno Concilio, anno 341. occasione Encæniorum celebrato, una cum duabus aliis formulis prolata, quam, auctore Sozomeno *Hist. Eccl.* vii. 5. aiebant Ariani se reperisse scriptam manu ipsius Luciani martyris. *Ἔλεγον δὲ ταύτην τὴν πίστιν ὁλόγραφον εὑρηκέναι Λουκιανοῦ, τοῦ ἐν Νικομηδείᾳ μαρτυρήσαντος, ἀνδρὸς τά τε ἄλλα εὐδοκιμωτάτου, καὶ τὰς ἱερὰς γραφὰς εἰς ἄκρον ἠκριβωκότος· πότερον δὲ ἀληθῶς ταῦτα ἔφασαν, ἢ τὴν ἰδίαν γραφὴν σεμνοποιοῦντες τῷ ἀξιώματι τοῦ μάρτυρος, λέγειν οὐκ ἔχω.* Hæc ille. *Τῇ γνησιότητι* quidem scripti favent cum alii, tum vero Cavius et Basnagius; neque inesse ei quidquam videtur, quod a Luciani temporibus, vel ab orthodoxa fide, abhorreat; nisi si forte aliquis sensus, ut verbis Sozomeni utar, mihi incompertus, in verbis ejus lateat. Possit tamen phrasis aliqua inesse eidem, haud satisfaciens fortasse temporibus, quæ secuta sunt; sed S. Hilario opusculum placuisse haud oblivisci debemus. Benigne quoque de hac fidei formula sensit Baronius in Notis ad *Martyrol. Romanum,* in quo martyrologio ad Jan. 7. inter alia scriptum est, *laudes Luciani sanctum Joannem Chrysostomum celebravisse;* quæ quidem Homilia adhuc servatur. Quum vero præter Sozomenum nemo istam Arianorum præsulum narrationem uspiam memoraverit, deque veritate ejus ipse idem historicus dubitaverit, vix equidem ausim cum cl. Bullo symbolum istud afferre tanquam a Luciano indubitanter scriptum; etsi auctor *Dialogorum de S. Trinitate* inter Athanasii atque Theodoreti opera editus, qui vergente ad finem sæculo quarto fortasse floruit, idem scriptum Luciani esse, particula ejus adducta, crediderit. Sed *γνησιότητι* ejus maxime opponas, quod adnotavit editor Benedictinus ad *Hilarium,* ubi supra: "Quædam (inquit) ex ipsa con-"fessione, Athanasius, ut mox ostendemus, adscribit, tan-"quam ab Acacio et Eusebio in Encæniis prolata, Acacius "vero plura ejusdem verba Asterio attribuit. Neque ob-"scure innuit Hilarius, eos ipsos, qui Synodo intererant, "formulæ hujus extitisse auctores." Porro cum auctor ille *Dialogorum de Trinitate* ei quædam addidisse hæreticos, se posse probare aiat, Dial. III. ipso init. quænam tamen fuerint, haud ostendat, eo minus valere in illius gratiam testimonium possit istud, quod simul corruptum fuisse germanum Luciani opus dicit. Sed vero, quicquid de hac re statuatur; quoniam abunde constat, Lucianum ipsum, dum viveret, suspicionibus orthodoxorum obnoxium fuisse; videnda est enim inter alia ad hanc rem spec-

tantia epistola Alexandri episcopi Alexandrini ad cognominem suum Constantinopolitanum de eodem hoc Luciano, velint nolint quidam docti, conscripta, quam Theodoretus lib. i. *Hist.* cap. 4. servavit; dumque præterea novimus eum, cum mortuus esset, ab Arianis certatim sibi vindicatum fuisse; verisimile fit, nonnulla ei inter disserendum de rebus divinis excidisse, quæ cum regulâ fidei minime consentirent. Hunc vero receptum ad ecclesiæ communionem fuisse, ex qua excidisse eum testatus est Alexandriæ ille episcopus, atque in eadem immortuum esse, honor ei ut sancto martyri ab omnibus fere tributus satis ostendere videtur.

HYMNUS VESPERTINUS.

HYMNUS VESPERTINUS GRÆCORUM,

VEL SÆCULO SECUNDO, VEL CERTE HOC TERTIO,

COMPOSITUS.

‘ΥΜΝΟΣ ‘ΕΣΠΕΡΙΝΟΣ.

ΦΩΣ ἱλαρὸν ἁγίας δόξης ἀθανάτου Πατρὸς, οὐρανίου, ἁγίου, μάκαρος, Ἰησοῦ Χριστέ· ἐλθόντες ἐπὶ τοῦ ἡλίου δύσιν, ἰδόντες φῶς ἑσπερινὸν, ὑμνοῦμεν Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα Θεοῦ. Ἄξιος εἶ ἐν πᾶσι καιροῖς ὑμνεῖσθαι φωναῖς ὁσίαις, Υἱὲ Θεοῦ, ζωὴν ὁ διδοὺς· διὸ ὁ κόσμος σε δοξάζει.

Hymnus Vespertinus.

Lumen hilare sanctæ gloriæ immortalis Patris, cœlestis, sancti, beati, Jesu Christe: quum ad solis occasum pervenerimus, lumen cernentes vespertinum, laudamus Patrem, et Filium, et Sanctum Spiritum Dei. Dignus es temporibus omnibus sanctis vocibus celebrari, Fili Dei, vitæ dator, quapropter te mundus glorificat.

ANNOTATIONES
IN HYMNUM VESPERTINUM.

De Vespertino Hymno extant, quæ sequuntur, in *Miscellaneis* Thomæ Smithi viri cl. Collegii S. Magdalenæ Oxonii olim Socii.

Ex Th. Smithi Miscellaneis, Londini anno 1686. *editis*, ad pag. 151.

A Græcis Hymnus Vespertinus, quod ex officio λυχνικȣ̃ sive Lucernarii manifestum est, sub occasum solis, hodie recitatur, qui a primis seculis longo usu eum derivasse videntur. Nemini autem in dubium vocari poterit, quin prorsus idem sit cum ἐπιλυχνίῳ εὐχαριστίᾳ de qua S. Basilius de Spiritu Sancto ad Amphilochium c. 29. hoc modo disserit, ἔδοξε τοῖς πατράσιν ἡμῶν, μὴ σιωπῇ τὴν χάριν τȣ̃ ἑσπερινȣ̃ φωτὸς δέχεσθαι, ἀλλ' εὐθὺς φανέντος εὐχαριστεῖν. ϗ ὅστις μὲν ὁ πατὴρ τῶν ῥημάτων ἐκείνων τῆς ἐπιλυχνίου εὐχαριστίας, εἰπεῖν οὐκ ἔχομεν. ὁ μέντοι λαὸς ἀρχαίαν ἀφίησι τὴν φωνὴν, καὶ ȣ̓δενὶ πώποτε ἀσεβεῖν ἐνομίσθησαν οἱ λέγοντες, Αἰνȣ̃μεν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα Θεȣ̃. *Visum est Patribus nostris vespertini luminis gratiam haudquaquam silentio accipere, sed mox, ut apparuit, agere gratias. Quis autem fuerit Author illorum verborum, quæ dicuntur in gratiarum actione ad lucernas, dicere non possumus. Populus tamen antiquam profert vocem : neque cuiquam unquam visi sunt impietatem committere, qui dicunt, Laudamus Patrem et Filium et Spiritum Sanctum Dei.* De Authore sibi non constare ait expressissime : ideo illos ratio maxime fugit, qui illum in sequentibus Athenogeni adscribere volunt. De alio enim hymno loquitur, quem sanctus ille martyrio per ignem (vide Martyrolog. Roman. ad xviii. diem Januarii.) jamjam consummandus cecinit, et apud amicos reliquerat, in quo eadem de Spiritu Sancto effata occurrebant. Athenogenes autem erat S. Clementi Alexandrino σύγχρονος, cujus ætatem longe exsuperare videtur hic hymnus, quem

ob antiquitatem plusquam semel laudat S. Basilius. Ante dixerat se coactum proferre hunc hymnum in testimonium διὰ τὴν τοῦ χρόνου ἀρχαιότητα propter temporis antiquitatem. Et videtur, (nam hic solis conjecturis agendum est) sive ex communi decreto institutus, sive invalescente consuetudine receptus, et apud populum maxime familiaris redditus, qui pro more solenni hanc gratiarum actionis formulam appetente nocte usurpabat. Male igitur Græci, quo auctoramento freti nescio, hunc hymnum Sophronio patriarchæ Hierosolymitano adscribunt. Hanc vero ἐπιλύχνιον εὐχαριςίαν perperam confundit vir maximus D. Usserius cum ἐπιλυχνίῳ ψαλμῷ, qui est Psalmus cxl. juxta numeros Græcos, uti Psalmus lxii. dictus est ὄρθρινος: quod ex Athanasio in Epistola ad Marcellinum, et de Virginitate, et ex constitutionibus Apostolicis abunde patet. Lib. ii. cap. 59. et lib. viii. cap. 35. nam proxime sequitur cap. 36. προσφώνησις ἐπιλύχνιος, sive Oratio Lucernalis, a Psalmo distincta, et εὐχαριςία ἐπιλύχνιος a nostra omnino diversa, et longe amplior, cap 37. uti illa quoque, quæ post hymnum matutinum sequitur, et titulum præfert ἑσπερινȣ̃, lib. vii. cap. 48. SMITHUS.

Sic de hymno exposuit vir clarissimus, Collegii nostri magnum decus. Atque ego S. Basilii M. auctoritate nixus cæteris germanæ antiquitatis scriptis hoc carmen adjunxi. Jam vero ex eodem Basilio ampliora describam, quo magis vis argumenti ab eo ex hymno petiti eluceat. Ita enim ille cap. 29. Libri *De Spiritu S.* postquam multa testimonia veterum scriptorum attulit, in quibus præpositio σὺν ante ἁγίῳ πνεύματι adhibetur, et Patri atque Filio una cum Spiritu S. gloria attribuitur, Τὰ μὲν οὖν ἄλλα, inquit, τυχὸν καὶ ἀπιςηθῆναι δύναται, ἢ καὶ μεταγραφέντα δυσφώρατον ἔχειν τὴν κακȣργίαν, ἐν μιᾷ συλλαβῇ (h. e. σὺν) τῆς διαφορᾶς ὑπαρχȣ́σης· ἃ δὲ διὰ μακροτέρας τῆς λέξεως παρεθέμεθα, καὶ τὴν ἐπιβουλὴν διαφεύγει, καὶ τὴν μαρτυρίαν ἀπ᾽ αὐτῶν τῶν συγγραμμάτων εὐαπόδεικτον ἔχει. ὃ δὲ ἄλλως μὲν ἴσως μικροπρεπὲς ἦν εἰς μέσον ἄγεσθαι, τῷ δὲ καινοτομίαν ἐγκαλȣμένῳ ἀναγκαῖον εἰς μαρτυρίαν διὰ τοῦ χρόνου τὴν ἀρχαιότητα, τȣ̃το δὴ καὶ προσθήσω. ἔδοξε τοῖς πατράσιν ἡμῶν μὴ σιωπῇ τὴν χάριν τȣ̃ ἑσπερινȣ̃ φωτὸς δέχεσθαι· ἀλλ᾽ εὐθὺς φανέντος εὐχαριςεῖν, καὶ ὅστις μὲν ὁ πατὴρ τῶν ῥημάτων ἐκείνων τῆς ἐπιλυχνίου εὐχαριςίας, εἰπεῖν ȣ̓κ ἔχομεν· ὁ μέν τοι λαὸς ἀρχαίαν ἀφίησι τὴν φωνὴν, καὶ οὐδενὶ πώποτε ἀσεβεῖν ἐνομίσθησαν οἱ λέγοντες· αἰνȣ̃μεν Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ Ἅγιον πνεῦμα Θεȣ̃. εἰ δέ τις καὶ τὸν ὕμνον Ἀθηνογένους ἔγνω, ὃν ὥσπερ τι ἀλεξητήριον, τοῖς συνȣ̃σιν αὐτῷ καταλέλοιπεν, ὁρμῶν ἤδη πρὸς τὴν διὰ πυρὸς τελείωσιν, οἶδε καὶ τὴν τῶν μαρτύρων γνώμην ὅπως εἶχον περὶ τοῦ

P. 299. l. 6. τοῦ ἡλίου δύσιν] τὴν ἡλίου δύσιν *Libri* excepto Usseriano *impressi*.

Ibid. l. 7. ὑμνοῦμεν] αἰνοῦμεν *S. Basilius M.*

Ibid. καὶ Υἱὸν] Abest καὶ ab *Impressis*.

Ibid. l. 8. ἅγιον Πνεῦμα Θεοῦ] Θεὸν pro Θεοῦ *Impressi*, sed Θεοῦ, notante Smitho, *Psalter. Bodl.* ab eo collatum, *Basilius*que.

Ibid. Ἄξιος εἶ] Ἄξιόν σε *Impressi*.

Ibid. l. 9. ὁσίαις] αἰσίαις *Impressi*.

Ibid. διὸ ὁ κόσμος σε δοξάζει] δι' ὃν ὁ κόσμος ἑορτάζει *Psalter. Bodl.* a Smitho collat.

THEONÆ EPISTOLA.

EPISTOLA THEONÆ EPISCOPI,

QUI TERTIO SÆCULO AD FINEM VERGENTE FLORUIT, ECCLESIÆQUE FORTASSE ALEXANDRINÆ PRÆFUIT.

Epistola Theonæ Episcopi ad Lucianum Cubiculariorum Præpositum.

THEONAS episcopus Luciano præposito cubiculariorum invictissimi Principis nostri.

I. Gratias ago omnipotenti Deo et Domino nostro Jesu Christo, qui fidem suam per universum orbem in salutis nostræ unicum remedium manifestare, ac etiam in tyrannorum persecutionibus ampliare non destitit; immo persecutionum procellis velut aurum in fornace expurgatum enituit; et ejus veritas ac celsitudo magis semper ac magis splenduit, ut jam pace per bonum principem ecclesiis concessa, Christianorum [a] *opera etiam coram infidelibus luceant, et glorificetur inde pater vester qui in cœlis est* Deus; quod velut præcipuum a nobis pro salute nostra, si Christiani re potius quam verbis esse cupimus, quærendum atque exoptandum est. Nam si gloriam nostram quærimus, rem variam caducamque appetimus, et quæ nos ipsos ad mortem perducit; at gloria Patris et Filii, qui pro salute nostra cruci affixus fuit, nos salvos facit in redemptionem sempiternam, quæ maxima Christianorum est expectatio.

Non ergo, mi Luciane, te jactari aut puto aut volo, quod multi ex palatio Principis per te ad agnitionem veri-

[a] Mat. v. 16.

tatis pervenerunt, sed magis gratias Deo nostro referre decet, qui te bonum instrumentum in rem bonam confecit, teque apud Principem sublimavit, ut Christiani nominis odorem in suam gloriam et multorum salutem diffunderes. Nam quanto magis Princeps ipse nondum Christianæ religioni adscriptus, ipsis Christianis velut fidelioribus vitam et corpus suum curandum credidit; tanto decet vos solicitiores, ac in illius salutem et curam diligentiores esse et prospectiores, ut per id plurimum Christi nomen glorificetur, et illius fides per vos qui Principem fovetis, quotidie augeatur; nam quia nos maleficos olim et omnibus flagitiis refertos nonnulli priores Principes putaverunt, sed jam videntes vestra bona opera non possint nisi ipsum Christum glorificare.

II. Itaque summa ope vobis adnitendum est, ne vos aliquid turpe aut inhonestum, ne flagitiosum nominem, sentiatis, ne Christi nomen per vos ipsos blasphemetur.

Absit a vobis, ut aditum alicui ad principem pretio vendatis, ut inhonesta aut precibus aut pretio victi aliquo pacto Principi suggeratis. Omnis avaritiæ ardor a vobis abscedat, [b] quæ idololatriam potius quam Christi religionem operatur. Nullum turpe lucrum Christiano, nulla duplicitas convenire potest, qui Christum simplicem et nudum amplectitur. [c] Nulla scurrilitas, aut turpiloquium inter vos habeatur. Omnia cum modestia, comitate, affabilitate et justitia exigantur, ut in omnibus nomen Dei et Domini nostri Jesu Christi glorificetur.

Officia vestra ad quæ singuli constituti estis, omni cum timore Dei et amore Principis, atque exacta diligentia exequamini. Mandatum Principis quod Deum non offendit, ab ipso Deo processisse putetis, amore pariter et timore, atque omni cum jucunditate perficite. Nihil est enim quod hominem magnis agitationibus fatigatum ita

[b] Coloss. iii. 5. [c] Ephes. v. 4.

recreet sicut intimi servitoris conveniens jocunditas, et benigna patientia; nec ulla iterum res e contrario illum perturbatione ita afficit et contristat, sicut tristitia impatientiaque, et ipsius servitoris submurmuratio. Absint hæc a vobis Christianis, qui zelo fidei inceditis; sed ut in vobis ipsis honorificetur Deus, omnia vitia mentis et corporis supprimite et calcate. [d] Induimini patientia et affabilitate; virtutibus et spe Christi repleamini. Omnia propter ipsum Creatorem vestrum sufferte, omnia patimini, omnia vincite et supplantate, ut Christum Dominum acquiratis. Magna sunt hæc et laboribus plena, sed [e] *qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, et illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.*

III. Sed quia, ut sentio, diversis officiis estis adscripti, et omnium tu, Luciane, Præpositus diceris, quos omnes gratia Christi tibi concessa potens es et regulare et instruere; certus sum, non tibi displicebit me etiam de officiis illis aliqua particulatim et summarie tibi referre, quæ sensero. Nam aliquem ex vobis servare privatas Principis pecunias audio; alium vestes et ornamenta imperialia; alium vasa pretiosa; alium libros, quem (for. quum) non hunc adhuc ex credentibus intelligo, alium aliam supellectilem. Quæ sane quemadmodum tractanda mihi videantur, paucis indicabo.

IV. Qui privatas Principis pecunias detinet, omnia sub certo calculo conservet; paratus sit semper omnium certam reddere rationem; omnia scribat, etiam si possibile est, antequam alteri pecunias porrigat, nunquam memoriæ confidat, quæ ad diversa quotidie distracta facile labitur, ita ut sine scriptura, etiam quæ nullo pacto fuerunt ex corde nonnumquam affirmemus; nec vulgaris sit hujuscemodi scriptura, sed quæ facile et clare omnia pandat, et mentem requirentis sine scrupulo aut dubitatione relin-

[d] Coloss. iii. 12. [e] 1 Cor. ix. 25.

quat; quod facile fiet, si distincte quæ recipiuntur, et per se scribantur, et quo tempore, et per quem recepta fuerint, et quo in loco; similiter et quod aliis erogatur vel Principis mandato impenditur, per se suo ordine digeratur; [f] fidelis sit ille servus et prudens, ut gaudeat Dominus eum super bona sua constituisse, et Christum in illo glorificet.

V. Nec minor erit illi diligentia et cura, qui vestes et imperialia detinet ornamenta, quæ omnia sub certissimo indice habeat et adnotet quæ illa sint, qualia, quibus in locis recondita, quando ea acceperit, et a quibus, an maculata sint, vel sine macula; illa omnia sua diligentia conservet, sæpe revideat, sæpe pertractet, ut facilius recognoscantur; omnia illi sint in promptu, omnia parata; petentis semper Principis aut Præpositi sui mentem in omni re petita clarissimam reddat; ita tamen ut omnia cum humilitate et jocunda patientia fiant, et Christi nomen etiam in re parva laudetur.

VI. Simili modo ille agat, cujus fidei credita sunt vasa argentea, aurea, chrystallina, vel murrhina, escaria, vel potoria; omnia disponat, omnia notet, et quot qualesve sint in illis lapides pretiosi, sua diligentia connumeret, omnia magna cum prudentia consideret, omnia suis locis et temporibus prodat; cui dat, et quando, a quibus ea recipit, diligentissime inspiciat, ne error et suspicio mala etiam cum majori damno in rebus pretiosis occurrat.

VII. Ille tamen præcipuus inter vos erit et diligentissimus, cui libros servandos Princeps mandaverit, hunc ipse ex probata scientia sibi eliget virum gravem et magnis rebus aptum, ac omnibus quæsitis respondere paratum, qualem Philadelphus Aristeum intimum cubicularium in re hac sibi delegit, ac nobilissimæ bibliothecæ proposuit, quem ad Eleazarum maximis cum muneribus pro traducenda scrip-

[f] Mat. xxiv. 45, 47.

tura sacra legatum misit; hic idem historiam septuaginta interpretum plene scripsit. Si igitur ex credentibus in Christum ad hoc ipsum officium advocari contingat, non spernat et ipse litteras sæculares et gentilium ingenia, quæ Principem oblectant. Laudandi sunt poetæ in magnitudine ingenii, in inventorum acumine, in expressionis proprietate et eloquentia summa; laudandi oratores, laudandi philosophi in genere suo; laudandi historici, qui gestarum rerum seriem, majorum mores, et instituta nobis explicant, qui vivendi normam ex antiquorum gestis ostendunt. Interdum et divinas scripturas laudari conabitur, quas mira diligentia et largissimo impendio Ptolemæus Philadelphus in linguam nostram traduci curavit; laudabitur et interim evangelium, apostolusque (Paulus), pro divinis oraculis: insurgere poterit Christi mentio, explicabitur paulatim ejus sola divinitas (vid. pag. 78. vol. *Reliquiar.* primi); omnia hæc cum Christi adjutorio provenire possent.

Sciat ergo ille libros omnes, quos Princeps habuerit, sæpe illos revolvat, et suo ordine per indicem pulchre disponat: si vero novos vel veteres transcribi curabit, studeat emendatissimos habere librarios; quod si fieri non potest, viros doctos ad emendandum disponat, illisque pro laboribus juste satisfaciat; veteres item codices pro indigentia resarciri procuret, ornetque non tantum ad superstitiosos sumptus, quantum ad utile ornamentum. Itaque scribi in purpureis membranis et litteris aureis totos codices, nisi specialiter Princeps demandaverit, non affectet; omnia tamen Cæsari grata, maxima cum obedientia prosequetur. Suggeret pro posse et omni cum modestia Principi, ut eos legat, vel legi audiat libros, qui et statui et honori illius ac utilitati magis quam tantummodo voluptati conveniant; noscat ipse prius optime illos, sæpius deinde coram Principe laudet, ac eorum qui approbant testi-

monium et auctoritates commode explicet, ne suo sensui tantum videatur inniti.

VIII. Qui vero corpus Principis curare habent, sint in omnibus quam promptissimi, hilari semper, ut diximus, vultu, faceti nonnunquam, sed summa semper cum modestia; quam in vobis omnibus præ ceteris rebus laudet, illamque ex ipsa religione Christi provenire cognoscat. Sitis et vos omnes etiam corpore et indumentis mundi et nitidi, nulla tamen superfluitate aut affectatione notandi, ne Christiana modestia deturpetur. Omnia suis temporibus sint parata, et suo ordine quam optime digesta. Sit ordo inter vos et diligentia, ne confusio in opere aut rerum amissio aliquo pacto proveniat. Disponantur ornenturque opportuna loca pro captu et dignitate locorum.

Sint insuper et servi vestri honestissimi, sint compositi et modesti, et vobis quam convenientissimi, quos in vera doctrina omni cum patientia et charitate Christi instruite et docete; quod si instructiones vestras negligant et parvipendant, a vobis abjicite, ne illorum nequitia aliquo pacto in vos redundet. Nam diffamatos dominos ex servorum malignitate quandoque vidimus et sæpe audivimus.

Si ad Augustam accesserit Princeps, vel ipsa ad illum, sitis tunc vos quoque et oculis et gestu et verbis omnibus quam compositissimi. Videat illa vestram continentiam et modestiam. Videant illius comites et pedissequæ; videant et admirentur, atque inde Jesum Christum Dominum nostrum in vobis ipsis collaudent. [g] *Loquela vestra* semper sit parca et modesta, atque religione velut *sale condita.* Nulla prorsus inter vos sit invidia, aut contentio, quæ in omnem confusionem et divisionem vos deduceret, et sic quoque in odium Christi et Principis, atque

[g] Coloss. iv. 6.

summam abominationem perduceret, nec lapis structuræ vestræ supra lapidem stare posset. Et tu Luciane carissime, [h] cum sis sapiens, libenter supporta insipientes, ut et ipsi sapientes fiant.

IX. Nulli unquam molestiam inferte, nullum ad iram concitate. Si vobis injuria irrogatur, in Jesum Christum respicite; et quemadmodum optatis [i] ut vobis ipse remittat, sic et vos illis dimittite, et tunc quoque omnem invidiam supplantabitis, [k] et caput antiqui serpentis conteretis, qui vestris bonis operibus et successibus omni cum astutia insidiatur. Non prætereat dies, quin opportuno tempore dato aliquid sacrarum lectionum legatis, aliquid contemplemini, nec sacræ scripturæ litteraturam prorsus abjiciatis; nihil adeo animam pascit et mentem impinguat, sicut sacræ faciunt lectiones; sed ex illis hunc maxime capite fructum, ut patientia vestra juste et pie, hoc est, in charitate Christi, vestra officia exequamini, et transitoria omnia ob ejus promissiones æternas contemnatis, [l] quæ sane sensum omnem et intellectum humanum exsuperant, et vos ipsos in felicitatem perpetuam conducent. Vale feliciter in Christo, mi domine Luciane. Extat hæc Epistola in *Dacherii Spicilegio Vet. aliquot Scriptorum*, tom. iii. pag. 297—299. edit. Basnagianæ.

[h] 2 Cor. xi. 19. [i] Marc. xi. 25. [k] Rom. xvi. 20. [l] Phil. iv. 7.

ANDREÆ GALLANDII

PROLEGOMENA DE S. THEONA,

In tomo iv. *Bibliothecæ Veterum Patrum*, p. viii.

MAXIMO ecclesiæ Alexandrinæ antistiti, qui anno Probi imperatoris ultimo, Christi CCLXXXII. decessit, ut auctor est Eusebius (in Chron. ad ann. MMCCXCVII.), suffectus est THEONAS, qui annos novemdecim ministerio fuisse perfunctus traditur ab eodem Eusebio tam in Chronico quam in Historia (Hist. Eccl. lib. vii. cap. ult.), ut proinde supremum diem obierit anno CCC. currente: siquidem anni XIX. menses aliquos dumtaxat attigisse Theonam, ex initio episcopatus Petri ejus successoris Dodwellus aperte demonstrat (Dissert. sing. ad Pears. cap. vi. §. xx. pag. 73.), ejusque sententiæ Tillemontium quoque adhærere comperimus (Mem. Eccl. tom. iv. not. 2. sur S. Theon. p. 771.).

Pauca sunt admodum a veteribus de Theona memoriæ prodita. Illud unum discimus ex Eusebio (Hist. Eccl. l. c.): sub ejus nimirum regimine floruisse Pierium ad presbyterii honorem evectum, eique Christianæ fidei institutionem in schola Alexandrina fuisse commissam; quippe qui sublimioris philosophiæ atque evangelicæ conversationis sincerum specimen, operibus ipsis præ ceteris omnibus exhiberet. Ceterum Theonæ memoriam, ut a viris doctis Renaudotio (Hist. Patriarch. Alex. pag. 53.) et Lequienio (Or. Christ. tom. ii. pag. 396.) erudimur, celebrant Coptitæ die II. mensis Tybi, sive XXVIII. Decembris: ejus tamen dies festus in tabulis ecclesiasticis apud Latinos agitur die XXIII. Augusti.

Superiore sæculo edita est a Dacherio (Spicil. tom. iii. pag. 297. nov. edit. Jac. Basnagii) epistola *Theonæ episcopi Luciano cubiculariorum præfecto* inscripta, præclaris Christianæ pietatis et prudentiæ institutis referta, primævamque plane simplicitatem redolens. Et primum quidem, ab homine Græco fuisse illam perscriptam, ex eo

constat quod auctor divinas scripturas commemorans (Theon. Epist. §. vii.); *Eas,* inquit, *mira diligentia et largissimo impendio Ptolemæus Philadelphus in* LINGUAM NOSTRAM *traduci curavit.* Neque sane dubitare nos sinit epistolæ dictio, quin eam e Græco Latine redditam existimemus. Præterea scripta fuisse perhibetur epistola hujusmodi (Theon. Epist. §. i.) *pace per bonum principem ecclesiis concessa.* Denique testatur auctor (Epist. §. i.), *principem ipsum nondum Christianæ religioni adscriptum,* in cujus palatio cubiculariorum præfecti munere fungebatur Lucianus, *ipsis Christianis velut fidelioribus vitam et corpus suum servandum credidisse.* Ex quibus ergo characteribus recte arguisse nobis videntur doctissimus Tillemontius (Mem. Eccl. tom. iv. pag. 771. not. 1. sur S. Theon. et tom. v. art. iii. pag. 7. (in Serie Chronol. anno 290. epistolam assignat) et Dacheriani Spicilegii nuperus editor (Spicil. l. c.), hanc epistolam haud aliter esse accipiendam quam de Diocletiani imperio, antequam ille anno CCCIII. adversus ecclesiam fureret; quam propterea Theonas episcopus Alexandrinus sæculo III. desinente perscripserit.

Porro ad hanc sententiam adstruendam locupletissimus testis accedit Eusebius (Hist. Eccl. lib. viii. cap. 1.): "Qualem, inquit, quantamque gloriam simul ac libertatem doctrina veræ erga supremum Deum pietatis—— apud omnes Græcos pariter ac barbaros ante persecutionem nostra memoria excitatam consecuta sit, nos certe pro merito explicare non possumus. Argumento esse possit IMPERATORUM (Diocletiani et Herculii M.) BENIGNITAS ERGA NOSTROS: quibus regendas etiam provincias committebant, omni sacrificandi metu eos liberantes ob singularem, qua in religionem nostram affecti erant, benevolentiam. Quid opus est dicere de iis qui in IMPERATORUM PALATIIS VERSABANTUR? Quid de imperatoribus ipsis? Qui domesticis suis eorumque uxoribus, liberis ac servis, ea quæ religionis suæ erant, tam verbis quam factis libere exsequendi coram semet ipsis, potestatem dederunt, ipsis ob hanc fidei suæ libertatem gloriari ac se ostentare quodammodo permittentes: eosque præ ceteris omnibus ministris quodam amore prosequebantur." Hæc episcopus Cæsariensis; qui paullo post in eamdem sententiam scribit (Euseb. Hist. Eccl. cap. vi.) "Dorotheum et reliquos CUBICULARIOS PUEROS summi honoris prærogativa ab imperatoribus ornatos fuisse, qui non minus ab iis-

"dem diligebantur quam filii." His consona refert Lactantius, qui ea tempestate testis ferme oculatus florebat. Sic enim ille (de Mortib. Persecut. cap. xv.): *Furebat ergo imperator* (Diocletianus) *jam non in domesticos tantum, sed in omnes.*—POTENTISSIMI QUONDAM EUNUCHI NECATI, per quos PALATIUM ET IPSE CONSTABAT. Quæ quidem omnia si cum iis conferantur quæ ab initio ad finem usque in sua epistola tradit auctor; nemo enimvero fuerit, qui libens volensque sententiam modo propositam non amplectatur, quique detrectet Theonam episcopum Alexandrinum ejus auctorem agnoscere: ut proinde haud necesse sit alium a Diocletiano imperatorem quærere cum Caveo (Hist. Litter. tom. i. pag. 172.). Constantium Chlorum, aut alium cum Dacherio (Spicil. l. c.) Theonam episcopum Cyzicenum: quo verus epistolæ auctor statuatur, simulque ipsius epistolæ integritas confirmetur. Hæc GALLANDIUS. In Præfatione ad tom. xii. *Spicilegii* lectorem admonuit Dacherius, codicis exscriptorem ad Aureliani tempora respexisse videri, illius imperatoris nomine margini adfixo; neque vero repugnaturum esse Eusebium, qui Aurelianum initio principatus Christianis impensius favisse asserit, tametsi postea in eos immane quantum sævierit. Sed nullum id ætatis Theonam episcopum comparere ait. De ipsa autem epistola addidit hæc Cavius, "Quisquis sit auctor, scripsit epistolam egregiis Christianæ pietatis et prudentiæ documentis refertam, quæque primævam plane redolet simplicitatem, ad Lucianum cubiculariorum præpositum, qua illum omnesque qui ei suberant officiales palatinos, nempe pecuniarum principis privatarum, vestium et ornamentorum imperialium, vasorum pretiosorum, librorum, et supellectilis regiæ custodes, scite instruit, quanta cura et diligentia, qua modestia et conscientia, prout Christianos decet, suo quisque munere erga principem fungeretur." P. 172. vol. i. *Hist. Lit.*

S. PETRUS ALEXANDRINUS.

[illegible]

S. PETRUS ALEXANDRINUS.

Bæda *Venerabilis in Martyrologio, ad Novemb.* xxv. pag. 449. *ed. Smithi.*

Natale S. Petri Episcopi Alexandrini; qui cum esset omnibus adornatus virtutibus, in Scripturis quoque divinis nullius priorum inferior, vere sacerdos ac hostia Deo, subito capitur atque ex Maximini præcepto capite obtruncatur: cum quo simul et alii plures ex Ægypto trucidantur. Scriptum in Historia Eccles. libro nono (Rufinianæ Versionis Eusebii).

Gul. Cavius, *Hist. Lit.* tom. i. p. 160.

Petrus, si non ortu, saltem institutione et officio Alexandrinus, scriptorum omnium hujus ævi (quarti) agmen ducit, et quidem merito. Erat enim, teste Eusebio (lib. ix. cap. 6.) θεῖον ἐπισκόπων χρῆμα *divinum Episcoporum decus*, Christianæ religionis doctor eximius: cum ob totius vitæ sanctimonium, tum ob sacrarum literarum studium ac peritiam venerabilis. Ad pietatem juxta et sacras literas a Theona episcopo formatus est, cui deinde ipso anno sæculari Christi 300. in sede Alexandrina successit. Elapso fere in episcopali munere triennio exorta est persecutio a Diocletiano anno 303. excitata: ex quo per reliquum

vitæ tempus ob ingruentem tempestatem arctiore disciplina sese exercuit Petrus, communique ecclesiarum utilitati pro virili prospexit. Sub hac persecutione diu eum in carcere detentum fuisse necesse est, si modo vera sint, quæ de dissidio illum inter et Meletium Lycopolitanum in Thebaide episcopum [a] ex incertis, ut opinor, si non fictis, Meletianorum actis Epiphanius refert. (Hæres. 68.) Mihi quidem in re incerta divinanti probabile videtur, Petrum sub Diocletiano vel Galerio Maximiniano in custodia traditum, postmodum vinculis absolutum, demum sub Maximino passum esse. Certe luculenter tradit Eusebius, (loc. cit.) qui hac ipsa tempestate in Ægypto versabatur, ibi etiam in carcerem detrusus, Petrum nullum ob crimen comprehensum, præter omnium expectationem subito et absque ulla probabili causa solo Maximini jussu capite truncatum esse. [b] Hoc ei contigit anno persecutionis nono, episcopatus sui duodecimo, Christi 311.

[a] Epiphaniana istæc dubiæ esse fidei ante docuerant Baronius et Petavius, hic in Notis ad Epiphanium, ille in Annalibus. Plures autem eorundem actorum errores indicare jam licuit ex *Epistola Episcoporum ad Meletium* infra subjuncta, quæ a Scipione Maffei primum edita est.

[b] De S. Petri episcopatus mortisque annis inter recentiores fere omnes convenit. De festo ejus, quod a veteribus memoratur, consulas Bedam aliosque Martyrologos. Cæterum inter alios viros insignes Paulum senem Petri martyris discipulum Alexandriæ vitam adhuc egisse tempore commorationis suæ, quæ post annum 370. contigit, tradidit Rufinus in *Invectiva Secund. in Hieron.* p. 286. ed. Froben. tom. iv. *Op. Hieron.*

S. PETRI,

EPISCOPI ALEXANDRINI, ET MARTYRIS,

QUI SÆCULO VERGENTE AD FINEM TERTIO, ET INEUNTE QUARTO, FLORUIT,

FRAGMENTA.

Ex Libro De Pœnitentia.

Τοῦ Ἁγίου Πέτρου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας καὶ Μάρτυρος Κανόνες φερόμενοι ἐν τῷ περὶ Μετανοίας αὐτοῦ Λόγῳ.

ΚΑΝΩΝ Α.

Ἐπεὶ τοίνυν τέταρτον ἤδη πάσχα ἐπικατείληφε τὸν διωγμὸν, αὐτάρκως ἔχει τοῖς μὲν προσενεχθεῖσι, καὶ φυλακισθεῖσι, βασάνους τε ἀνηκέστους ὑπομεμνηκόσι καὶ ἀφορήτους μάστιγας, καὶ πολλὰς ἑτέρας δεινὰς ἀνάγκας, ὕστερον δὲ προδιδομένοις ὑπὸ τῆς ἀσθενείας τῆς σαρκός· εἰ καὶ μὴ ἐξ ἀρχῆς παραδέχθησαν διὰ τὴν παρακολουθήσασαν μεγίστην πτῶσιν, ὅμως διὰ τὸ πολλὰ αὐτοὺς ἠθληκέναι καὶ

Versio Latina Gentiani Herveti, ab Harduino recognita et emendata.

Sancti Petri Archiepiscopi Alexandrini et Martyris Canones qui feruntur in Sermone ejus de Pœnitentia.

CANON I.

Quoniam autem quartum pascha persecutionem jam apprehendit, satis est iis qui delati quidem sunt, in custodiamque conjecti, tormentaque non sufferenda, et intolerabilia flagella, et multas alias graves necessitates sustinuerunt, postea autem sunt a carnis imbecillitate proditi · etiamsi non initio suscepti sunt propter gravem lapsum consecutum;

ἐπὶ πολὺ ἀντιμάχεσθαι· οὐ γὰρ κατὰ προαίρεσιν εἰς τοῦτο ἐληλύθασιν, ἀλλὰ καταπροδοθέντες ὑπὸ τῆς ἀσθενείας τῆς σαρκός· ἐπειδὴ καὶ [a] στίγματα τοῦ Ἰησοῦ ἐνδείκνυνται ἐν τοῖς σώμασιν αὐτῶν, καὶ ἤδη τινὲς τρίτον ἔτος ἔχουσι καταπενθοῦντες· προσεπιτιμηθῆναι αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ προσελεύσεως καθ' ὑπόμνησιν ἄλλας τεσσαράκοντα ἡμέρας, [b] ἃς καίπερ νηστεύσας ὁ κύριος καὶ σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, μετὰ τὸ βαπτισθῆναι, ἐπειράσθη ὑπὸ τοῦ διαβόλου· εἰς ἃς καὶ αὐτοὶ κατὰ περισσὸν διαγυμνασθέντες, εὐτονώτερόν τε [c] νήψαντες γρηγορήσουσιν εἰς προσευχὰς τοῦ λοιποῦ, καταμελετῶντες τὸ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ Κυρίου πρὸς τὸν πειράζοντα αὐτὸν ἵνα προσκυνήσῃ αὐτῷ, [d] ὕπαγε Σατανᾶ· γέγραπται γὰρ, Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.

ΚΑΝΩΝ Β.

Τοῖς δὲ μετὰ τὸ φυλακισθῆναι μόνον, καὶ ὑπομεμνηκέναι τὰς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὡς ἂν ἐν πολιορκίᾳ, θλίψεις

tamen quia multum decertarunt, et diu restiterunt: non enim sponte ad ea devenerunt, sed a carnis imbecillitate proditi: nam et stigmata Jesu in suis corporibus ostentant, et anno jam tertio deflent: eis ex quo die de suo adventu commonuerint alii quadraginta dies injungantur: quos cum jejunasset Dominus noster Jesus Christus, postquam baptizatus fuerat, tentatus est a diabolo: in quibus et ipsi cum valde exercitati fuerint, et constantius jejunaverint, vigilabunt in orationibus deinceps, meditantes quod dicitur a Domino ad eum qui illum tentat, ut ipsum adoret: *Abi retro Satana: scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies.*

CANON II.

Iis autem qui postquam solum in custodiam traditi, et in carcere, tamquam in obsidio-

[a] Galat. vi. 17.
[b] Mat. vi. 2.
[c] 1 Pet. v. 8. Coloss. iv. 2.
[d] Mat. iv. 10.

τε καὶ δυσωδίας· ὕστερον δὲ χωρὶς πολέμου βασάνων γενομένοις αἰχμαλώτοις, κατὰ πολλὴν πτωχείαν δυνάμεως καὶ κατά τινα τυφλότητα τεθραυσμένοις· ἐπαρκέσει ἐνιαυτὸς πρὸς τῷ ἑτέρῳ χρόνῳ· ἐπεὶ ὅλως καὶ αὐτοὶ ἐπιδεδώκασιν ἑαυτοὺς ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος θλιβῆναι· εἰ καὶ ἀπήλαυσαν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τῆς παρὰ τῶν ἀδελφῶν πολλῆς ἀναπαύσεως, ἅπερ πολλαπλασίονα ἀποδώσουσι, ποθοῦντες λυτρωθῆναι ἀπὸ τῆς πικροτάτης αἰχμαλωσίας τοῦ διαβόλου, μεμνημένοι μάλιστα τοῦ λέγοντος, [e] Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με· εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει, κηρύξαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτὸν καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως.

ΚΑΝΩΝ Γ.

Τοῖς δὲ μηδ' ὅλως μηδέν τι τοιοῦτο πεπονθόσι μηδὲ ἐνδειξαμένοις καρπὸν πίστεως, ἀλλ' αὐτομολήσασι πρὸς τὴν

ne, afflictiones gravesque fœtores passi sunt, postea autem sine bello tormentorum, captivi facti sunt nimia virium inopia et quadam cœcitate confracti, placet annum ad aliud tempus adjungi: nam ipsi quoque se omnino pro lege Christi affligendos dedere, sicque etiam a fratribus in carcere multam consolationem assecuti sunt: quæ quidem multiplicata reddent, liberari cupientes ab acerbissima captivitate diaboli: ejus maxime recordantes, qui dicit: *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me: evangelizare pauperibus misit me: sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem, et cæcis visum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, et diem retributionis.*

CANON III.

Iis autem qui nihil hujusmodi passi sunt, nec fidei fructum ostenderunt, sed ad vitium transfugerunt, a metu et timi-

[e] Is. lxi. 1, 2.

κακίαν, προδεδομένοις ὑπὸ δειλίας καὶ φόβου· νῦν δὲ εἰς μετάνοιαν ἐρχομένοις· ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ ἁρμόζον, τὴν τῆς ἀκάρπου συκῆς παραβολὴν παραθέσθαι, ὡς ὁ Κύριος λέγει· [f] Συκῆν εἶχέ τις πεφυτευμένην ἐν τῷ ἀμπελῶνι αὐτοῦ, καὶ ἦλθε ζητῶν καρπὸν ἐν αὐτῇ, καὶ οὐχ εὗρεν. εἶπε δὲ πρὸς τὸν ἀμπελουργόν, ἰδοὺ τρία ἔτη ἀφ' οὗ ἔρχομαι ζητῶν καρπὸν ἐν τῇ συκῇ ταύτῃ, καὶ οὐχ εὑρίσκω, ἔκκοψον αὐτήν· ἵνα τί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ; ὁ δὲ ἀποκριθεὶς λέγει αὐτῷ, Κύριε ἄφες αὐτὴν καὶ τοῦτο τὸ ἔτος, ἕως ὅτου σκάψω τὰ περὶ αὐτήν, καὶ βάλω κόπρια· κἂν μὲν ποιήσῃ καρπόν· εἰ δὲ μήγε, εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτήν. ἣν πρὸ ὀφθαλμῶν λαβόντες, ἐνδειξάμενοί τε καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας ἐν τῷ διαστήματι τοῦ τοσούτου χρόνου μᾶλλον ὠφεληθήσονται.

ΚΑΝΩΝ Δ.

Τοῖς γὰρ παντάπασιν ἀπεγνωσμένοις καὶ ἀμετανοήτοις, [g] δέρμα τε Αἰθίοπος ἀμετάβλητον κεκτημένοις, καὶ ποικίλ-

ditate proditi: nunc autem veniunt ad pœnitentiam: necesse est et conveniens infrugiferæ ficus parabolam proponere: *Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, et venit quærens fructum in illa, et non invenit. Dixit autem ad cultorem vineæ; Ecce anni tres sunt ex quo venio, quærens fructum in ficulnea hac, et non invenio: succide ergo illam, ut quid etiam terram occupat? At ille respondens, dicit illi: Domine, dimitte illam hoc anno, usque dum fodiam circa illam, et mittam stercus: et si quidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam.* Qua ante oculos accepta, et ostenso digno fructu pœnitentiæ, in tanto temporis intervallo magis juvabuntur.

CANON IV.

Iis enim qui sunt omnino desperati, et pœnitentiam non agunt, et pellem Æthiopis im-

[f] Luc. xiii. 6—9.

[g] Jer. xiii. 23.

ματα ϖαρδάλεως, λεχθήσεται τὸ τῆς ἑτέρας συκῆς· [h] Μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα· διὸ καὶ ϖαραχρῆμα ξηραίνεται. ἀποπληροῦται γοῦν ἐπ' αὐτοῖς καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ Ἐκκλησιαστοῦ εἰρημένον, [i] Διεστραμμένον οὐ δυνήσεται ἐπικοσμηθῆναι, καὶ ὑστέρημα οὐ δυνήσεται ἀριθμηθῆναι. εἰ μὴ γὰρ ϖρότερον τὸ διεστραμμένον διορθωθῇ, ἀδύνατόν ἐστιν αὐτὸ ἐπικοσμηθῆναι· καὶ εἰ μὴ ϖρότερον τὸ ὑστέρημα ἀναπληρωθῇ, ἀδύνατόν ἐστιν αὐτὸ ἀριθμηθῆναι. ὅθεν καὶ ἐπὶ τέλους συμβήσεται αὐτοῖς τὸ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ ϖροφήτου Ἠσαΐου· [k] Καὶ ὄψονται γάρ, φησὶ, τὰ κῶλα τῶν ἀνθρώπων τῶν παραβεβηκότων ἐν ἐμοί. ὁ γὰρ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ ϖῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται. καὶ ἔσονται εἰς ὅρασιν ϖάσῃ σαρκί· ἐπεὶ καὶ, ὡς προλέλεκται ὑπ' αὐτοῦ· [l] Οἱ δὲ ἄδικοι οὕτω κλυδωνισθήσονται, καὶ ἀναπαύσασθαι οὐ μὴ δυνήσονται. οὐκ ἔστι χαίρειν τοῖς ἀσεβέσιν, εἶπεν ὁ Θεός.

mutabilem possident, et pardi varietates, dicetur quod alii ficui dictum est: *Jam non amplius in æternum ex te fructum quisquam manducet: et ideo statim quoque exaruit.* In his enim impletur quod ab Ecclesiaste dictum est: *Quod perversum est non poterit exornari, et defectus numerari non poterit.* Nisi enim quod perversum est prius rectum fuerit, fieri non potest ut id exornetur: et nisi prior defectus expletus fuerit, fieri non potest ut id numeretur: unde et in fine eis eveniet, quod a propheta Isaia dicitur: *Et videbunt,* inquit, *cadavera virorum qui prævaricati sunt in me: vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur, et erunt usque ad satietatem visioni omni carni.* Quandoquidem, ut et ab ipso prædictum est: *Impii quasi mare fervens, quod quiescere non potest. Non est pax impiis, dicit Dominus.*

[h] Marc. xi. 14.
[i] Eccles. i. 14.
[k] Is. ipso fine.
[l] Is. lvii. 20, 21.

ΚΑΝΩΝ Ε.

Τοῖς δὲ καθυποκριναμένοις, κατὰ [m] τὸν ἐπιληπτευσάμενον Δαβὶδ ἵνα μὴ ἀποθάνῃ, οὐκ ὄντα ἐπίληπτον· καὶ μὴ γυμνῶς ἀπογραψαμένοις τὰ πρὸς ἄρνησιν, ἀλλὰ διαπαίξασι κατὰ πολλὴν στενοχωρίαν (ὡς ἂν παιδία βουλευτικὰ ἔμφρονα ἐν παιδίοις ἄφροσι) τὰς τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλὰς, ἤτοι ὡς διελθόντες βωμοὺς, ἤτοι ὡς χειρογραφήσαντες, ἤτοι ὡς ἀνθ' ἑαυτῶν βαλόντες ἐθνικούς· εἰ καί τισιν αὐτῶν συνεχώρησάν τινες τῶν ὁμολογησάντων, ὡς ἤκουσα, ἐπεὶ μάλιστα κατὰ πολλὴν εὐλάβειαν ἐξέφυγον αὐτόχειρες γενέσθαι τοῦ πυρὸς, καὶ τῆς ἀναθυμιάσεως τῶν ἀκαθάρτων δαιμόνων· ἐπεὶ τοίνυν ἔλαθεν (for. ἔλαθον) αὐτοὺς ἀνοίᾳ τοῦτο πράξαντας· ὅμως ἑξάμηνος αὐτοῖς ἐπιτεθήσεται τῆς ἐν μετανοίᾳ ἐπιστροφῆς. οὕτω γὰρ μᾶλλον καὶ αὐτοὶ ὠφεληθήσονται, καταμελετῶντες τὸ προφητικὸν ῥητὸν, καὶ λέγοντες· [n] Παιδίον ἐγενήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη

CANON V.

Iis autem qui simularunt, sicut et David, qui se epilepticum fingebat, ne moreretur, quamvis revera epilepticus non esset; et non nude negationem inscripserunt, sed in multis angustiis, tanquam pueri consilio et prudentia præditi, inter pueros insipientes inimicorum insidias ludificati sunt; velut qui ad altaria accesserint, vel tamquam qui libellum dederint, vel qui pro se ethnicos summiserint: etiamsi nonnulli eorum qui confessi sunt, ut audivi, aliquibus eorum condonaverunt: quoniam maxima cautione vitarunt, ne ipsi suis manibus ignem ferrent, et dæmones impuros suffirent: cum latuerit eis stultitia illius qui fecit: eis semestre imponetur in pœnitentia conversionis. Sic enim ipsi quoque magis juvabuntur, prophetæ dictum meditantes, et dicentes: *Parvulus natus est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principa-*

[m] 1 Reg. xxi. 13.

[n] Is. ix. 6.

ἡμῶν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλῆς ἄγγελος. ὅπερ, ὡς ἴστε, [o] ἐν τῷ ἕκτῳ μηνὶ τῆς συλλήψεως τοῦ ἑτέρου παιδίου [p] τοῦ προκηρύξαντος πρὸ προσώπου τῆς εἰσόδου αὐτοῦ μετάνοιαν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, συνελήφθη καὶ αὐτὸ κηρύξαι μετάνοιαν. καὶ γὰρ καὶ τῶν ἀμφοτέρων ἀκούομεν ἐν πρώτοις κηρυττόντων οὐ μόνον περὶ μετανοίας, ἀλλὰ καὶ περὶ βασιλείας οὐρανῶν, ἥτις καθὼς μεμαθήκαμεν, [q] ἐντὸς ἡμῶν ἐστι, [r] τῷ ἐγγὺς ἡμῶν εἶναι τὸ ῥῆμα ὃ πιστεύομεν ἐν τῷ στόματι ἑαυτῶν καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ ἑαυτῶν. περὶ ἧς καὶ αὐτοὶ ὑπομνησθέντες μαθήσονται ὁμολογεῖν ἐν τῷ στόματι ἑαυτῶν ὅτι Κύριος Ἰησοῦς· πιστεύοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ἑαυτῶν, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν· ἅτε δὴ ἀκούοντες, ὅτι καρδίᾳ μὲν πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν.

ΚΑΝΩΝ ϛʹ.

Τοῖς δὲ δούλους Χριστιανοὺς ἀνθ' ἑαυτῶν ὑποβεβληκόσιν,

tus ejus super humerum ejus, et vocabitur nomen ejus magni consilii angelus: qui, ut scitis, in sexto mense conceptionis alterius infantis, qui prædicavit *ante faciem adventus ejus pœnitentiam* in remissionem peccatorum, conceptus est et ipse ad prædicandam pœnitentiam. Etenim utrosque audivimus in primis prædicantes non solum de pœnitentia, sed et de regno cælorum: quod quidem, ut dicimus, intra nos est, quod prope nos sit verbum quod credimus in ore nostro, et corde nostro: quod Dominus est Jesus; credentes in corde suo, quod Deus ipsum suscitavit ex mortuis: utque audiant, quod *corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.*

CANON VI.

Iis autem qui servos Christianos pro se submiserunt;

[o] Luc. i. 36.
[p] Act. xiii. 23.
[q] Luc. xvii. 21.
[r] Rom. x. 8, 9, 10.

οἱ μὲν δοῦλοι ὡς ἂν ὑποχείριοι ὄντες, καὶ τρόπον τινὰ καὶ αὐτοὶ φυλακισθέντες ὑπὸ τῶν δεσποτῶν, καταπειληθέντες ὑπ' αὐτῶν, καὶ διὰ τὸν φόβον αὐτῶν εἰς τοῦτο ἐληλυθότες καὶ ὀλισθήσαντες· ἐν ἐνιαυτῷ τὰ τῆς μετανοίας ἔργα δείξωσι, μανθάνοντες τοῦ λοιποῦ, ὡς δοῦλοι Χριστοῦ ποιεῖν τὸ θέλημα τοῦ Χριστοῦ καὶ φοβεῖσθαι αὐτόν· ἀκούοντες μάλιστα [s] Ὅτι ἕκαστος ἐάν τι ποιήσῃ ἀγαθὸν, τοῦτο κομίσεται παρὰ Κυρίου, εἴτε δοῦλος εἴτε ἐλεύθερος.

ΚΑΝΩΝ Ζ.

Οἱ δὲ ἐλεύθεροι ἐν τρισὶν ἔτεσιν ἐξετασθήσονται ἐν μετανοίᾳ, καὶ ὡς ὑποκρινάμενοι, καὶ ὡς καταναγκάσαντες τοὺς ὁμοδούλους θῦσαι, ἅτε δὴ παρακούσαντες τοῦ ἀποστόλου [t] τὰ αὐτὰ θέλοντες ποιεῖν τοὺς δεσπότας τοῖς δούλοις, ἀνιέντας τὴν ἀπειλὴν, εἰδότας, φησὶν, ὅτι καὶ ὑμῶν καὶ αὐτῶν ὁ Κύριός ἐστιν ἐν οὐρανοῖς, καὶ προσωποληψία παρ' αὐτῷ οὐκ ἔστιν. εἰ δὲ ἕνα κύριον ἔχομεν οἱ πάντες ἀπροσω-

servi quidem, ut qui ipsi sub manu essent, et quodammodo ipsi quoque in dominorum essent custodia, minisque ab ipsis territi, et propter eorum metum, eo compulsi et lapsi: anno opera pœnitentiæ ostendent, deinceps discentes, ut servi Christi, facere Christi voluntatem, et eum timere, audientes maxime, *quod unusquisque, si quid boni fecerit, hoc feret a Domino, sive servus, sive liber.*

CANON VII.

Liberi autem tribus annis in pœnitentia examinabuntur, tum quod dissimulaverint, tum quod effecerint ut servi sacrificarent: ut qui Apostolo non obedierint, qui vult *dominos eadem facere quæ servi, remittentes minas: Scientes*, inquit, *quia et illorum et vester Dominus est in cœlis, et personarum acceptio non est apud Deum.* Si unum autem omnes habemus Domi-

[s] Ephes. vi. 8.

[t] Ephes. vi. 9.

πόληπτον, ἐπεὶ [u] Καὶ πάντα καὶ ἐν πᾶσίν ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἔν τε Βαρβάροις καὶ Σκύθαις, δούλοις καὶ ἐλευθέροις, σκοπεῖν ὀφείλουσιν ὃ κατειργάσαντο θελήσαντες τὴν ψυχὴν ἑαυτῶν σῶσαι, οἱ τοὺς συνδούλους ἡμῶν ἑλκύσαντες ἐπὶ εἰδωλολατρείαν δυναμένους καὶ αὐτοὺς ἐκφυγεῖν, εἰ [x] τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα ἦσαν αὐτοῖς παρασχόντες, ὡς πάλιν ὁ ἀπόστολος λέγει.

ΚΑΝΩΝ Η.

Τοῖς δὲ παραδεδομένοις καὶ ἐκπεπτωκόσι, τοῖς τε αὐτοῖς προσεληλυθόσιν εἰς τὸν ἀγῶνα ὁμολογοῦσιν εἶναι Χριστιανοῖς, ἐμβεβλημένοις τε ἐν τῇ φυλακῇ μετὰ βασάνων· εὔλογόν ἐστιν ἐν ἀγαλλιάσει καρδίας συνεπισχύειν καὶ κοινωνεῖν ἐν πᾶσιν, ἔν τε ταῖς προσευχαῖς καὶ τῇ μεταλήψει τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος, καὶ τῇ παρακλήσει τοῦ λόγου· ἵνα εὐτονώτερον ἀγωνισάμενοι καταξιωθῶσι καὶ αὐτοὶ [y] τοῦ βραβείου τῆς ἄνω κλήσεως. [z] Καὶ γὰρ ἑπτάκις, φησὶ, πεσεῖται ὁ δίκαιος καὶ ἀναστήσεται. ὅπερ εἰ καὶ

num, *apud quem non est personarum acceptio*, quoniam et *omnia et in omnibus est Christus, in Barbaris et Scythis, servis et liberis,* debent considerare quod fecerunt, volentes suam ipsorum animam salvare: qui conservos nostros traxerunt ad idololatriam, qui poterant et ipsi effugere, si jus et æqualitatem ipsis præbuissent, ut rursum dicit Apostolus.

CANON VIII.

Iis autem qui proditi sunt, et exciderunt, qui et ipsi ad certamen accesserunt, se esse Christianos confitentes, et in custodiam cum tormentis conjecti sunt, æquum est in exsultatione cordis vires simul addere, et eis in omnibus communicare, et in orationibus, et in participatione corporis et sanguinis, et sermonis exhortatione: ut qui constantius decertaverunt, ipsi quoque supernæ vocationis bravio dignentur. Etenim, *septies,* inquit, *cadet justus, et resurget.* Quod

[u] Coloss. iii. 11. [x] Coloss. iv. 1. [y] Phil. iii. 14. [z] Prov. xxiv. 16.

πάντες οἱ ἐκπεπλωκότες πεποιήκεσαν, τελειοτάτην καὶ ὁλοκάρδιον μετανοίαν ἐνεδέξαντο (cor. μετανοίαν ἂν ἐνεδείξαντο).

ΚΑΝΩΝ Θ.

Καὶ τοῖς δὲ ὡς ἂν ἐξ ὕπνου ἑαυτοῖς παραπηδῶσιν εἰς τὸν ἀγῶνα, ὠδίνοντα καὶ μέλλοντα ἑλκύσαι, ἑαυτοῖς τὸν πειρασμὸν ἐπισπασαμένοις θαλαττομαχίας καὶ πολλῆς κυματώσεως, μᾶλλον δὲ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς [a] προσεκκαίουσιν ἄνθρακας ἁμαρτωλῶν· καὶ αὐτοῖς κοινωνητέον, ἅτε δὴ ἐν ὀνόματι Χριστοῦ παρερχομένοις εἰς τοῦτο, εἰ καὶ μὴ προσέχουσιν αὐτοῦ τοῖς λόγοις διδάσκοντος, [b] προσεύχεσθαι μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμὸν, καὶ πάλιν ἐν εὐχῇ λέγειν τῷ πατρὶ, [c] Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ· ἴσως δὲ καὶ ἀγνοοῦσι τὰς πολλάκις γινομένας ἀναχωρήσεις τοῦ οἰκοδεσπότου καὶ διδασκάλου ἡμῶν ἀπὸ τῶν θελόντων ἐπιβουλεύειν, καὶ ὅτι ἔσθ' ὅτε οὐδὲ παῤῥησίᾳ περιεπάτει δι' αὐτοὺς, καὶ ὅτι, καὶ ὅτε ὁ

quidem si omnes quoque lapsi fecissent, perfectissimam, et toto corde susceptam pœnitentiam ostendissent.

CANON IX.

Iis quoque qui tamquam ex somno ad certamen, quod adhuc parturit, necdum erupit aperte, prosiliunt; qui sibi ipsis tentationem accersunt, tempestatemque et fluctus, vel potius fratribus carbones peccantium accendunt: ipsis quoque communicandum est, ut qui in nomine Christi ad id veniant: etsi verba ejus non animadvertunt, qui docet orare, ut non intremus in tentationem; et Patri rursus in oratione dicere: *Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo.* Fortasse autem etiam ignorant nostrum patremfamilias et Dominum nostrum sæpe ab iis, qui illi insidiari volebant, secessisse; et quandoque etiam libere apud eos non ambula-

[a] Rom. xii. 20. [b] Marc. xiv. 38. [c] Mat. vi. 13.

καιρὸς τοῦ πάθους αὐτοῦ προσήγγισεν, οὐχ ἑαυτὸν παρέδωκεν, ἀλλ' ἐξεδέξατο, ἕως ἦλθον ἐπ' αὐτὸν μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων· λέγει οὖν πρὸς αὐτοὺς, [d] Ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθετε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων συλλαβεῖν με; οἳ [e] Καὶ παρέδωκαν αὐτὸν, φησὶ, Πιλάτῳ. καθ' ὁμοιότητα γοῦν αὐτοῦ καὶ οἱ κατὰ σκοπὸν αὐτοῦ βαίνοντες, πεπόνθασι, μεμνημένοι τῶν θείων αὐτοῦ λόγων, δι' ὧν ἐπιστηρίζων ἡμᾶς περὶ τῶν διωγμῶν, λέγει, [f] Προσέχετε ἑαυτοῖς· παραδώσουσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια, καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν μαστιγώσουσιν ὑμᾶς. παραδώσουσι δὲ, εἶπεν, ἀλλ' οὐχὶ, ἑαυτοὺς παραδώσετε· [g] καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας δὲ καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε διὰ τὸ ὄνομά μου, ἀλλ' οὐχὶ, ἑαυτοὺς ἄξετε. ἐπεὶ καὶ μεταπηδᾷν ἡμᾶς βούλεται ἀπὸ τόπων εἰς τόπους διωκομένους διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ. ὡς πάλιν ἀκούομεν αὐτοῦ λέγοντος, [h] Καὶ ὅταν διώκωσιν ὑμᾶς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν· οὐ γὰρ θέλει αὐτομολεῖν ἡμᾶς πρὸς τοὺς τοῦ διαβόλου ὑπασπιστὰς καὶ δορυφόρους,

bat: et quod etiam, quando passionis tempus appropinquavit, non seipsum tradidit, sed exspectavit donec ad eum venirent cum gladiis et fustibus. Dicit ergo eis: *Tamquam ad latronem existis cum gladiis et fustibus comprehendere me?* qui *etiam tradiderunt ipsum,* inquit, *Pilato.* Ad ejus quoque similitudinem iis accidit, qui ejus scopum sibi proponentes incedunt, divinorum ejus verborum recordati, per quæ nos confirmans, de persecutoribus dicit: *Videte autem vosmetipsos: tradent enim vos in conciliis, et in synagogis vapulabitis. Tradent enim,* dixit, non, vos ipsos tradetis: *et ad principes et reges ducemini propter nomen meum:* non, vos ipsos ducetis. Nam nos quoque vult a loco in locum transire, dum sunt qui nos persequuntur propter nomen ejus, sicut eum rursum dicentem audivimus: *Cum vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam.* Non enim vult ad diaboli stipatores satellites-

[d] Mat. xxvi. 55. [e] Mat. xxvii. 2. [f] Mat. x. 17.
[g] Mat. x. 18. [h] Mat. x. 23.

ὅπως μὴ καὶ πλειόνων θανάτων αἴτιοι αὐτοῖς γινώμεθα, ὡς ἂν καταναγκάζοντες αὐτοὺς μᾶλλον κατατραχύνεσθαι καὶ τελεσιουργεῖν τὰ θανατηφόρα ἔργα· ἀλλ' ἐκδέχεσθαι καὶ προσέχειν ἑαυτοῖς, [i] γρηγορεῖν τε καὶ προσεύχεσθαι, ἵνα μὴ εἰσέλθωμεν εἰς πειρασμόν.

Οὕτω Στέφανος πρῶτος κατ' ἴχνος αὐτοῦ μαρτύριον ἀναδεξάμενος, ἐν Ἱεροσολύμοις συναρπασθεὶς ὑπὸ τῶν παρανόμων, [k] καὶ ἀχθεὶς ἐν τῷ συνεδρίῳ (cor. εἰς τὸ συνέδριον), λιθοβολούμενος ἐν ὀνόματι Χριστοῦ ἐδοξάσθη, παρακαλῶν καὶ λέγων, [l] Κύριε μὴ στήσῃς αὐτοῖς ταύτην τὴν ἁμαρτίαν. οὕτως Ἰάκωβος δεύτερος συλληφθεὶς ὑπὸ Ἡρώδου, [m] μαχαίρᾳ τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη. οὕτως ὁ πρόκριτος τῶν ἀποστόλων Πέτρος πολλάκις συλληφθεὶς καὶ φυλακισθεὶς καὶ ἀτιμασθεὶς, ὕστερον ἐν Ῥώμῃ ἐσταυρώθη. ὁμοίως καὶ ὁ περιβόητος Παῦλος πλεονάκις παραδοθεὶς καὶ ἕως θανάτου κινδυνεύσας, πολλά τε ἀθλήσας [n] καὶ καυχησάμενος ἐν πολλοῖς διωγμοῖς καὶ θλίψεσιν, ἐν τῇ αὐτῇ πόλει καὶ αὐτὸς μαχαίρᾳ τὴν

que confugere, ne ipsis quoque multifariæ mortis causa simus, ut qui ipsos et asperiores esse cogamus, et opera mortifera peragere : sed exspectare, et nobis cavere, ac *vigilare et orare, ne intremus in tentationem.*

Ita Stephanus ejus vestigiis insistens, martyrium obiens, Hierosolymis ab iniquis correptus, et ad concilium ductus, lapidibus obrutus, in nomine Christi glorificatus est, rogans, et dicens : *Domine, ne statuas illis hoc peccatum.* Ita Jacobus secundus ab Herode comprehensus, gladio capite truncatus est. Ita Petrus Apostolorum primus sæpe comprehensus, et custodiæ traditus, ignominiaque affectus, postremo Romæ crucifixus est. Similiter et inclytus Paulus sæpe traditus, et ad mortem usque in periculum adductus, et in multis persecutionibus et afflictionibus gloriatus, in eadem urbe ipse quoque gladio capite mulctatus

[i] Mat. xxvi. 41. [k] Act. vi. 12. [l] Act. vii. 60.
[m] Act. xii. 2. [n] Rom. v. 3.

κεφαλὴν ἀπεκείρατο· ὃς ἐν οἷς ἐκαυχήσατο, κατέλεξε, καὶ ὅτι [n] ἐν Δαμασκῷ σπυρίδι ἐχαλάσθη διὰ τοῦ τείχους νυκτὸς, καὶ ἐξέφυγε τὰς χεῖρας τοῦ ζητοῦντος αὐτὸν πιάσαι. τὸ γὰρ προκείμενον ἦν αὐτοῖς ἐν πρώτοις, [o] εὐαγγελίζεσθαι καὶ διδάσκειν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἐν οἷς [p] ἐπιστηρίζοντες τοὺς ἀδελφοὺς ἐμμένειν τῇ πίστει, καὶ τοῦτο ἔλεγον ὅτι διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. [q] ἐζήτουν γὰρ οὐ τὸ ἑαυτῶν συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσι. καὶ ἦν πολλὰ λέγειν αὐτοῖς εἰς ταῦτα πρὸς τὸ κατὰ λόγον πράσσειν, εἰ μὴ, ὡς λέγει ὁ ἀπόστολος, [r] ἐπιλίποι δ' ἂν ἡμᾶς διηγουμένους ὁ χρόνος.

ΚΑΝΩΝ Ι.

Ὅθεν οὐκ ἔστιν εὔλογον οὐδὲ τοὺς ἀπὸ κλήρου αὐτομολήσαντας ἐκπεπτωκότας τε καὶ ἀναπαλαίσαντας, ἔτι ἐν τῇ λειτουργίᾳ εἶναι, ἅτε δὴ καταλείψαντας τὸ ποίμνιον Κυρίου, καὶ μωμησαμένους ἑαυτούς· ὅπερ οὐδεὶς τῶν ἀποστόλων

est: qui, in quibus gloriatus est, ipse in iis vitam finiit. (hoc commemoravit,) Et quod Damasci in sporta noctu per murum demissus est, et effugit manus ejus qui eum conabatur opprimere. Erat enim eis in primis propositum evangelizare, et verbum Dei docere: in quibus fratres confirmantes, ut manerent in fide, hoc quoque dicebant, quod per multas tribulationes oportet intrare in regnum cælorum. Quærebant enim, *non quod sibi erat utile, sed quod multis, ut salvi fierent*: et multa ipsis liceret ad hæc facientia dicere, ut verbo Dei convenienter facerent, nisi, ut dicit Apostolus, *nos tempus narrantes deficeret.*

CANON X.

Unde non est æquum, ut vel clerici, qui sua sponte certamini se obtulerunt, et lapsi iterum certamen redintegrarunt, amplius in sacro ministerio maneant: ut qui Domini gregem reliquerint, et seipsos de-

[n] 2 Cor. xi. 32, 33. [o] Act. xi. 35. [p] Act. xiv. 22.
[q] 1 Cor. x. 33. [r] Heb. xi. 32.

πεποίηκε. καὶ γὰρ ὁ πολλοὺς διωγμοὺς ἐξαντλήσας, πολλά τε ἆθλα ἀγωνισμάτων ἐνδειξάμενος ὁ μακάριος ἀπόστολος Παῦλος, ἐγνωκώς τε ὅτι [s] κάλλιόν ἐστιν ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι, ἐπιφέρει καὶ λέγει· Τὸ δὲ ἐπιμεῖναι τῇ σαρκὶ, ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς. [t] σκοπῶν γὰρ οὐ τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν ἵνα σωθῶσιν, ἀναγκαιότερον τῆς ἑαυτοῦ ἀναπαύσεως ἡγήσατο τὸ παραμένειν τοῖς ἀδελφοῖς καὶ ἐπιμελεῖσθαι αὐτῶν, ὡς καὶ τὸν διδάσκοντα θέλει εἶναι ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, [u] τύπον γινόμενον τῶν πιστῶν. ὅθεν οἱ ἐν τῇ εἱρκτῇ ἐπιδικαζόμενοι τῆς λειτουργίας, ἐκπεπτωκότες, καὶ ἀναπαλαίσαντες, πάνυ ἀναισθητοῦσι. πῶς γὰρ αἰτοῦσιν ὃ κατέλειψαν, δυνάμενοι τοῖς ἀδελφοῖς εὔχρηστοι εἶναι ἐν καιρῷ τοιούτῳ; ἕως μὲν οὖν ἄπταιστοι ἦσαν, συγγνώμην εἶχον ἐπὶ τῇ παραλόγῳ αὐτῶν πράξει. ὅτε δὲ ἔπταισαν ὡς ἂν περπερευσάμενοι καὶ ἑαυτοὺς μωμησάμενοι, οὐκέτι δύνανται λειτουργεῖν· διὸ φροντιζέτωσαν μᾶλλον ἐν

decorarint: quod nullus fecit ex Apostolis. Etenim cum multas persecutiones obiisset, et multa certaminum præmia ostendisset beatus Apostolus Paulus, sciens esse melius *dissolvi, et esse cum Christo;* infert, et dicit: *In carne autem permanere magis necessarium propter vos.* Considerans enim non suam, sed multorum utilitatem magis, ut salvi fierent, necessarium existimavit, apud fratres manere, et eorum curam genere: qui etiam vult eum, qui docet, esse in doctrina exemplo fidelibus. Unde qui in carcere decertantes, ministerio exciderunt, quamvis pugnam rediutegrarint, sensus plane sunt expertes. Quomodo enim id petunt quod sponte deseruerunt, cum eo tempore esse possent fratribus suis utiles? Quamdiu itaque firmi stabilesque manserunt, temerarii sui ausus eis venia dabatur. Quando autem lapsi sunt, ut qui stulte egerint, et seipsos dedecorarint, non possunt amplius sacra ministeria obire; et ideo magis curam gerant, quomodo

[s] Phil. i. 23, 24. [t] 1 Cor. x. 33. [u] Tim. iv. 12.

ταπεινοφροσύνῃ πῶς ἐκτελέσωσι παυσάμενοι τῆς κενοδοξίας. ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς ἡ κοινωνία, μετ' ἐπιστάσεως καὶ ἀκριβείας πρὸς ἀμφότερα γινομένη, καὶ ἵνα μὴ δόξωσι λυπεῖσθαι μετὰ βίας περιδρασσόμενοι τῆς ἐντεῦθεν ἀναλύσεως, καὶ ἵνα μή τινες ἐκπεσόντες, προφασίζωνται ὡς ἂν διὰ τὴν ἀφορμὴν τῆς ἐπιτιμίας ὑπεκλελυμένοι· οἵ τινες πλέον ἁπάντων αἰσχύνην καὶ ὄνειδος ἕξουσι, κατ' ἐκεῖνον [x] τὸν τεθεικότα θεμέλιον, καὶ μὴ ἰσχύσαντα ἐκτελέσαι· ἄρξονται γάρ, φησι, πάντες οἱ παραπορευόμενοι ἐμπαίζειν αὐτῷ λέγοντες, οὗτος ὁ ἄνθρωπος θεμέλιον ἔθηκε καὶ οὐκ ἴσχυσεν ἐκτελέσαι.

ΚΑΝΩΝ ΙΑ.

Οἱ γὰρ πρῶτοι παραπηδήσαντες ἐν τῷ βράσματι τοῦ διωγμοῦ, περιεστῶτες εἰς τὸ δικαστήριον, καὶ θεωροῦντες τοὺς ἁγίους μάρτυρας σπεύδοντας [y] ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως, ἐν καλῷ τῷ ζήλῳ προθυμούμενοι ἐπιδίδουν ἑαυτοὺς

in humilitate degant, a vana gloria cessantes. Eis autem sufficit communio: quam ita placuit statui cum recto consilio diligentique cautione, duabus de causis; tum ne videantur molestia affici, qui forti animo aggressi sunt inde reverti (hinc dissolutionem vi arripientes): tum ne aliqui e lapsis prætendant se ex occasione pœnæ animos despondisse: qui quidem plus quam omnes probrum et ignominiam habebunt: sicut ille qui fundamentum posuit, et non potuit perficere. *Incipient enim,* inquit, *omnes qui prætergredientur, dicere: Hic homo cœpit ædificare, et non potuit consummare.*

CANON XI.

Primi enim, qui in persecutionis fervore prosilierunt, judicum tribunal circumstantes, et sanctos martyres, qui ad bravium supernæ vocationis festinabant, aspicientes; honesta æmulatione incitati, se-

[x] Luc. xiv. 29, 30. [y] Philip. iii. 14.

εἰς τοῦτο, πολλῇ τῇ παῤῥησίᾳ χρώμενοι· ἐμβλέποντες μάλιστα τοὺς ὑποσυρομένους καὶ ἐκπίπτοντας, δι᾽ οὓς ὑπερθερμαινόμενοι ἔσωθεν καὶ ἐνηχούμενοι καταπολεμῆσαι τὸν ὑπεραιρόμενον καὶ ἀντικείμενον, ἔσπευδον εἰς τοῦτο, ἵνα μὴ καὶ δοκῇ παρ᾽ ἑαυτῷ φρόνιμος εἶναι ἐφ᾽ οἷς κατὰ πανουργίαν ἔδοξεν ἡττᾷν, εἰ καὶ ἐλάνθανεν ἑαυτὸν νικώμενον ὑπὸ τῶν ἐγκαρτερούντων τὰς τῶν ξυστήρων καὶ μαστίγων βασάνους, τήν τε ὀξύτητα τῆς μαχαίρας, καὶ τὰς καταφλέξεις τοῦ πυρὸς, καὶ τὰς τῶν ὑδάτων καταποντώσεις. καὶ τοῖς κατὰ πίστιν ὑπεξουσιοῦσιν (for. ἐπαξιοῦσιν) εὐχὰς καὶ δεήσεις γίνεσθαι ἤτοι ὑπὲρ τῶν ἐν φυλακῇ κατατιμωρηθέντων καὶ προδιδομένων ὑπὸ λιμοῦ καὶ δίψους, ἤτοι ὑπὲρ τῶν ἔξωθεν τῆς φυλακῆς ἐπὶ τοῦ δικαστηρίου καταβασανισθέντων διὰ ξυστήρων καὶ μαστίγων, ὕστερον δὲ ἡττηθέντων ὑπὸ τῆς ἀσθενείας τῆς σαρκὸς, ἀξιόν ἐστιν ἐπινεῦσαι. συμπάσχειν γὰρ καὶ συναλγεῖν τοῖς ὀδυρομένοις καὶ στενάζουσιν ὑπὲρ τῶν ἐν τῷ ἀγῶνι ἡττηθέντων ὑπὸ τῆς πολλῆς βίας τοῦ κακομηχάνου διαβόλου, ἤτοι ὑπὲρ γονέων ἢ ἀδελφῶν ἢ τέκνων, οὐδένα

ipsos ad hoc tradiderunt, magna usi libertate; maxime cum viderent eos qui deciperentur et caderent: propter quos ipsi ferventes intrinsecus, et quasi excitati classico ad debellandum superbientem adversarium, ad id contendebant, ne sibi prudens esse videretur in his in quibus calliditate inferior fuit: siquidem ignorat victum se ab iis qui fortiter tulerunt scuticarum flagellorumque tormenta, et gladii aciem, et ignis ustulationem, et aquarum immersiones. Qui vero fideles satagunt, preces et obsecrationes fieri, sive pro iis qui in custodia male habiti sunt, et a fame et siti proditi; vel pro iis qui extra custodiam scuticis et flagellis in judicio torti sunt, postea autem a carnis imbecillitate victi fuere; his æquum est annuere. Compati enim et condolere lugentibus ac mœrentibus, pro his qui in certamine victi sunt magnis maligni dæmonis viribus: hoc est, pro parentibus, vel fratribus, liberisve, nemini quidquam nocet. Scimus enim et-

οὐδὲν καταβλάπτει. ἴσμεν γὰρ καὶ δι' ἑτέρων πίστιν ἀπολαύσαντάς τινας τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος, ἐπί τε ἀφέσει ἁμαρτιῶν καὶ ὑγείᾳ σώματος, καὶ ἀναστάσει νεκρῶν. μεμνημένοι τοίνυν τῶν πολλῶν αὐτῶν καμάτων ὧν προϋπήνεγκαν ἐν ὀνόματι Χριστοῦ, καὶ τῶν ταλανισμῶν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μεταγνόντων αὐτῶν καὶ ἀποδυρομένων τὸ πεπραγμένον αὐτοῖς κατὰ προδοσίαν ἐν ἀτονίᾳ καὶ νεκρότητι τοῦ σώματος, ἔτι τε καὶ μεμαρτυρουμένων εὐπολιτεύτων γενομένων ἐν τῷ βίῳ αὐτῶν, συνευχόμεθα καὶ συμπαρακαλοῦμεν ὑπὲρ ἱλασμοῦ αὐτῶν μετὰ τῶν ἄλλων καθηκόντων διὰ τοῦ γενομένου ὑπὲρ ἡμῶν παρακλήτου πρὸς τὸν πατέρα, ἱλασκομένου ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν. [z] Καὶ ἐάν τις γὰρ, φησὶν, ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα Ἰησοῦν Χριστὸν δίκαιον, καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστιν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν.

ΚΑΝΩΝ ΙΒ.

Τοῖς γὰρ ἀργύρια δεδωκόσι πρὸς τὸ ἀνενοχλήτους αὐτοὺς παντάπασι γενέσθαι ἀπὸ πάσης κακίας, οὐκ ἔστιν

iam propter aliorum fidem quosdam esse Dei bonitatem assecutos, et in peccatorum remissione, et corporis sanitate, et mortuorum resurrectione. Memores itaque multorum laborum, et miseriarum quas pro Christi nomine sustinuerunt; cum ipsi etiam resipuerint, defleantque quod a se factum est per deceptionem, in corporis afflictione et mortificatione, cum et se præterea testentur in vita civilem omnem abjecisse administrationem: simul oremus et postulemus pro eorum reconciliatione, aliaque quæ congrua sunt, per eum *qui est nobis advocatus apud Patrem, propitiator pro peccatis nostris.* Nam *et si quis peccaverit,* inquit, *advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum justum, et ipse est propitiatio pro peccatis nostris.*

CANON XII.

Iis enim qui pecuniam dederunt, ut ab omnis improbitatis molestia omni ex parte remoti

[z] 1 Joan. ii. 1, 2.

ἔγκλημα προσάγειν. ζημίαν γὰρ καὶ ἀπώλειαν χρημάτων ὑπήνεγκαν ἵνα μὴ τὴν ψυχὴν ἑαυτῶν ζημιωθῶσιν ἢ ἀπολέσωσιν, ὅπερ ἄλλοι κατὰ αἰσχροκέρδειαν οὐ πεποιήκασι, καὶ τοί γε τοῦ Κυρίου λέγοντος· [a] Τί γὰρ ὠφελήσει ἄνθρωπος (cor. ἄνθρωπον) ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ, ἢ ἀπολέσῃ; καὶ, [b] Ὅτι οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμμωνᾷ. ἐφάνησαν γὰρ παρ' ἐκείνοις (for. ἐκεῖνο) τῷ Θεῷ δουλεύοντες, τὰ ἀργύρια μισήσαντες ϗ καταπατήσαντες, ϗ καταφρονήσαντες αὐτῶν· ἀνεπλήρωσάν τε ϗ ἐν τούτῳ τὸ γεγραμμένον, [c] Λύτρον ἀνδρὸς ψυχῆς ὁ ἴδιος πλοῦτος· ἐπεὶ ϗ ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων ἀνέγνωμεν τοὺς συρέντας ἀντὶ Παύλου ϗ Σίλα ἐν Θεσσαλονίκῃ ἐπὶ τοὺς πολιτάρχας, μετὰ πλησμονῆς (for. πολλῆς ὠνῆς) ἀπολυθέντας. μετὰ γὰρ τὸ καταβαρῆσαι αὐτοὺς πολλὰ διὰ τὸ ὄνομα καὶ [d] ταράξαι τὸν ὄχλον καὶ τοὺς πολιτάρχας, Λαβόντες, φησὶ, τὸ ἱκανὸν παρὰ τοῦ Ἰάσονος καὶ τῶν λοιπῶν ἀπελύσαν αὐτούς. οἱ δὲ ἀδελφοὶ

essent, crimen intendi non potest. Damnum enim et jacturam pecuniarum sustinuerunt, ne animæ detrimento afficerentur, vel ipsam etiam perderent: quod alii propter turpe lucrum non fecerunt; quamvis Dominus dicat: *Quid enim prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur?* et rursum: *Non potestis Deo servire et mammonæ.* In eo enim visi sunt Deo servire quod oderunt, conculcarunt, contempseruntque pecunias, et in eo compleverunt quod scriptum est: *Pretium redemptionis animæ, divitiæ propriæ.* Nam in Actibus Apostolorum legimus eos, qui pro Paulo et Sila Thessalonicæ ad magistratus trahebantur, cum multis pecuniis fuisse dimissos. Postquam enim ipsos propter nomen valde vexassent, et multitudinem magistratusque perturbassent, *ab Jasone,* inquit, *et reliquis satisda-*

[a] Marc. viii. 36.
[b] Mat. vi. 24.
[c] Prov. xiii. 8.
[d] Act. xvii. 8, 9, 10.

εὐθέως διὰ νυκτὸς ἐξέπεμψαν τόν τε Παῦλον καὶ τὸν Σίλαν εἰς Βέῤῥοιαν.

ΚΑΝΩΝ ΙΓ.

Ὅθεν οὐδὲ τοῖς καταλείψασι πάντα διὰ τὴν τῆς ψυχῆς σωτηρίαν καὶ ἀναχωρήσασιν, ἔστιν ἐγκαλεῖν ὡς ἂν ἑτέρων δι' αὐτοὺς κατασχεθέντων. καὶ γὰρ καὶ ἐν τῇ Ἐφέσῳ ἀντὶ Παύλου πάλιν συνήρπασαν Γαΐον εἰς τὸ θέατρον καὶ Ἀρίσταρχον [e] συνεκδήμους Παύλου· (for. addend. καὶ Παύλου) βουλομένου εἰσελθεῖν εἰς τὸν δῆμον· ἐπεὶ καὶ δι' αὐτὸν πείσαντα καὶ μεταστήσαντα πολὺν ὄχλον ἐπὶ τὴν θεοσέβειαν, ἡ στάσις ἦν γινομένη, οὐκ εἴων αὐτὸν οἱ μαθηταὶ, φησίν· οὐ μὴν ἀλλὰ καί τινες τῶν Ἀσιαρχῶν ὄντες αὐτῷ φίλοι, πέμψαντες πρὸς αὐτὸν, παρεκάλουν μὴ δοῦναι ἑαυτὸν εἰς τὸ θέατρον. εἰ δὲ ἐπιμένοιέν τινες ἐρεσχελοῦντες τοῖς εἰλικρινῶς προσέχουσι τῷ λέγοντι· [f] Σώζων σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχὴν, καὶ μὴ περιβλέψῃς εἰς τὰ ὀπίσω· ὑπομνησθήτωσαν καὶ περὶ τοῦ προκρίτου τῶν ἀποστόλων Πέτρου, [g] βεβλημένου τε

tione accepta, eos dimiserunt. Fratres autem noctu protinus Paulum et Silam miserunt in Berrhæam.

CANON XIII.

Unde nec eos, qui omnia reliquerunt propter salutem animæ, et secesserunt, licet accusare, tamquam aliis propter ipsos detentis. Nam et Ephesi pro Paulo Caium et Aristarchum in theatro comprehenderunt una cum Paulo peregrinantes, qui volebat populum adire: quoniam propter ipsum, qui persuaserat, et multam turbam ad Dei cultum traduxerat, seditio facta fuerat: *non permiserunt,* inquit, *discipuli. Quidam autem et de Asiæ principibus, qui erant amici ejus miserunt ad eum, rogantes, ne se daret in theatrum.* Si qui autem cum iis contendere perrexerint, qui attendunt dicenti: *Salva animam tuam, noli respicere post tergum;* Petrus quoque Apo-

[e] Act. xix. 29, 30, 31. [f] Gen. xix. 17. [g] Act. xii. 4, 11, 18, 19.

ἤδη εἰς φυλακὴν, καὶ παραδοθέντος τέταρσι τετραδίοις στρατιωτῶν φυλάσσειν αὐτόν· οὗ ἐν νυκτὶ φυγόντος, καὶ ῥυσθέντος ἐκ χειρὸς τοῦ φονώδους Ἡρώδου καὶ πάσης τῆς προσδοκίας τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων, κατ' ἐντολὴν ἀγγέλου Κυρίου· γενομένης, φησὶν, ἡμέρας ἦν τάραχος οὐκ ὀλίγος ἐν τοῖς στρατιώταις, τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο. Ἡρώδης δὲ ἐπιζητήσας αὐτὸν καὶ μὴ εὑρὼν, ἀνακρίνας τοὺς φύλακας, ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι. δι' οὓς οὐδεμία αἰτία τῷ Πέτρῳ προσάπτεται· ἐξῆν γὰρ καὶ αὐτοὺς ἑωρακότας τὸ γενόμενον, ἐκφυγεῖν. ὡς καὶ [h] πάντα τὰ παιδία τὰ ἐν Βηθλεὲμ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς, εἰ ἐγνώκεισαν οἱ γονεῖς αὐτῶν τὸ μέλλον ἔσεσθαι, ἅπερ ἀνῃρέθησαν ὑπὸ τοῦ μιαιφόνου Ἡρώδου διὰ τὸ ὑπ' αὐτοῦ ζητούμενον ἀπολέσθαι ἓν παιδίον, ὅπερ καὶ αὐτὸ κατ' ἐντολὴν ἀγγέλου Κυρίου ἐξέφυγεν, ἤδη ἀρξάμενον ταχέως σκυλεύειν καὶ ὀξέως προνομεύειν, κατὰ τὴν ἐπίκλησιν τοῦ ὀνόματος, καθὼς γέγραπται, [i] Κάλεσον τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ταχέως σκύλευσον,

stolorum princeps eis in mentem veniat, qui in custodiam erat conjectus, et traditus quatuor quaternionibus militum ad eum custodiendum: qui cum noctu fugisset, et ex Judæorum manu servatus esset, jussu Angeli Domini, *facta,* inquit, *die, erat non parva turbatio inter milites, quidnam factum esset de Petro. Herodes autem cum requisisset eum, et non invenisset, inquisitione facta de custodibus, jussit suffocari,* propter quos nulla culpa in Petrum confertur. Licebat enim eis, illo viso quod factum fuerat, effugere: sicut et omnes infantes qui erant in Bethleem, et in omnibus ejus finibus, si scivissent eorum parentes quod erat futurum, qui a crudeli homicida Herode sublati sunt, ut unus qui ab eo quærebatur infans periret, qui et ipse jussu Angeli Dei effugit, qui celeriter jam cœperat spolia velociter detrahere, et cito prædari, secundum appellationem nominis; quemadmodum scriptum est: *Voca nomen ejus, accelera spolia detrahere, festina præda-*

h Mat. ii. 16.

i Is. viii. 3, 4.

ὀξέως προνόμευσον· διότι πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ καὶ τὰ σκῦλα Σαμαρείας ἔναντι βασιλέως Ἀσσυρίων. οἱ γοῦν μάγοι ὡς ἤδη σκυλευθέντες καὶ προνομευθέντες, ὑποτεταγμένως καὶ τιμητικῶς [k] προσκυνοῦσι τῷ παιδίῳ, ἀνοίγοντες τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν καὶ προσφέροντες αὐτῷ καιριώτατα καὶ πρεπωδέστατα δῶρα, χρυσὸν καὶ λίβανον καὶ σμύρναν, ὡς βασιλεῖ καὶ Θεῷ καὶ ἀνθρώπῳ. ὅθεν οὐκέτι πρὸς τὸν Ἀσσύριον βασιλέα ἠξίωσαν ὑποστρέψαι, συνεργούμενοι ὑπὸ τῆς προνοίας. χρηματισθέντες γάρ, φησι, κατ᾽ ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρώδην, δι᾽ ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν. ἔνθεν ἰδὼν ὁ αἱμοβόρος Ἡρώδης ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων, ἐθυμώθη λίαν· καὶ ἀποστείλας, φησὶν, ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεὲμ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω, κατὰ τὸν χρόνον ὃν ἠκρίβωσε παρὰ τῶν μάγων. μεθ᾽ ὧν καὶ τὸ πρὸ αὐτοῦ γεννηθὲν ἕτερον παιδίον ζητήσας ἀποκτεῖναι, καὶ μὴ εὑρὼν, τὸν πατέρα αὐτοῦ [l] Ζαχαρίαν

ri: quia antequam sciat puer vocare patrem suum et matrem suam auferet fortitudinem Damasci, et spolia Samariæ coram rege Assyriorum. Magi ergo ut jam spoliati, infantem humiliter et suppliciter adorant, suos thesauros aperientes, et ei offerentes, maxime oportuna et magnifica dona, aurum, et thus, et myrrham, ut regi, et Deo, et homini: unde ad regem Assyrium non amplius reverti voluerunt auxiliante providentia. *Responso autem,* inquit, *accepto ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam.* Unde videns crudelis Herodes, *quoniam illusus esset a Magis, iratus est valde. Et mittens,* inquit, *occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem, et in omnibus finibus ejus, a bimatu et infra, secundum tempus quod exquisierat a Magis.* Cum quibus, et alium prius natum infantem cum interfecturus quæsivisset, et non invenisset, patrem ejus Zachariam interfecit inter templum

k Mat. ii. 11, 12, 16.

l Mat. xxiii. 35.

ἐφόνευσε μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, ἐκφυγόντος τοῦ παιδὸς μετὰ τῆς μητρὸς Ἐλιζάβετ. ἐφ' ᾧ οὐδεμίαν μέμψιν ἔχουσιν.

ΚΑΝΩΝ ΙΔ.

Εἰ δέ τινες βίαν πολλὴν καὶ ἀνάγκην πεπόνθασι χάμον λαβόντες ἐν τῷ στόματι καὶ δεσμοὺς, καὶ ἐπιμείναντες καρτερῶς τῇ διαθέσει τῆς πίστεως, ὡς καὶ τὰς χεῖρας αὐτῶν καῆναι προσαγομένας ἄκοντι τῷ ἀνιέρῳ θύματι, ὥσπερ οὖν ἔγραψάν μοι οἱ ἀπὸ τῆς φυλακῆς τρισμακάριοι μάρτυρες περὶ τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ, καὶ ἕτεροι δὲ συλλειτουργοί· οἱ τοιοῦτοι συμμαρτυρούντων αὐτοῖς μάλιστα καὶ τῶν ἄλλων ἀδελφῶν, δύνανται εἶναι ἐν τῇ λειτουργίᾳ, ταχθέντες ἐν τοῖς ὁμολογηταῖς· ὡς καὶ οἱ κατανεκρωθέντες ἐν ταῖς πολλαῖς βασάνοις, καὶ μηκέτι ἐξισχύσαντες λαλῆσαι ἢ φθέγξασθαι ἢ κινηθῆναι εἰς τὸ ἀντιστῆναι τοῖς εἰς μάτην βιαζομένοις. οὐδὲ γὰρ συγκατέθεντο τῇ βδελυρίᾳ αὐτῶν, ὥσπερ οὖν παρὰ συλλειτουργῶν πάλιν ἤκουσα· ταχθήσεται

et altare, cum effugisset filius cum matre Elisabeth. Quo nomine nullo modo reprehenduntur.

CANON XIV.

Si qui autem vim multam et necessitatem passi sunt; quique in ore frenum, et vincula acceperunt, et propter bonam fidei affectionem suas quoque manus uri fortiter pertulerunt ad profanum sacrificium ipsis invitis adductas, quemadmodum mihi scripserunt ex custodia beatissimi martyres de iis qui in Libya, et alii etiam in sacris comministri: tales præsertim testimonium reddentibus eorum causa aliis fratribus, possunt etiam in sacro ministerio inter confessores collocari; quippe qui in multis tormentis mortificati fuerint, et non amplius potuerint vel loqui, vel dicere, vel moveri, ut resisterent iis qui vim inferebant; neque enim eorum improbitati assensi sunt. Quemadmodum ergo a comministris rursum audivi, adnumerabitur inter confessores, et

δὲ ἐν τοῖς ὁμολογηταῖς καὶ πᾶς ὅστις οὖν κατὰ Τιμόθεον πολιτεύεται, πειθόμενος καὶ αὐτὸς τῷ λέγοντι, [m] Δίωκε δικαιοσύνην, εὐσέβειαν, πίστιν, ἀγάπην, ὑπομονὴν, πραϋπαθείαν, ἀγωνίζου τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως, ἐπιλαβοῦ τῆς αἰωνίου ζωῆς, εἰς ἣν ἐκλήθης, ὡμολογήσας τὴν καλὴν ὁμολογίαν ἐνώπιον πολλῶν μαρτύρων.

Ex Libro ejusdem S. Petri De Paschate.

ΚΑΝΩΝ ΙΕ.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὸ Πάσχα.

Οὐκ ἐγκαλέσει τις ἡμῖν παρατηρουμένοις τετράδα καὶ παρασκευὴν, ἐν αἷς καὶ νηστεύειν ἡμῖν κατὰ παράδοσιν εὐλόγως προστέτακται· τὴν μὲν τετράδα, διὰ τὸ γενόμενον συμβούλιον ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἐπὶ τῇ προδοσίᾳ τοῦ Κυρίου, τὴν δὲ παρασκευὴν, διὰ τὸ πεπονθέναι αὐτὸν ὑπὲρ ἡμῶν. τὴν γὰρ κυριακὴν χαρμοσύνης ἡμέραν ἄγομεν, διὰ τὸν ἀναστάντα ἐν αὐτῇ, ἐν ᾗ οὐδὲ γόνατα κλίνειν παρειλήφαμεν.

quicumque secundum Timotheum vitam instituit, obediens ei quoque qui dicit: *Sectare justitiam, pietatem, fidem, caritatem, patientiam, mansuetudinem: certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, et confessus bonam confessionem coram multis testibus.*

CANON XV.

Ejusdem, Ex Libro de Paschate.

Non reprehendet nos quisquam quartam et sextam feriam observantes, in quibus nos jejunare secundum traditionem cum ratione præceptum est: quartam quidem propter initum a Judæis consilium de proditione Domini: sextam autem, quod ipse pro nobis passus sit. Diem vero dominicum, lætitiæ diem agimus, quod in eo resurrexit, in quo nec genua quidem flectere accepimus.

[m] 1 Tim. vi. 11, 12.

Ex Libro de Divinitate.

Πέτρου τοῦ ἁγιωτάτου Ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας καὶ Μάρτυρος.

Ἐκ τοῦ περὶ Θεότητος λόγου.

Ἐπειδὴ γὰρ ἀληθῶς [n] ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ γέγονεν, ὅθεν καὶ [o] χάριτί ἐστε σεσωσμένοι, κατὰ τὸ ἀποστολικὸν ῥητόν· Καὶ τοῦτο, φησὶν, οὐκ ἐξ ὑμῶν, Θεοῦ τὸ δῶρον, οὐκ ἐξ ἔργων ἵνα μή τις καυχήσηται. Θελήματι Θεοῦ [p] ὁ λόγος σὰρξ γενόμενος, [q] καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, οὐκ ἀπελείφθη τῆς θεότητος. Οὐδὲ γὰρ ἵνα τῆς δυνάμεως αὐτοῦ ἢ δόξης τελείου (fort. τελείας) ἀποστῇ, [r] πτωχεύσας πλούσιος ὤν, τοῦτο γέγονεν· ἀλλ' ἵνα καὶ τὸν θάνατον ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν ἀναδέξηται, [s] δίκαιος ὑπὲρ ἀδίκων, ἵνα ἡμᾶς προσαγάγῃ τῷ Θεῷ, θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ πνεύματι.

Καὶ μεθ' ἕτερα.

Interprete Mario Mercatore.

Petri sanctissimi Episcopi et Martyris.

Ex Libro de Deitate.

Cum vere gratia et veritas per Jesum Christum facta sit; hinc secundum Apostoli doctrinam gratia salvati sumus. Ait enim: *Et hoc non ex nobis; Dei enim donum est; non ex operibus, ut ne quis glorietur.* Dei voluntate Verbum factum est caro, habituque inventum ut homo, non recessit a Deitate. Neque enim ea de causa egenus factus est cum esset dives, ut virtutis aut majestatis suæ perfectione exueretur; sed ut et mortem pro nobis peccatoribus susciperet, *justus pro injustis; ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu.*

Et post pauca rursum.

[n] Joan. i. 17. [o] Eph. ii. 8, 9. [p] Joan. xiii. 14.
[q] Phil. ii. 8. [r] 2 Cor. viii. 9. [s] 1 Pet. iii. 18.

Ὅθεν καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἀληθεύει λέγων· [t] Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· τότε δηλονότι, ἀφ' οὗ ὁ ἄγγελος ἠσπάσατο τὴν παρθένον, εἰπών· [u] Χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. τὸ γὰρ, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, νῦν ἐστιν ἀκοῦσαι τοῦ Γαβριὴλ, ἀντὶ τοῦ, ὁ Θεὸς Λόγος μετὰ σοῦ. σημαίνει γὰρ αὐτὸν γεννώμενον ἐν μήτρᾳ, καὶ σάρκα γενόμενον· καθὼς γέγραπται, [x] Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ.

Καὶ πάλιν μεθ' ἕτερα.

Ὁ δὲ Θεὸς Λόγος παρὰ τὴν ἀνδρὸς ἀπουσίαν, κατὰ βούλησιν τοῦ πάντα δυναμένου κατεργάσασθαι Θεοῦ, γέγονεν ἐν μήτρᾳ τῆς παρθένου σάρξ, μήτε δεηθεὶς τῆς ἀνδρὸς ἐνεργείας ἢ παρουσίας· ἐνεργέστερον γὰρ τοῦ ἀνδρὸς ἐνεποίησεν ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις, ἐπισκιάσασα τῇ παρθένῳ, σὺν τῷ ἐπεληλυθότι ἁγίῳ πνεύματι. Extant hæc S. Petri, Ephesina in Synodo prolata, in tomo tertio *Conciliorum* ad pag. 508. ed. Labbæi et Cossartii.

Quare et Evangelista quoque vera prædicat, dum ait; *Et verbum caro factum est, et habitavit in nobis.* Tum videlicet, cum angelus virginem salutavit dicens; *Ave gratia plena, Dominus tecum,* hoc est, Dei Verbum tecum est. Nam illa Gabrielis salutatio, Deum Verbum in utero virgineo natum, et carnem factum insinuat. Hinc et scriptum est, *Spiritus sanctus superveniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi; ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.*

Et paucis interjectis rursum.

Deus autem Verbum citra viri commercium, Dei, qui quidvis efficere potest, voluntate in virginis utero incarnatum est, viri operatione aut præsentia ad hoc minime requisita. Dei namque virtus virginem per Spiritus sancti adventum obumbrans, viro efficacius operata est.

[t] Joan. i. 14. [u] Luc. i. 28. [x] Luc. i. 35.

Τȣ̃ ἁγίȣ Πέτρȣ Ἐπισκόπȣ Ἀλεξανδρείας ϗ Μάρτυρος.

Ἐκ τȣ̃ περὶ τῆς Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας.

—Καὶ τῷ Ἰȣ́δα φησί· [y] Φιλήματι τ̀ υἱὸν τȣ̃ ἀνθρώπȣ παραδίδως; ταῦτα, τά τε τȣ́τοις ὅμοια, τά τε σημεῖα πάντα ἃ ἐποίησε, καὶ αἱ δυνάμεις δεικνῦσιν αὐτὸν Θεὸν εἶναι ἐνανθρωπήσαντα. τὰ συναμφότερα τοίνυν δείκνυται· ὅτι Θεὸς ἦν φύσει, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος φύσει. Ex Cod. MS. Bodl. Leontii Byzantini lib. I. *Contra Nestorianos* et *Eutychianos.*

Sancti Petri Episcopi Alexandriæ et Martyris.

Ex homilia de adventu Salvatoris nostri.

—Et Judæ dixit, Osculo filium hominis tradis? Hæc, et his similia, et signa omnia quæ fecit, et virtutes, demonstrant esse eum Deum factum hominem. Utraque itaque demonstrantur, et quod erat Deus natura, et quod fuit homo natura.

Ex Priore de Anima Sermone.

Τȣ̃ ἁγίȣ Πέτρȣ Ἐπισκόπȣ ϗ μάρτυρος τ̀ μεγαλοπόλεως Ἀλεξανδρείας.

Ἐκ τȣ̃ πρώτȣ λόγȣ περὶ τȣ̃ μηδὲ προϋπάρχειν τ̀ ψυχὴν, μηδὲ ἁμαρτήσασαν τȣ̃το εἰς σῶμα βληθῆναι.

Ἡγȣ́μεθα τὰ [z] περὶ τȣ̃ πρώτȣ ἐκ τῆς γῆς χοϊκȣ̃ γεγενημένου ἀνθρώπου παραθέσθαι, πρὸς τὸ δεῖξαι ἕνα καὶ

S. Petri Episcopi Alexandriæ et Martyris.

Ex Primo Sermone, quod nec præextitit Anima, nec, cum peccasset, propterea in corpus missa est.

Duximus quædam de primo e terra terreno homine proponenda, ut demonstretur unum

[y] Luc. xxii. 48.

[z] 1 Cor. xv. 47.

τὸν αὐτὸν ἐν τῷ αὐτῷ καιρῷ γενόμενον, κἂν μερικῶς ποτε ὁ ἔσω καὶ ἔξω λέγηται ἄνθρωπος. εἰ γὰρ καὶ κατὰ τὸν Σωτήριον λόγον, [a] Ὁ ποιήσας τὰ ἔσωθεν, καὶ τὰ ἔξωθεν ἐποίησεν, ἀλλ' οὖν γε ἐφάπαξ καὶ ἐν ἑνὶ καιρῷ, τουτέστι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ὅτε εἶπεν ὁ Θεὸς, [b] Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν. ὡς ἐκ τούτου εὔδηλον εἶναι, ὅτι οὐκ ἀπὸ συνόδου, ὡς προόντος τινὸς ἑτέρου, καὶ ἀφ' ἑτέρου τόπου συνεληλυθότος γεγένηται. εἰ γὰρ σύνοδος ἦν, τίνος ἕνεκεν καὶ τὸ πεποιημένον ἀνεγράφη;

Καὶ μεθ' ἕτερα.

Ὥστε οὐκ ἐνδέχεται πρὸ σωμάτων ἐν οὐρανῷ ἁμαρτάνειν ψυχὰς, μηδὲ ὅλως πρὸ σωμάτων ὑποστάσας. τὸ γὰρ μάθημα τοῦτο τῆς Ἑλληνικῆς ἐστι φιλοσοφίας, ξένης καὶ ἀλλοτρίας οὔσης [c] τῶν ἐν Χριστῷ εὐσεβῶς θελόντων ζῆν.

Extant hæc in Justiniani Imp. *ad Mennam Epistola,* sive *Tractatu adversus Origenis Errores,* apud *Concil.* tom. v. pag. 652. ed. Labbæi et Cossartii.

et eumdem eodem in tempore esse factum; quamvis particulariter nonnunquam interior et exterior homo dicatur. Nam etsi secundum salutarem sermonem, qui interiora fecit, exteriora quoque fecit; tamen semel et eodem tempore, id est, eadem die, cum dixit Deus; *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Ex quo perspicuum est, non ex congressu, quasi aliquid aliud antecesserit, et ex alio loco convenerit, factum esse. Nam si congressus fuit, quamobrem descriptum est quod jam factum fuerat?

Et post alia.

Itaque non recipitur, ante corpora in cœlo peccare animas, quæ prorsus ne ante corpora quidem substiterunt. Hæc enim doctrina a paganorum philosophia est, quæ peregrina est, et ab iis aliena, qui pie in Christo volunt vivere.

[a] Luc. xi. 40. [b] Gen. i. 26. [c] 2 Tim. iii. 12.

De Priore ejus de Anima Sermone.

Tunicarum scortearum aliarumque rerum quarundam in Paradiso allegoricæ interpretationi contradicere ait Procopius Gazæus, *Comm. in Genesin*, cap. iii. p. 76. *Comm. in Octateuch.* edit. Tigur. *ecclesiæ doctores omnes,* additis nominatim inter alios multos, *Dionysio Alexandrino episcopo in Expositione quam in Ecclesiastem fecit, et ejusdem urbis episcopo et martyre* PETRO *in primo de Anima sermone.*

De S. Petro, una cum multis aliis patribus, ita Ephremius Patriarcha Antiochenus, apud Photium in *Bibliotheca,* Cod. ccxxix. p. 805.——ὅτι δὲ δύο φύσεων ἕνωσιν καὶ μίαν ὑπόστασιν καὶ πρόσωπον ἓν ὁμολογεῖν, τοῦ ὀρθοῦ φρονήματος ἐστι, καὶ τῶν πατέρων κήρυγμα· Ἰωάννης μὲν ὁ Χρυσόστομος, τὸ κατὰ Ἰωάννην ἀναπτύσσων εὐαγγέλιον, ἐν ἑνδεκατῇ ὁμιλίᾳ μαρτυρεῖ,——ἀλλὰ καὶ Πέτρος ὁ Ἀλεξανδρείας καὶ μάρτυς, καὶ Βασίλειος ὁ Καισαρείας &c. &c.

Interprete A. Schotto.

Sed duarum naturarum unionem, unam hypostasin, unamque personam confiteri, idque pium est, eque Sanctorum patrum sententia. Joannes Chrysostomus quidem Joannis evangelium exponens undecima homilia sic habet.—— Sed et Petrus martyr Alexandriæ præsul, Basilius Cæsareæ &c. &c.

Epistola ad Alexandrinos. Ex Vetere Versione Latina.

INITIUM EPISTOLÆ DOMINI PETRI EPISCOPI ALEXANDRIÆ.

Petrus in fide Dei stabilitis, dilectis fratribus in Domino, Salutem. Quoniam cognovi Meletium nihil per utilitatem (*supplet* agere *Maffei*), cui nec beatissimorum episcoporum et martyrum epistola placuit; sed insuper ingressum nostram paroeciam tantum sibi adsumpsisse, ut etiam ex mea auctoritate presbyteros, et quibus permissum erat egentes visitare, conaretur separare, et indi-

cium suæ cupiditatis in principatu (for. principatum) quosdam sibi ordinasse in carcere; modo illud observate, ne ei communicetis, donec occurram illi cum sapientibus viris, et videam quæ sunt, quæ cogitavit. Valete. *Hæc, una cum* Epistola illa Episcoporum Ægypti ad Meletium, quæ a S. PHILEA fortasse scripta est, *primus edidit vir. cl. Scipio Maffei in Opere, cui tit.* Osservazioni Letterarie, tom. iii. p. 17.

ANNOTATIONES

IN S. PETRI ALEX. FRAGMENTA.

P. 321. l. 2. Martyris] Cum incepisset Diocletiana, quæ vocatur, persecutio anno Christi 303, contigit, ut ἐνάτῳ ἔτει τοῦ διωγμοῦ, secundum Eusebium, seu penultimo anno ejus, qui Christi erat annus 311, S. Petrus, cujus opuscula hæc sunt, Alexandriæ passus sit. Ita certe Valesius, Cavius, Tillemontius, alii; sed nuperrime cl. Aug. Ant. Georgius in Præfat. ad Opusc. *De Miraculis S. Coluthi* &c. Romæ anno 1793. editum, ad p. 183—188. argumentis haud contemnendis usus est ad probandum, conferri oportere S. Petri martyrium in annum 312, ut Eusebianus locus de nono persecutionis anno jam absoluto exponatur, quasi *generalem tantum locutionem* historicus obiter adhibuisset. Utcunque res habet; "Scripsit Pe-" trus," ut ait Cavius *Hist. Lit.* tom. i. p. 160. " quarto " persecutionis Diocletianeæ anno, Christi 306. (inspice " Canon. I.) eorum causa qui in prædicta persecutione lapsi " essent, Librum *De Pœnitentia*, ex quo supersunt hodie " canones 15, variis pœnitentium casibus accommodati; " qui habentur Gr. Lat. Concil. tom. i. cum Balsamonis " vero et Zonaræ Scholiis, Synodici seu Pandect. Cano-" num tom. ii." Hæc Cavius; sed ex MSto Regio docuit lectorem Harduinus in edit. sua *Conciliorum*, canonem ultimum, seu decimum sextum ex Sermone quodam Petri *De Pascha* fuisse sumptum. Cum hoc MSto, immo cum edito Parisiis anno 1621. Canonum atque Zonaræ textu, faciunt alii novem MSti in bibliotheca Bodleiana servati, quorum ope ego, cum ex diversis omnes profecti sint fontibus, in canonibus his edendis usus sum. Cons. enim Annotat. ad init. S. Dionysii Alex. *Epistolæ ad Basilidem*, vol. ii. pag. 411. Adjecit quoque suæ *Bibliothecæ Patrum* hos Canones Gallandius una cum *Zonaræ et Balsamonis Scholiis*, eosque se contulisse ait non solum cum editione illa Parisiensi Frontonis Ducæi, sed etiam cum MSto codice, quod quidem in tribus penultimis canoni-

bus verum est, Bernardi Nanii senatoris. Cæterum in Syriaca Versione, quam præstabat codex quidam optimus bibliothecæ Mediceæ, extat, auctore Renaudotio *Hist. Patriarcharum Alexandr*. p. 61. " inter Canonem 13. et 14. " fragmentum exhortationis ad pœnitentiam, quo carent " Græci codices, forte quia legem nullam continet." Nondum, quod sciam, edita pericope est; neque vero codicis ipsius ulla mentio facta est in tomo primo *Catalogi Bibliothecæ Mediceo-Laurentianæ*, qui codices orientales complectitur; sed maximam Mediceorum codicum partem in Laurentiana bibliotheca hodie non superesse, doctorum hominum ibi refertur opinio. Vid. Præfat. *Catalogi* p. xxviii.

P. 321. l. 7. Τοῦ 'Αγίου Πέτρου &c.] Titulum, a quo editi nonnihil variant, mihi præstiterunt *scripti Bodleiani septem*.

CANON I.

Ibid. l. 11. τέταρτον ἤδη πάσχα] *Synopsis* (quæ vocatur) *Alexii Aristeni* hunc locum sic exhibet. Τεσσάρων ἤδη χρόνων ἐπιπαρῳχηκότων τῷ διωγμῷ. *Cum persecutionis quatuor jam anni præterierint*. minus recte. HARDUIN. in tomo primo *Conciliorum*. Vir iste eruditissimus, cujus editionem, sed correctam ex manuscriptis meis, hic expressam habes, lectorem insuper monuit, initium persecutionis poni ipso die paschæ anno CCCIII.

Ibid. l. 13. ἀνηκέστους] *Editi* βασάνους τε ἀνυποίστους ὑπομεμενηκόσι καὶ ἀφορήτους μάστιγας, verbis utrisque idem prorsus significantibus. 'Ανηκέστους igitur pro voce ἀνυποίστους reposui, quod in *octo manuscriptis Bodleianis* repertum est, firmantibus Zonara in *Scholio* ad hunc Canonem, Matthæoque Blastari in *Syntagmate Alphabetico*, quod quidem primus, ut ante dixi, edidit in *Synodico* suo Beveregius. Lit. α'. cap. i. pag. 4. Suffragatur quoque huic lectioni vetus canonum S. Petri interpretatio Joanni Oecolampadio debita, quæ anno 1550. in *Micropresbytico Basiliensi* seu Bibliotheca Patrum, edita est. Patrum vero Canonicæ, quæ vocantur, Epistolæ haud ante sæculum decimum septimum Græce prodierunt. Sed hoc obiter. Fuit porro Origenes in istac urbe Alexandria, ut narrat Epiphanius, πολλάκις συρόμενος, ὀνειδιζόμενος, ΒΑΣΑΝΟΙΣ 'ΑΝΗΚΕΣΤΟΙΣ ὑποβαλλόμενος. *Hæres.* lxiv. sub init. Et sistitur Job μήτε διὰ τὴν ἀνύποιστον νόσον, καὶ τὸ ἀνήκεστον καὶ ὀλοχερὲς ἕλκος, ἐνδεὴς, a Dionysio Alexandrino episcopo. Vid. su-

pra vol. ii. pag. 397. Immo vero in Fragmentis *Vitæ S. Pamphili* ab Eusebio conscriptæ, quæ Fabricius post Papebrochium edidit in tomo ii. *Opusc. S. Hippolyti*, tres voces istæ extant——τάς τε ἀνηκέςους μάςιγας, καὶ τὰς πολυτρόπους καὶ ἐνηλλαγμένας βασάνους. §. v. p. 219. Denique exposuit Zonaras scholiastes; ἄκος γὰρ ἡ θεραπεία ἐςὶ, καὶ ἀνήκεςον τὸ ἀθεράπευτον. Mox δεινὰς ἀνάγκας, quod exhibent *codices mei* ad unum *omnes*, nunc repositum est, si quid id refert, pro *vulgato* ἀνάγκας δεινάς.

P. 321. l. 16. διὰ τὴν παρακολουθήσασαν μεγίςην πτῶσιν] Quæ strages ipsos, postquam multa toleravissent tormenta, consecuta erat; τέταρτον ἤδη πάσχα ἐπικατείληφεν, ait Zonaras optimus interpres, ἐξότε πεπτώκασι τὴν μεγίςην πτῶσιν.

P. 322. l. 1. εἰς τοῦτο ἐληλύθασιν] *Vulgo* ἐν τούτῳ ἐ. Alteram lectionem ex quatuor scriptis accepi, sed verba omittit *codex*, qui in *Catalogo MSS. Bibliothecæ Bodl.* numero 715. signatur. In Canone autem VI. de eadem re sequitur, εἰς τοῦτο ἐληλυθότες.

Ibid. l. 9. κατὰ περισσὸν] *Vulgo* κατὰ τὸ περισσόν. Sed τὸ nesciunt *codd. omnes Bodleiani novem* præter unum numero 205. signatum. Mox εὐτονώτερον pro ἐντονώτερον ex *codd. multis* posui, firmante Zonara in *Scholio*, et Canone VIII. præ se ferente, ἵνα εὐτονώτερον ἀγωνισάμενοι. p. 329. l. 15. Cæterum tres illos pœnitentiæ annos prioribus canonibus prius injunctos fuisse, autumat Tillemontius *Mem. Ecclesiast.* tom. v. in *S. Petro Al.* Art. 7.

Ibid. l. 12. ὕπαγε Σατανᾶ] Additum est ὀπίσω μου in *editis* S. Petri canonibus, quod assumentum est ex SS. Marco et Luca ad S. Matthæi evangelium. Nec respuit id Zonaras in Scholio; sed tamen idem omittendum duxi, cum a præsule Alexandrino τὴν χρῆσιν in hunc modum excitatam fuisse *quinque codices scripti in Bodleiana* negent.

CANON II.

Ibid. l. 16. μόνον] Vocem, quæ *editis* haud inest, præstant nobis *codices omnes Bodleiani*, eandemque invenisse videntur commentatores Zonaras, Balsamo, Aristenus, Blastaresque.

P. 323. l. 1. γενομένοις] Hoc verbum pro γενομένων ex *octo* posui *manuscriptis*. Nec discrepat *Œcolampadii Latina Versio*, quam supra commemoravi. Hervetus quoque Tiliani exemplaris Græci horum aliorumque Canonum interpres, cujus versio Parisiis anno 1561. typis impressa est, habet, *tormentorum captivi facti sunt.* Verba

interea omnia omittit *codex* 86. inter πολέμου et πλωχείαν collocata.

P. 323. l. 4. πρὸς τῷ ἑτέρῳ χρόνῳ] Ad triennium supra memoratum, inquit Zonaras. HARDUIN.

Ibid. l. 5. ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος] In *editis* sequitur, vel τοῦ Χριςȣ̃, vel τȣ̃ Θεȣ̃, neutrum agnoscentibus *quinque ex codicibus meis*, phrasis enim scriptoribus veteribus solennis est, in *Sancti Joannis epistola tertia* ad comm. 7. inventa, si modo vera sit scriptura a viris doctis probata, ὑπὲρ γὰρ τοῦ ὀνόματος ἐξῆλθον, μηδὲν λαμβάνοντες ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, ubi tamen sæpe editum est αὐτȣ̃ post ὀνόματος. Similiter variatur in *Act. Apost.* v. 41. Sed et infra in Canone XII. pag. 338. lin. 15. Petrus ita locutus est. Quod attinet ad cæteros codd. Bodleianos, additamentum τȣ̃ Κυρίου, nam in vacillantis fidei lectionibus variari solet, habent *codd.* 158. et 86. itidem *cod.* 3385. sed τȣ̃ omisso; solus exhibet τȣ̃ Χριςοῦ *cod.* 205, nullus ex his Bodleianis codicibus τȣ̃ Θεȣ̃.

Ibid. l. 7. ἅπερ πολλαπλασίονα ἀποδώσουσι] Zonaras. Ἀντὶ τȣ̃, ἀνθ' ὧν ἀπήλαυσαν ἐν τῇ φυλακῇ, μετανοȣ̃ντες θλίψεσιν ἑαυτȣ̀ς καὶ κακώσουσι πολλαπλασίως. Similiterque interpretatus est locum Tillemontius, ubi supra; illum vero malim exponere de operibus bonis, similibus illis quæ ad ipsorum consolationem a fratribus facta essent. Cæterum ante me ediderat Beveregius ἅπερ, quod firmant *codices scripti*, pro οἷπερ.

Ibid. l. 9. Πνεῦμα Κυρίου] τȣ̃ ante Κυρίου vel, ut aliqui, Θεȣ̃, habent *editi*, sed refragantur *codd. omnes Bodleiani*, pariter atque *sacra Biblia*, in quibus πνεῦμα Κυρίου extat. Quapropter illud τȣ̃ delevi.

CANON III.

P. 324. l. 1. προδεδομένοις ὑπὸ δειλίας] Minus recte ἀπὸ pro ὑπὸ *Conciliorum editio Harduina*, aliæque.

Ibid. l. 13. ἐν τῷ διαςήματι τȣ̃ τοσȣ́τȣ χρόνȣ] Ἥγȣν ἐπὶ τετραετίαν, recte ait Zonaras, consentientibus Balsamone, Aristeno, Tillemontio, Johnsonoque in *Versione Anglica Canonum Ecclesiast.* Et, quamquam Fleurius in *Hist. Eccl.* lib. ix. §. 21. de uno pœnitentiæ anno canonem interpretatus est, quatuor tamen anni post venturi designari videntur.

CANON IV.

Ibid. l. 15. καὶ ἀμετανοήτοις] Particulam ϗ addidi ex *codd.*

26. et 158. et 3385. ita vertente Herveto, tanquam si eandem invenisset. Addas Œcolampadium in horum canonum *Versione*, quæ quidem, ut dixi, in *Micropresbytico* Basileæ anno 1550. typis impressa est. Cæterum monet Zonaras, dicta priora esse de lapsis, sed resipiscentibus, et hæc posteriora contra illos, qui pœnitentiam haud agant.

P. 325. l. 4. οὐ δυνήσεται ἐπικοσμηθῆναι] Hoc futurum pro δύναται lectione vulgata reperi, non tantum in *Bibliis*, sed et in *tribus Canonum Petri MStis*, Zonaræ *Scholio*, *Tilianique codicis interpretatione Herveti*. Formam interea δυνηθήσεται habebant *cæteri sex scripti*.

CANON V.

P. 326. l. 3. καὶ μὴ γυμνῶς ἀπογραψαμένοις] Ait Zonaras: οὐ γυμνῶς δὲ τὰ πρὸς ἄρνησιν ἔγραψαν, ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀπαρακαλύπτως, οὐ φανερῶς, ἀλλὰ διά τινος μεθόδου διέπαιξαν τοὺς βιάζοντας αὐτούς. De diversis autem libellaticorum generibus videatur Moshemius in lib. *De Rebus Christianorum ante Constantin. M.* Sæc. III. §. xi. pag. 483. &c. Ait interea Prudentius Maranus in *Vita S. Cypriani* Cypriano Baluziano seu Benedictino præmissa p. lv. legendum videri ἐπιγραψαμένοις pro ἀπογραψαμένοις, sed sine causa, ni fallor.

Ibid. l. 9. συνεχώρησάν τινες τῶν ὁμολογησάντων] Quali quantaque licentia confessores in hujusmodi causis uti consueverint, interdum præter regulas ecclesiasticas, norunt omnes antiquitatis Christianæ studiosi. Nihilominus a Petro, ut vides, iis injuncta est pœnitentia semestris, qui deliquissent; nota enim, illud ὅμως ad lin. 13. pendere videri ex istis, εἰ καί τισιν αὐτῶν συνεχώρησάν τινες τῶν ὁμολογησάντων.

Ibid. l. 12. ἔλαθεν αὐτοὺς ἀνοίᾳ τοῦτο πραξάντας] Pro edito τοῦ πραξάντος substitui τοῦτο πραξάντας, ex *codicibus octo* desumptum; dum canones Petri omnes omisit ad usque Canon. X. *MS. codex* numero 86. designatus. Interea ἔλαθεν in ἔλαθον mutandum videtur hoc sensu, *cum igitur clam seipsos per vecordiam hoc egerint*. Vertit Œcolampadius jam memoratus, *cum igitur hæc per ignorantiam fecerint*, tanquam si idem invenisset. Habes quoque infra in Canone XI. εἰ καὶ ἐλάνθανεν ἑαυτὸν νικώμενον. pag. 336. lin. 6.

P. 327. l. 2. ὅπερ] Hoc pro ὅσπερ, et paulo infra αὐτὸ ad lin. 5. pro αὐτὸς, e *codicibus septem scriptis* recepi. Cumque a *codice* 625. *Rawlinsoniano* in ead. biblioth. Bodleiana servato absint omnia a verbis, ἐδόθη ἡμῖν, ad lin. 1. usque

ad Canonis finem; in nullo igitur codice lectiones receptæ comparent.

P. 327. l. 10. περὶ ἧς—ἐν τῷ σώματι ἑαυτῶν] Hanc Petri pericopen ex *quinque* restitui *MStis*, quæ propter τὸ ὁμοιοτέλευτον antehac in Græcis omissa erat. Sed donec Beveregius suppleverat octo verba, quæ statim post sequuntur, etiam magis manca fuerat oratio, ad quæ quidem verba ita postea Harduinus, "Hæc quæ omissa erant, supple-" "mus ex MS. Reg. 2038." Beveregius quidem ediderat, ὅτι Ἰησοῦς Χριστὸς pro illo, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς. Atqui dant alterum ὅτι Κύριος Ἰησοῦς, una cum *Harduini MSto codd. mei omnes* præter *cod.* 205. in quo tamen extat, quemadmodum in *Alexandrino Novi Testamenti MSto*, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστός. Cæterum paulo supra Beveregius *MStique codices Bodleiani* μεμαθήκαμεν pro μεμάθηκεν nobis præbuerant. Per hæc autem omnia mecum consentiunt veteres *Œcolampadii Herveti*que *Versiones*.

CANON VI.

P. 328. l. 4. ἐν ἐνιαυτῷ] Particulam ἐν ex *scriptis Bodl. omnibus* præter unum 205. restitui. Ex Aristeni autem *Synopsi* ἐν similiter excidit.

Ibid. l. 5. δείξωσι] Hoc pro *edito* δείξουσι e *scriptis sex* posui.

Ibid. ὡς δοῦλοι Χριστοῦ ποιεῖν τὸ θέλημα τοῦ Χριστοῦ] Suppleverat verba, ὡς δοῦλοι et τοῦ Χριστοῦ, Beveregius, quæ tamen postea neglexit Harduinus, sed reclamantibus *MStis nostris*; in *tribus* vero aut *quatuor* ex iisdem τοῦ Θεοῦ pro τοῦ Χριστοῦ legitur, sicut in *Œcolampadii Versione Latina*, sed habet Hervetus, ut servi *Christi facere* Christi *voluntatem*.

Ibid. l. 7. κομίσεται] Sic *quatuor MSti* et *Testamenti Novi codex Alex.* pro *vulgata* Petri ac *Novi Test.* lectione κομίσηται. Habent κομιεῖται *cod. Rawlinson.* olim 625. Zonaras Balsamoque.

Ibid. l. 8. ἐλεύθερος] *Editi* addunt ἐστί. Nesciunt illud *codices Bodleiani* perinde ac *Bibliorum* textus; neque legisse idem videntur Zonaras Balsamoque, interpresve Tiliani codicis Hervetus, aut alter Latinus interpres Œcolampadius.

CANON VII.

Ibid. l. 14. καὶ ὑμῶν καὶ αὐτῶν] Sic *codd. quinque Bodl.* et *Œcolampadii Versio Latina vetus.* *Vulgo* ἡμῶν pro ὑμῶν,

contra pugnantibus tum *codicibus* meis *omnibus* præter unum 205. tum *sacro textu*. Sed interea particulam ϗ ante αὐτῶν nescit *cod*. 158. quæ in illo 205. tantummodo super scripta est, neque ab Herveto in *codice Tiliano* inventa esse videtur, nec legitur etiam in *sacro textu*. Porro exhibet *codex* 625. καὶ αὐτῶν καὶ ὑμῶν, neque aliter in *codice* legitur *Alex*. aliisque nonnullis *Novi Test*. manuscriptis.

P. 328. l. 16. ἔχομεν] In *editis* ἔχωμεν, sed alterum ἔχομεν *septem Bodleiani scripti*; dum *Rawlinsonianus* ille 625. à vocibus οὐκ ἔστιν ad Canonis usque finem verba omisit.

CANON VIII.

P. 329. l. 10. ὁμολογοῦσιν] Καὶ, quod in *editis* huic verbo ὁμολογοῦσιν præfixum est, recte omittunt *sex Bodleiani scripti*, Hervetusque interpres. Interea, forsan explicationis gratiâ, habent *codd*. 26. et 625. εἰθ' οὕτως τε ἑαυτοῖς προσεληλυθόσιν pro τοῖς τε αὐτοῖς π. Neque enim aliter canonem exponunt commentatores vel vetusti vel recentiores. Habent ἑαυτοῖς quoque *tres* præterea *scripti*; nec diversa ratione vox adhibetur initio Canonis proxime sequentis.

Ibid. l. 14. τῇ παρακλήσει τοῦ λόγου] Zonaras: τοὺς τοιούτους εὔλογον κρίνει ὁ ἅγιος—διὰ λόγου παρακαλεῖν, ἤτοι διεγείρειν αὐτοὺς εἰς τὴν μαρτυρίαν, ἵνα πρὸς ἀγῶνα εὐτονώτεροι γένωνται. Paulo post vitiosam mutaverat lectionem κληρώσεως in κλήσεως Beveregius, firmantibus omnibus, quibus usus sum, codicibus.

Ibid. l. 16. ἑπτάκις] Balsamo: τὸ ἑπτάκις, ἀντὶ τοῦ πολλάκις.

P. 330. l. 2. μετανοίαν ἐνεδείξαντο] Habet Zonaras in *Scholio*, ἀνεδείξαντο ἂν τελειοτάτην μετανοίαν. Balsamo vero ἐνεδείξαντο ἂν τελειοτάτην μ. In *cod*. 625. scribitur ἐνεδείκνυντο. Forsan excidit ἂν post μετανοίαν.

CANON IX.

Ibid. l. 5. Καὶ τοῖς δὲ ὡς ἂν ἐξ ὑπ' ὕπνου &c.] Optime more suo Zonaras: Οἱ ἄρτι τοῦ ὕπνου ἐξανιστάμενοι, καὶ μᾶλλον εἰ ὑπνώδεις εἶεν, οὐ καθεστηκότα τὸν λογισμὸν ἔχουσιν, ἀλλὰ τεταραγμένον, καὶ ἀκατάστατον, τοιούτοις παρείκασεν ὁ ἱερομάρτυς οὗτος, τοὺς παραπηδῶντας εἰς τοὺς ἀγῶνας, ἤγουν τοὺς μὴ εὐτάκτως ἀλλὰ θράσεως καὶ ἀπερισκέπτως εἰσωθοῦντας ἑαυτοὺς εἰς τὸν ἀγῶνα, ὠδίνοντα, καὶ μέλλοντα ἑλκῦσαι, ἀντὶ τοῦ μήπω εἰς φανερὸν ἐκραγέντα, ἀλλὰ μελετώμενον, ϗ μέλλοντα ἤτοι βραδύνοντα ἑλκῦσαι τοὺς ἀγωνιζομένους, οἵτινες πειρασμὸν ἐπισπῶνται, ἤγουν εἰς ἑαυτοὺς ἕλκουσι

πορασμὸν, μᾶλλον δὲ καὶ ἄλλοις πιςοῖς ἀνάπλουσιν ἄνθρακας ἁμαρτωλῶν, τὰς ἐκ τῶν τυράννων δηλόνοτι κολάσεις. Ideo solent culpari a sanctis doctoribus Christiani persecutoribus sese quasi ingerentes, etiamsi, perinde atque illi in hoc Canone commemorati, victoriam postea reportassent; pravo enim ardore inducti isti omnes in arenam descendere audebant; itaque ferme gregi τῶν βιαθανάτων a veteribus adnumerati.

P. 330. l. 9. ἄνθρακας ἁμαρτωλῶν] *Editi* ἄνθρακα habent pro ἄνθρακας, hoc autem, refragantibus licet *MSS. Bodl.* ex Zonaraque et Balsamone contextui reposui. Cæterum S. quoque Paulus in *Ep. ad Rom.* xii. 20. habito respectu ad *Proverbiorum* locum cap. xxv. comm. 22. cum sensu *molestiarum* voce ἄνθρακας usus est.

Ibid. ἅτε δὴ] Hoc pro *vulgato* ἅτε δὲ in omnibus *codicibus Bodleianis* scriptum inveni, perinde atque in *MSto Bibliothecæ Coislinianæ* XXXVIII. numerato. Continentur hoc codice Gallico, inter varia ad concilia ecclesiastica pertinentia, *S. Petri Canones octavus et nonus*, quorum apographum in usum meum Parisiis ab amico comparatum est.

Ibid. l. 14. τὰς πολλάκις γινομένας ἀναχωρήσεις] De fuga tempore vexationum licita erudite agit Joan. Forbesius in libello *De Cura et Residentia Pastorali* capp. 36—42. Immo Petrus ipse, antequam pro Christo mortem obiisset, ab urbe Alexandria, perinde ac magnus ille Dionysius prius fecerat, ob sævientem persecutionem fugit, tradente id Sozomeno lib. i. *Hist.* cap. penult. cujus quidem narrationi fidem addunt episcopi Ægyptii in *Epistola* sua *ad Meletium*, quam a Scipione Maffeo primum editam mox allaturus sum. *Sed forsitan dices*, (sic Meletium, qui ordinationes Alexandriæ fecerat, sancti episcopi compellant) *egentibus gregibus ac desolatis*, pastore non subsistente, *ad hoc perveni.* Sic vetus Latina epistolæ diu perditæ Versio a Maffeo, ut dixi, edita. Atque Origenis monitis similia sunt, quæ jubet hoc loco Petrus; Origenes enim diu ante Christi præcepto pariter nixus scripserat, κἂν φεύγῃ δέ τις χριςιανὸς, (inquit) οὐ διὰ δειλίαν φεύγει· ἀλλὰ τηρῶν ἐντολὴν τοῦ διδασκάλου, καὶ ἑαυτὸν φυλάττων καθαρόν· ἑτέρων ὠφεληθησομένων τῇ αὐτοῦ σωτηρίᾳ. lib. viii. *Contra Celsum* n. 44. p. 774. *ed. Delaruan.* Ita et Ferreolus, extremo quidem sæculo tertio, vel ineunte hoc quarto martyr, memor eorum quæ jussa a Christo de fugienda persecutione fuerant, e custodia elapsus Vienna discessisse dicitur. *Acta Martyr. Ruinart.* p. 463. ed. Amst.

P. 331. l. 2. ἀλλ' ἐξεδέξατο] *Vulgo* ἐδέξατο, sed ex *codd. quinque* locum restitui. Ita infra ad lin. 3. pag. 332. ἀλλ' ἐκδέχεσθαι habes.

P. 331. l. 10. ἀλλ' οὐχὶ,] *Vulgo* ἀλλ' οὐχ hic et infra. Sed ἀλλ' οὐχὶ ex *scriptis* nonnullis *Bodleianis* sumpsi.

Ibid. l. 13. ἀπὸ τόπων εἰς τόπους] *Editi* ἀπὸ τόπου εἰς τόπον. Sed alteram præstant lectionem *quatuor codd. Bodl.* et *MS. Coislin.* quin et alius *codex Bodl.* 196. τόπυς pro τόπον habet, illeque 205. ἀπὸ τόπων εἰς τόπων (sic). Addidissem, Petrum ipsum sic locutum in Fragmento esse, si Alexandrini præsulis ῥῆσιν esse ducerem particulam illam *Mystagogiæ* Petro adscriptæ; ὡς (leg. ὅσους) δὲ καὶ ὁ μέγας Διονύσιος (Alex.) κατακρυπτόμενος ἀπὸ τόπων εἰς τόπους &c. *Concilior.* tom. v. ed. Labb. et Cossart. p. 652.

Ibid. l. 15. καὶ ὅταν] In *editis* καὶ ἔθεν, sed ὅταν, ut notavit cl. Gallandius, in Bernardi Nanii senatoris Veneti *codice*, atque in *textu S. Matthæi*, legitur. Idem dant *quinque codd. Bodleiani* et *MS. Coislin.* cum *Œcolampadii Hervetique Versionibus.*

Ibid. ἐν τῇ πόλει ταύτῃ] Sic pro *vulgato* ἐκ τῆς πόλεως ταύτης *sex Bodleiani* et *unus Coislin.* idem præ se ferente *Evangelii textu.*

P. 332. l. 1. ὅπως μὴ καὶ πλειόνων θανάτων &c.] Zonaras ad Canon. III. *Ancyrani Concilii:* Νόμος μαρτυρίου, φησὶν ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος, μήτε ἐθέλοντας εἰς τὸν ἀγῶνα χωρεῖν, φειδοῖ τῶν διωκόντων, ϗ τῶν ἀσθενεστέρων.

Ibid. l. 12. ὁ πρόκριτος τῶν ἀποστόλων Πέτρος] Ita postea Didymus quoque Alexandrinus in Opere haud ita pridem e scriptis edito, *De Trinitate*, lib. ii. cap. 18. pag. 283. Πέτρος ὁ πρόκριτος τῶν ἀποστόλων. Vid. et lib. ii. cap. x. ad p. 331. Athanasio quoque Petrus ὁ κορυφαῖος est in Fragmento *Comment. in Psalm.* xv. comm. 3. Attamen, nisi si in eundem sensum accipiantur Clementis Alexandrini verba in libello, qui inscriptus est, *Quis dives salvetur*, Τοιγάρτοι τούτων ἀκούσας, ὁ μακάριος Πέτρος, ὁ ἐκλεκτὸς, ὁ ἐξαίρετος, ὁ πρῶτος τῶν μαθητῶν (ita S. Mat. x. 2.), ὑπὲρ οὗ μόνου ϗ ἑαυτοῦ τὸν φόρον ὁ Σωτὴρ ἐκτέλει &c. haud memini ego scriptoris cujusquam vetustioris Alexandrino Petro, apud quem S. Petrus disertim appellatus fuerit ὁ πρόκριτος τῶν ἀποστόλων, sive, *dux ac princeps apostolorum*, ut locutus est Auctor incertæ ætatis, sed forsitan Cypriano σύγχρονος, in libro *De Baptismo Hæreticorum* ad operum Cypriani calcem, p. 26. ed. Felli. Id vero fecit hic et infra in Canone XIII. Alexandrinus episcopus, pro sententia veterum, qui apostolo Petro hanc prærogativam, seu dignitatis præcellentiam, ex ipsa Sacra Scriptura argumentis valde probabilibus demonstratam, contulisse videntur.

P. 333. l. 1. ἀπεκείρατο] Sic *Bodleiani sex manuscripti* et

Coislinianus pro *edito* ἀπετμήθη, ut supra ad lin. 12. pag. sup. quod hic quidem glossemati, ni fallor, debetur.

P. 333. l. 1. κατέλεξε] H. e. *recensuit, enumeravit.* Sic verissime *codices omnes Bodleiani* pro *edito* κατέληξε. Veterem interpretem Joan. Œcolampadium video vertisse, *Qui ad laudum suarum catalogum iis finiit; quod in Damasco* &c. sed κατέληξε invenisse ille quidem videtur.

Ibid. l. 5. διδάσκων] Nanii cod. φυλάττων. Paulo post ἐμμένειν τῇ πίστει omissa præpositione. Mox δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν, ut in textu Act. xiv. 21. GALLANDIUS. Habent φυλάττειν duo quoque *codd. Bodl.* 196. et 715. Dumque itidem omittebant ἐν ante πίστει alii *duo codd. Bodl.* 158. et 3385. et *Coislinianus* insuper *MS.* hos libros atque *sacrum textum* secutus sum, sicut in addendo ἡμᾶς ante εἰσελθεῖν.

CANON X.

Ibid. l. 14. ἔτι ἐν τῇ λειτουργίᾳ εἶναι] Confer cum his narrationem Epiphanii de Meletianis hær. lxviii. n. 2. et 3. HARDUIN. Acta illa apud Epiphanium, si non falsæ sunt et fallaces merces, cum his, uti monet Harduinus, omnino conferri debent, sicut aliud præterea antiquitatis ὑπόλειμμα, quod post Harduini mortem edidit, ut paulo supra dixi, Scipio Maffei; ad quam quidem episcoporum Ægyptiorum ad Meletium epistolam nonnihil huc pertinens annotabitur.

P. 334. l. 1. ἐξαντλήσας] Hoc pro ἐξανύσας in contextum admittere coegit me auctoritas saltem *septem scriptorum Bodl.* aliorumque *duorum codd. Coisliniani* et *Naniani*, quem posteriorem memoravit Gallandius.

Ibid. l. 10. ἐπιδικαζόμενοι τῆς λειτουργίας] *De ministerii exercitio jure agentes*, seu, *contendentes*. Hæc enim verba, contra quam vertunt interpretes, conjungenda sunt.

Ibid. l. 14. ἐπὶ τῇ παραλόγῳ αὐτῶν πράξει] Zonaras: Παράλογον πρᾶξιν, οὐ τὸ αὐτομολῆσαι μόνον καλῶν, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ καταλιπεῖν τὸ ποίμνιον τοῦ Κυρίου, ᾧ μὴ παραμένειν αὐτῷ καὶ στηρίζειν τοὺς ἀδελφοὺς κλονουμένους ἐν τῷ καιρῷ τοῦ διωγμοῦ. Ut vero in Canone superiore dandam laicis communionem esse Petrus sanxerat, ita hic laicam quidem communionem clericis concedit, etsi sua sponte sese persecutoribus obtulissent.

Ibid. l. 15. περπερευσάμενοι] Zonaras: Περπερείαν δ' ἐνταῦθα τὴν οἴησιν, καὶ τὴν ἀλαζονείαν καλεῖ· ὅτι ἐξ ἀλαζονείας, ἐθάῤῥησαν ἑαυτοῖς, καὶ τὸν ἀγῶνα ὑπέλυσαν καὶ ἑαυτοὺς ἐμωμήσαντο, ἀντὶ τοῦ διὰ τὴν πτῶσιν μῶμον ἐπήνεγκαν ἑαυτοῖς, οὐκέτι δύνανται

λειτουργεῖν. διὸ φροντιζέτωσαν λέγει μᾶλλον ἐν ταπεινοφροσύνῃ, πῶς ἐκτελέσουσι τὴν ὁμολογίαν δηλάδη, παυσάμενοι τῆς κενοδοξίας. τὸ γὰρ λειτουργίαν ζητεῖν, διὰ κενοδοξίαν, φησὶ, γίνεται. De voce Paulina περπερευόμενοι, et conjunctis ejus, exposuerunt cum alii, tum cl. viri Bengelius ad Gregorii Neocæs. *Orat. ad Origenem* pag. 141. et J. F. Schleusner in *Lexico* præstantissimo suo *Novi Test.*

P. 335. l. 1. πῶς ἐκτελέσουσι] Recte interpretati esse videntur Zonaras et Balsamo, πῶς ἐκτελέσουσι, τὴν ὁμολογίαν δηλαδὴ, quo pertinent illa ad Canonis finem; neque enim recte posuit Beveregius, *quomodo in humilitate vitam peragant*, cum bene vertisset Hervetus, *quomodo in humilitate confessionem peragant*.

Ibid. l. 3. γινομένη] *Editi* γινομένης. Sed potior est lectio, quam præstant *Bodleiani novem omnes*, et *versio Herveti*, firmantibus ipsam Zonara et Balsamone in *Scholiis*. Porro ἀμφότερα pro *edito* ἀμφότερον mihi dabant *quatuor ex iisdem codd.* et *Coislinianus*. Cæterum facta esse videtur communicationis concessio, ut duo extrema devitarentur, temeritas ac timiditas.

Ibid. l. 4. τῆς ἐντεῦθεν ἀναλύσεως] Zonaras et Balsamon videntur hunc locum perperam interpretari, et τὴν ἐντεῦθεν ἀνάλυσιν de morte accipere. HARDUIN. Si τῆς ἀναλύσεως interpretationem improbet Harduinus, censuræ ejus haud assentiendum puto. Ait Zonaras; Ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς ἡ κοινωνία, ἤγουν τὸ συγκοινωνεῖν αὐτοῖς τοὺς πιστοὺς, ἤτοι συνεύχεσθαι, ἢ καὶ τῶν θείων μυστηρίων μετάληψεις. καὶ ταῦτα μετ' ἐπιστασίας, καὶ ἀκριβείας γενόμενα, καὶ ἵνα μὴ δόξωσι λυπεῖσθαι μετὰ βίας περιδρασσόμενοι τῆς ἐντεῦθεν ἀναλύσεως, καὶ ἵνα μὴ λυπούμενοι, φησὶν, ἀπέλθωσιν ἐντεῦθεν ἀναλύοντες· ἀπὸ τοῦ σώματος δηλονότι ἐξερχόμενοι μετὰ βίας τῆς ἐκ τῶν κολάσεων καὶ τῆς ἐν ταῖς εἱρκταῖς κακοπαθείας· (Hic vero illud μετὰ βίας pro βιαίως positum videtur, hoc sensu, ne videantur ex dolore propter rigorem ecclesiasticum concepto (quo pertinet illud S. Pauli in Ep. 2. *ad Cor*. cap. ii.) vitæ exitum vi arripuisse) καὶ ἵνα μή τινες πρόφασιν σχῶσι τοῦ ἐκλυθῆναι, καὶ χαυνωθῆναι πρὸς τὸν ἀγῶνα τῆς ὁμολογίας, καὶ διὰ τοῦτο ἐκπεσεῖν, τὴν ἐπιτίμησιν. Balsamonem audi vicissim; Ἀρκεῖ αὐτοῖς ἡ μετὰ τῶν πιστῶν κοινωνία διὰ δύο γινομένη τινα, μετὰ ἐπιστασιας ἀκριβοῦς καὶ οἰκονομίας. εἰ γὰρ εἴπωμεν μὴ ἔχειν αὐτοὺς κοινωνικοὺς, τούτους τε λυπήσομεν, ὡς ἀποφαινόμενοι μετὰ βίας, ἤγουν ἐπιτετεμημένους, ἐντεῦθεν ἀναλῦσαι αὐτοὺς, ἤγουν ἀποθανεῖν, καὶ τοὺς ἄλλους δὲ ἐκπεσόντας ἴσως καὶ βουλομένους ὑποστρέψαι εἰς τὸ ἀγαθὸν, ἐκλελυμένους πρὸς τοῦτο καὶ ἀμελεῖς ποιήσομεν, προσφασιζομένους τὸ μὴ μέλλειν αὐτοὺς εἶναι κοινωνικοὺς τοῖς πιστοῖς, κἂν ὁμολογήσωσι τὴν πίστιν μετὰ τὴν ἔκπλωσιν——

σημείωσαι οὖν ὅτι ἐδὲ ἡ διὰ Χριςὸν ὁμολογία ἀποκαθιςᾷ τὸν ἅπαξ ἐκ τοῦ κλήρου ἀποξενωθέντα διὰ τὴν ἔκπτωσιν. Sic interpretes Græci, neque aliter hoc exponendum est, *τῆς ἐντεῦθεν ἀναλύσεως*, quam illa apostoli *ἀνάλυσις* a Petro supra laudata.

P. 335. l. 9. *ἐμπαίζειν αὐτῷ*] Pro *accusativo* dandi casum fide nixus *sex codicum Bodl.* et *apostoli textus* reposui.

CANON XI.

Ibid. l. 13. Οἱ *γὰρ πρῶτοι παραπηδήσαντες*] Scilicet ii de quibus dictum est Can. IX. hoc est laici. HARDUIN. Interpretatus vero est Tillemontius, *Mémoires Ecclesiast.* tom. v. pag. 192. ed. Bruxel. de illis qui ineunte atque incipiente quasi ardore vexationis, spectaculo martyrum incensi, pugnæ sese commiserant, neque idcirco a S. Petro culpati. Sed minus firmum hoc mihi quidem videtur; atque eo magis cum Harduino sentio, laicos tantum his verbis designari, non inter hæc excusari item clericos, quod consuetudo ecclesiastica laicos a clero in his causis distingueret, quicquid de ipso hoc S. Petro clericos lapsos in pristinum ordinem recipiente scriptum extet apud Epiphanium, *Hæres. Meletianorum*, n. 2. et 3. Pro lapsis Deum orare, etiam ante reconciliationem cum ecclesia factam, hoc Canone permissum ac pene jussum est, quod quidem Balsamonis docet interpretatio ;—*αὐτοῖς τε δοθῆναι ἄφεσιν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐξαιτήσομεν, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐκπεπτωκόσι, καὶ μετὰ ταῦτα, τὴν πλάνην ἀνακαλεσαμένοις καὶ ὁμολογήσασι τὴν εὐσεβείαν, συγκοινωνήσομεν.*

Ibid. *ἐν τῷ βράσματι*] Balsamo: *ἤγουν ἐν τῇ ἀκμῇ τοῦ διώγμου ἱςάμενοι.*

P. 336. l. 1. *ἐμβλέποντες*] Sic *quinque codd. Bodl.* pro *edito βλέποντες.*

Ibid. l. 2. *ὑποσυρομένους*] Ἀντὶ τοῦ *κλεπτομένους, ἀπατωμένους, καὶ ἀρνουμένους τὴν εὐσεβείαν.* Hoc Zonaras.

Ibid. *ὑπερθερμαινόμενοι*] Ex uno *codice* 625. *Rawlinsoniano* in Biblioth. Bodleiana servato hoc restituere verbum pro *edito ὑποθερμαινόμενοι* ausus sum. *Πυρούμενοι τὴν καρδίαν* interpretantur Zonaras et Balsamo, et *incitati* Latine vertit Gentianus Hervetus. Fierique potest, ut vox *ὑπερθερμαινόμενοι* alteri *ὑπεραιρόμενον*, quæ statim post sequitur, quasi *ἀντίςροφος* esse videatur.

Ibid. l. 7. *τῶν ξυςήρων*] *Ξυςὴρ*, *Rasorium.* Vet. Gloss.

Ibid. l. 8. *καταφλέξας*] Sic *omnes Bodleiani* pro *edito καταφλόξας.* Mox, ubi plures numero codices *δίψους* habent pro *edito δίψης*, utrum scribas, nil refert.

P. 337. l. 3. *καὶ ἀναςάσει νεκρῶν*] Conferendus hic unicus

locus cum celebribus illis Irenæi lib. ii. *adv. Hæres.* c. 31. et 32. vel 56. et 57. atque Theophili Antioch. *ad Autolycum*, lib. i. c. 19. Addas utiliter de hac re gravissima conterraneum Petri Origenem in *Comment. in Proverb.* pag. 5. ed. Benedictin.

P. 337. l. 5. ἐν ὀνόματι Χριστοῦ] Cum rectius abesse ab hoc loco articulus τοῦ videretur pro more loquendi apud veteres, cum *sex codicibus scriptis* ipsum omisi.

Ibid. l. 8. μεμαρτυρημένων] Vel istam scripturam, vel μεμαρτυρεμένων, exhibent plurimi *codd. Bodleiani* pro *edito* μαρτυρεμένων, excepto tamen *MSto* illo 205. Habet vero *cod. Rawlinson.* μαρτυρημένων, itidem *cod.* 26. nam με diverso atramento adlinitum est.

Ibid. εὐπολιτεύτων] Sic pro *edito* ἀπολιτεύτων, *codd. quinque ex octo Bodleianis*, in *cod.* enim 158. vox deficit. Sed vero ἀπολιτεύτων in hunc modum explicare Balsamo aggressus est; μεμνημένοι τῶν πρὸ τῆς ἐκπλώσεως ἀγώνων αὐτῶν, ὧν ὑπήνεγκαν διὰ τὸν Θεὸν, ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ μετὰ ταῦτα ἀγαθοῦ μεταμέλου τούτων, καὶ ὅτι μεμαρτύρηται ἀπολιτεύτους λογίζεσθαι ἑαυτοὺς διὰ ἁμάρτημα. at frustra.

Ibid. l. 10. μετὰ τῶν ἄλλων καθηκόντων] Balsamo ait; Ἤγουν μετὰ τῶν ὀφειλουσῶν γίνεσθαι εὐποιϊῶν περὶ τούτους, νηστείας δηλόνοτι, ἐλεημοσύνης καὶ μετανοίας. Melius ut existimo, quam Zonaras, qui hæc eadem ait facienda esse ab ipsis lapsis, non ab aliis causâ videlicet lapsorum.

CANON XII.

Ibid. l. 17. ἀπὸ πάσης κακίας] Sic pro ὑπὸ π. κ. *MStus Nanii* a Gallandio commemoratus, *Bodleiani omnes*, Zonarasque et Balsamo in *Scholiis*. Ait Zonaras; Τὸ δὲ ἀνενοχλήτους γένεσθαι ἀπὸ πάσης κακίας, ἢ τὸ μὴ ὀχληθῆναι εἰς ἄρνησιν τῆς εὐσεβείας ἐστίν· ἥπερ πᾶσαν κακίαν νικᾷ, ἢ κακίας τὰς κακώσεις ὠνόμασε τὰς ἐκ τῶν κολασέων.

P. 338. l. 5. ἄνθρωπος] Repono vel ἄνθρωπον S. Marcum secutus, vel cum SS. Matthæo et Luca ὠφελεῖται pro ὠφελήσει.

Ibid. l. 7. παρ' ἐκείνοις τῷ Θεῷ] MS. Nanii παρ' ἐκείνων τῷ Θεῷ. Mox τὰ γὰρ ἀργύρια. Desunt autem ibid. sequentia καὶ καταπατήσαντες. Et paullo post μετὰ πλησμονῆς omisso καί. GALLANDIUS. Quod ad illud τῷ ante Θεῷ attinet, ipsum ex omnibus *codicibus meis* restitui. Sed παρ' ἐκεῖνο, h. e. *ex illo*, vel, *propterea, visi sunt*, malim ego reponere pro recepto παρ' ἐκείνοις, vel, ut alii, παρ' ἐκείνους. Jamque vidi παρ' ἐκεῖνον in *cod. Rawlinson*. Nullus quidem verba καὶ καταπατήσαντες agnoscit *codex*, quæ tamen invenisse videtur in *Tiliano codice* Hervetus. Neque hunc nec reli-

quos habet canones *codex* 86. Denique de omissione τοῦ καὶ ante πλησμονῆς nota proxime sequens videnda est.

P. 338. l. 13. μετὰ πλησμονῆς] *Vulgo* μετὰ καὶ πλησμονῆς. Sed ex auctoritate omnium *scriptorum Bodl.* atque *Naniani codicis* particulam καὶ omisi. Legerim tamen ego μετὰ πολλῆς ὠνῆς *magno pretio* pro μετὰ πλησμονῆς, cum hæc lectio nauci mihi quidem videatur. Vertit, ut post vidi, *codicis Tiliani* interpres, *cum multis pecuniis*, dum in alterius interpretis Œcolampadii *Versione*, et in *codice Bodl.* 158. verba omissa sunt. Atque ita interpretatus est τὸ ἱκανὸν Petrus Alexandrinus, verbum ex *Actis Apostolorum* mox a se allatum, ut ob Jasonem cæterosque liberandos ii multam pecuniam accepisse dicerentur, qui eos ad magistratus traxissent. Verius tamen fortasse exponendum ibi quidem τὸ ἱκανὸν est, uti fieri solet, per formulam forensem, *satis accipere*, vel, *satis dandum sibi curare*, h. e. *prædes sistendos*, aut, *pecuniam deponendam, jubendo*. Certe Tertullianus haud concedit, Jasonem suosque vi pecuniarum liberationem suam debuisse, interrogans, *quo exemplo* usi fuerint adversarii *in redemptionem traditionis? apostoli persecutionibus agitati quando se pecunia liberaverunt*, &c. *quando Onesiphorus aut Aquila aut Stephanus hoc modo eis in persecutione succurrerunt? De Fuga in Persecut.* cap. 12. Sic ille, majori quidem ingenio vir præditus atque eruditione quam judicio. S. Petri autem explicationi favere illud nonnullis videri potest, quod in evangelio extat apud *S. Mat.* xxviii. 12. συμβούλιον λαβόντες ἀργύρια ἱκανὰ ἔδωκαν τοῖς στρατιώταις. Nihilominus aliter habere res videtur.

CANON XIII.

P. 339. l. 7. πάλιν συνήρπασαν] Πάλιν ex *quinque scriptis Bodleianis*, et *vetere interprete* Œcolampadio, addidi, quod scribæ prætermiserant, obliti injuriæ in Pauli discipulos, quæ in Canone XII. commemorata erat.

Ibid. l. 8. βουλομένου] Supplendum puto καὶ Παύλου ante βουλομένου. Habet *cod.* 26. οὐ βουλομένου, et *cod.* 158. καὶ βουλομένου, Œcolampadiusque, *et volentem.* Verso ordine leguntur verba in *cod.* illo 625. nam pro præsenti lectione συνεκδήμους Παύλου βουλομένου, in eo scriptum est συνεκδήμους οὐ βουλομένου Παύλου.

Ibid. l. 15. προσέχουσι τῷ λέγοντι] Nanii Cod. MS. προσέχουσι, τῷ λέγοντι πεισθήτωσαν. Recte. Sic enim legendum suadet mox subsequens ὑπομνησθήτωσαν. Huic geminus locus extat infra sub finem Canonis XIV. GALLANDIUS.

Contra mihi videtur adscititium esse παθήτωσαν aliis præterea MStis ignotum, neque sejungendam puto esse hanc sententiam a sequentibus, ὑπομνηθήτωσαν καὶ &c.

P. 339. l. 16. καὶ περὶ τοῦ] Deest præpositio in eodem MS. GALLANDI. A *quatuor* itidem *codicibus Bodl.* abest. Mox, cum deessent in *editionibus* verba τοῦ φονώδους Ἡρώδου καὶ πάσης τῆς προσδοκίας τοῦ λαοῦ, hæc consentientibus præter unum 205. *omnibus MStis Bodleianis, MStoque Nanii*, et *vetere* Œcolampadii *interpretatione*, contextui adjeci. Mox φησι post γενομένης, non ut in *editis* post ἀγγέλου vel post κυρίου, collocavi, *omnibus Bodleianis* obtemperans *MStis*, Œcolampadio, Hervetoque *Tiliani codicis* interpreti.

P. 340. l. 8. ἀπαχθῆναι] Nan. MS. ἀποκτεῖναι. Textus Act. xii. 10. ἀπαχθῆναι. GALLAND. *Vulgo* ἀπαγχθῆναι. Sed ἀπαχθῆναι ex Petri Canonum *sex manuscriptis* restitui. Habet autem ἐπαχθῆναι *cod.* 158. et ἀχθῆναι *cod.* 625. Solus habet *cod.* ille 205. *vulgatum* ἀπαγχθῆναι. Mox γενόμενον pro *vulgato* γινόμενον *sex Bodleiani.*

Ibid. l. 14. ἐξέφυγεν] MS. Nan. ἐξέφυγε. μεθ' ὧν καὶ τὸ πρὸ αὐτοῦ γεννηθὲν παίδιον κ. τ. λ. sub finem Canonis. Reliqua intermedia desunt in codice. Neque sane Balsamon et Zonaras ea legisse videntur. GALLAND. De Balsamonis Zonaræve lectione non constat, neque insolitæ sunt in canonum codicibus scriptis id genus sacri textus omissiones. In *MStis* vero *Bodleianis* atque *veteribus Latinis interpretibus* Œcolampadio et Herveto totus locus extat.

P. 341. l. 5. προσκυνοῦσι τῷ παιδίῳ] *Vulgo* π. τὸ παιδίον. Sed aliter evangelii textus et *quatuor* Petri *MSti Bodl.*

Ibid. l. 6. καιριώτατα καὶ πρεπωδέστατα δῶρα] Hanc pro *vulgata* lectione καιριώτερα καὶ πρεπωδέστερα δ. e *sex scriptis Bodleianis* restitui. Porro alius codex, nempe *Rawl.* ille numero 625. designatus, καιριώτατα habet; vertitque *Tiliani codicis* interpres Hervetus, *maxime opportuna et magnifica dona*, et Œcolampadius, *convenientissima et decentissima donaria.* Mox pro illo τὸν Ἀσσύριον βασιλέα, cum ita mystice sive typice dicatur Herodes, exhibet *cod.* 158. Ἡρώδην τὸν βασιλέα.

Ibid. l. 9. ἠξίωσαν] Sic *quinque Bodl.* pro *edito* ἠξιώθησαν.

Ibid. l. 12. ἔνθεν] Sic *sex Bodleiani* pro *edito* ὅθεν.

Ibid. l. 18. τὸν πατέρα αὐτοῦ Ζαχαρίαν ἐφόνευσε] Cædem Zachariæ Joannis Baptistæ patris, cujus quidem rei historia, nisi pura puta fabula est, fabulis tamen scatet atque erroribus, iisque ab antiquo adjectis, ante Alexandrinum hunc præsulem memoravit Origenes cum aliis locis, tum *Comment. in Matt.* tom. x. cap. 18. et tom. xvi. cap. 54. Eandemque historiolam, a S. Hieronymo *Comm. in Mat.*

cap. 23. improbatam, vel oppugnant, vel tuentur, inter alios Casaubonus *Exerc. adv. Baronium*, ii. 17. Montacutius *Apparat. ad Orig. Ecclesiasticas*, x. 9. pag. 352. Tillemontius tom. i. *Mem. Eccl.* vit. S. Joan. Baptist. not. v.

P. 342. l. 2. ἐφ' ὧν] Hoc pro *vulgato* ἀφ' ὧν in *omnibus scriptis Bodl.* extat. Ait Gallandius, *MS. Nanii* habere ἐφ' ᾧ, et ἔχον pro ἔχουσιν, quod quidem ἔχον præ se ferunt *codd. Bodl.* 158. et 625. *Rawl.* sed ἔχοσαν *codd.* 715. et 3385. Exhibet itidem *in quo* Œcolampadius.

CANON XIV.

Ibid. l. 5. χάμον] Χάβος et χάμος *capistrum, frenum.* Vid. Meursii *Glossar. Græc. Barb.* v. Χάβος.

Ibid. l. 7. ὡς καὶ τὰς χεῖρας αὐτῶν καῆναι προσαγομένας ἀκοντὶ] MS. Nan. ὡς καὶ—προσαγόμενοι ἄκοντες. GALLAND. *Vulgo* abest ὡς, quod ex *Cod. Bodl.* 3385. olim restitueram. Itidem in *cod.* 158. positum est, quemadmodum et in *Naniano* teste Gallandio legitur, προσαγόμενοι ἄκοντες, et in *quinque* aliis *MStis* προσαγομένων, vertitque Œcolampadius, *et vinctis manibus adducantur involuntarii.* Sed προσαγομένας invenisse videtur *Tiliano* in *codice* Hervetus.

Ibid. l. 10. ἐν τῇ Λιβύῃ]. *MS. Nanii* ἐν τῇ Λιβύῃ habere Gallandius notavit; *vulgo* enim abest articulus, quem *scripti* dant *Bodleiani omnes* præter *Rawlinson.* 625.

Ibid. l. 11. συμμαρτυρέντων αὐτοῖς] Αὐτοῖς addidi, quod *vulgo* abest, *sex* usus *MStis.* Habet Œcolampadius quoque, *maxime cum et reliqui fratres* de illis *testentur.* Additum αὐτῶν in *cod.* 196.

Ibid. l. 12. δύνανται εἶναι ἐν τῇ λειτουργίᾳ] Hoc non est, quemadmodum locum vult doctus quidam interpretari, *liturgiæ, sive, dyptichis ecclesiasticis, insertum esse.* Contra recte exponit Balsamo, κληρικὸς μὲν ὄντας, εἶναι καὶ πάλιν ἐν τῷ οἰκείῳ βαθμῷ ὁ κάνων διορίζεται. Itidem agens de clericis laicisque, post nonnulla ab illis similiter acta, Canon *Ancyrani Concilii* tertius laicos permittit, qui hujusmodi necessitati subjecti essent, προάγεσθαι εἰς τάξιν, atque προχειρίζεσθαι. Denique cum dixerat de clericis ipse Petrus in Canone suo X. eos qui, ut fidem suam Christianam confiterentur, officium sacrum sponte reliquissent, et postea lapsi essent, ὅτι οὐκ ἐστιν εὔλογον ἐν τῇ λειτεργίᾳ εἶναι: ibi infra addidit, quod perinde est ac si Latine dixisset, *ministerio sacro minime possunt fungi*, οὐ δύνανται λειτεργεῖν.

Ibid. l. 15. εἰς μάτην] Gloss. Vet. Εἰς μάτην. *Gratis. In vacuum.*

Ibid. l. 17. παρὰ συλλειτεργῶν πάλιν ἤκεσα] MS. Nan.

παρὰ συλλειτεργῶν πάλιν ἤκουσα ταχθήσεται ἐν τοῖς ὁμολογήταις. Galland. In *editis* est πάλιν ταχθήσονται, neque enim legitur πάλιν ante ἤκουσα, id quod extare in *omnibus scriptis meis Bodleianis* inveni. Porro ταχθήσεται in eisdem *scriptis* extat, adduntque similiter *codices* particulam δὲ, quam locum refingens restitui. Nunc quoque ex Herveti *Interpretatione* mihi constat, extitisse in *codice Tiliano* πάλιν cum ἤκουσα conjunctum, non cum ταχθήσεται, atque ibi ταχθήσεται, non ταχθήσονται, repertum esse. Similia præbet Œcolampadii quoque *Interpretatio*.

P. 343. l. 3. πραϋπαθείαν] Ut lectio vera textus sacri eruatur, notandum esse duxi, hanc lectionem πραϋπαθείαν, quam nonnullæ Canonum Petri editiones in πραότητα mutaverunt, in omnibus eorundem *libris scriptis*, quos ego in Bodleiana bibliotheca inveni, extare. Porro eandem esse lectionem *codicis Bibliorum Alexandrini*, atque *Hesychii*, testatus Millius est ad locum.

Ibid. l. 6. μαρτύρων.] Operæ pretium esse putavi, cum brevior solito sit Zonaræ ad hunc quidem Canonem commentarius, totum eum hic subjungere. Οἱ τοὺς ἁγίους κολάζοντες μάρτυρας μετὰ βασάνους πολλὰς ἐπί τινων βίᾳ, τοῖς στόμασιν αὐτῶν ἐνέχεον οἶνον ἐκ τῶν σπονδῶν, ἢ καὶ ἐκ τῶν εἰδωλοθύτων κρεῶν, ἐνέβαλον εἰς τὸ στόμα αὐτῶν, καὶ ταῖς χερσὶν αὐτῶν ἐπιτιθέντες λιβανωτὸν, εἷλκον αὐτοὺς ἐπὶ τὸν βωμὸν καὶ τὰς χεῖρας αὐτῶν κρατοῦντες βίᾳ, τὸν λιβανωτὸν ἐπέχεον τῷ βωμῷ, ἢ καὶ ἄνθρακας μετὰ λιβανωτοῦ ταῖς παλάμαις αὐτῶν ἐπετίθουν, ἵνα μὴ φέροντες τὴν ὀδυνὴν τὴν ἐκ τῆς καύσεως, ἐπιχέωσι τὸν λιβανωτὸν σὺν τοῖς ἄνθραξι τῷ βωμῷ· κατείχοντο γὰρ παρ' αὐτῶν. τοὺς τοιούτους φησι, δύνασθαι εἶναι ἐν τῇ λειτουργίᾳ, ἢ μᾶλλον καὶ ἐν τοῖς ὁμολογηταῖς τετάχθαι. οὐ γὰρ οἰκείᾳ προαιρέσει ἢ τῶν σπονδῶν ἐγεύσαντο, ἢ τὸν λιβανωτὸν ἐπέβαλλον τῷ βωμῷ· ἀλλ' ἢ βίᾳ, τοῦ λογισμοῦ αὐτῶν τῇ πράξει μὴ συγκατατιθεμένου· ὥσπερ καὶ οἱ τῇ τῶν βασάνων ἀνάγκῃ παραλυθέντες τὸν τόνον τοῦ σώματος, ὡς μήτε κινηθῆναι δύνασθαι μήτε φθέγξασθαι, καὶ ἀντιστῆναι τοῖς βίᾳ εἰς τὰ στόματα αὐτῶν ἐκχέασι τὸν οἶνον τῶν σπονδῶν, κἀκεῖνοι τοῖς ὁμολογηταῖς συνταχθήσονται. ἑξῆς δὲ περὶ τῶν διανυόντων τὸ τῆς συνειδήσεως μαρτύριον λέγει, κἀκείνους τοῖς ὁμολογηταῖς συναριθμῶν.

CANON XV.

Ibid. l. 9. Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ λόγου] In MS. Reg. 2038. præfigitur hic titulus huic Canoni. Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ κ. τ. λ. Harduin. Ipsa hæc verba præstant *codd. Bodl.* 715. et 3385. et similia his *cæteri manuscripti*, tum vero horum Canonum Zonaræque editio Parisina anni 1621. Haud adjectus

autem hic canon est in Joan. Œcolampadii *Latina Interpretatione* eorundem canonum, quæ, ut commemoravi, in *Micropresbytico Basiliensi* anni 1550. comparet.

P. 343. l. 12. προστέτακται] Ex *MS. Reg.* 2038. et aliis, ita ut in textu, locum legendum ac supplendum esse, monuit cl. Harduinus ad oram editionis suæ *Conciliorum*, pro *vulgatis*, vel προσετέτακτο. τὴν μὲν γὰρ τετράδα κ. τ. λ. τὴν δὲ παρασκευὴν, ὅτι αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἔπαθε. κυριακὴν δὲ χαρμοσύνης, vel, quod in verbis ultimis etiam imperfectius est, τὴν δὲ παρασκεύην χαρμοσύνης. Cotelerius quoque ad *Constit. Apost.* ii. 59. id referente Gallandio, hunc Canonem ex *Regiis MSS.* ante Harduinum sic restituerat. Immo vero verba eadem extitisse in *codice Tilii* Hervetiana ejusdem interpretatio, quæ anno prodiit 1561. ostendit. Itaque sic se re habente, cum præterea *omnes Bodleiani manuscripti*, *codicis*que cujusdam *Coisliniani* quod penes me est apographum, eadem fere præstent, in textum verba demum recepi. Denique illud προστέτακται agnoscunt *sex alii MSti* præter *codicem Reg.* Zonaramque scholiastam.

Ibid. τὴν μὲν τετράδα—τὴν δὲ παρασκευὴν] Verba valde affinia habet Auctor *Constit. Apost.* lib. v. cap. 15. Τετράδα δὲ καὶ παρασκευὴν προσέταξεν (Christus) ἡμῖν νηστεύειν, τὴν μὲν διὰ τὴν προδοσίαν, τὴν δὲ διὰ τὸ πάθος. vid. *Marc.* xiv. 1. Easdem fere causas observationis et cultus tetradis, parasceues, dieique itidem Dominicæ, memoraverunt Victorinus Martyr De Fabrica Mundi supra ad pagg. 236, 237. Epiphanius *Expos. Cathol. Fidei* §. xxii. pag. 1104. ed. Petavii, Auctorque modo memoratus *Constitutionum Apost.* lib. v. cap. 14. et lib. vii. cap. 23; ne alios dicam posteriorum temporum tractatores. Omnia vero de cultu atque antiquitate harum feriarum, Tertulliano et Clementi Alexandrino bene notarum, et in πᾶσι κλίμασι τῆς οἰκουμένης, teste Epiphanio in *Hæres.* lxxv. n. 6. p. 910. celebratarum, mihi præoccupavit Josephus Bingham. *Antiq. Eccles. Christ.* lib. xxi. cap. 3.

Ibid. l. 16. ἐν ᾗ οὐδὲ γόνατα κλίνειν παρειλήφαμεν] Antiquissimi hujus ritus, sed in ecclesiis Latinorum nunc universim abrogati, "meminit" (verba Dallæi sunt *De Vero Usu Patrum* lib. ii. cap. ult.) "vetustissimus Quæstionum et Re- "sponsionum apud Justinum Scriptor, (Q. et R. Quæst. "115.) et rationem reddit probatque ex quodam Irenæi lo- "co, et a temporibus apostolicis initium ejus repetit. Ter- "tullianus quoque meminit (De Corona milit. cap. 3.) et "Epiphanius (in Panario in conclus. Operis, p. 1105. A.) et "Hieronymus (Dial. contr. Lucif. p. 187.) et morem inter

" Ecclesiæ instituta recenset. Ipsa quinetiam, quod longe " majus est, sanctissima Synodus universalis Nicæna di- " serto canone (Can. 20.) ritum illum confirmavit." Hæc Dallæus ad pag. 337. Interp. Latinæ, qui canonem quoque nonagesimum Concilii Quinisexti in hac parte adduxit. Conferas et Binghamum *Antiq. Eccl. Christ.* lib. xiii. c. 8. Veruntamen, ex eo quod omissus sit canon Nicænus huc pertinens in codice suo Canonum Latinorum, neque in *Arabica Paraphrasi* eorundem Canonum idem compareat, cl. Quesnelius colligit, morem istum apud Romanam saltem ecclesiam nunquam omnino receptum fuisse. Vide *Dissert.* xii. post *Leonis M. Opera* a Quesnelio collocatam, cap. v.

P. 343. l. 16. παρειλήφαμεν] Ait Zonaras: Σημειωτέον οὖν τὸ παρειλήφαμεν, καὶ τὸ κατὰ παράδοσιν ἡμῖν προςέτακται. κἀντεῦθεν γὰρ φαίνεται, ὅτι τὸ ἐπὶ μακρὸν κρατῆσαν ἔθνος, ἀντὶ νόμου λελόγισαι. ὁ δὲ μέγας Βασίλειος καὶ τὰς αἰτίας προςτίθησιν δι' ἃς ἀπηγόρευται κλίνειν ἐν Κυριακῇ γόνυ, καὶ ἀπὸ τοῦ πάσχα μέχρι τῆς πεντηκοστῆς. ἀνάγνωθι καὶ τὸν ξς'. ἀποστολικὸν κανόνα, καὶ ξθ'. Locus S. Basilii M. est in libro *De Spiritu S.* capite 27. qui sic incipit; Ὀρθοὶ μὲν πληροῦμεν τὰς εὐχὰς ἐν τῇ μιᾷ τοῦ σαββάτου· τὸν δὲ λόγον οὐ πάντες οἴδαμεν. οὐ γὰρ μόνον ὡς συναναστάντες Χριστῷ, καὶ τὰ ἄνω ζητεῖν ὀφείλοντες, ἐν τῇ ἀναστασίμῳ ἡμέρᾳ, τῆς δεδομένης ἡμῖν χάριτος διὰ τῆς κατὰ τὴν προσευχὴν στάσεως ἑαυτοὺς ὑπομνήσκομεν· ἀλλ' ὅτι δοκεῖ πως τοῦ προσδοκωμένου αἰῶνος εἶναι εἰκών· διὸ καὶ ἀρχὴ οὖσα ἡμερῶν &c. tom. iii. p. 56. ed. Benedictin. Agunt autem *Canones*, qui *Apostolorum* appellantur, inque Zonaræ Commentario supra memorantur, de Dominica feriisque quarta et sexta.

DE DIVINITATE.

P. 344. l. 2. Πέτρου τοῦ ἁγιωτάτου &c.] Tres, quæ sequuntur, ῥήσεις in *Concilio* extant *Ephesino* Act. I. pag. 508. tom. iii. *Concil.* ed. Labbæi, et Latine in *Concil. Chalced.* Act. I. p. 286. tom. iv. *Concil.* perinde atque apud veterem interpretationem Marci Mercatoris *Excerptorum Ephesini Concilii* ex edit. Baluzii p. 175. Prolatas illas ῥήσεις atque adductas fuisse Ephesi, una cum aliis quibusdam patrum undecim locis, a S. Cyrillo Alexandrino, testatus est sexto durante sæculo Hypatius Ephesinus episcopus in *Collatione cum Acephalis.* Vid. tom. iv. *Concil.* p. 1766. Atque ante illud tempus pro veris agnita fuerant, ut ipsa *Concilii Ephesini Acta* taceam, a Vincentio Lirinensi in egregio

suo *Commonitorio*, capite 42. Cum vero, ut obiter id notem, Julius Romanus episcopus unus ex iis patribus extitit, quos adduxerat Cyrillus; postea a Leontio Byzantino compertum est, epistolam ad Prosdociam non Julii esse, sed potius Timothei Apollinaris discipuli, ὡς ἐςι, inquit Leontius, ἀπὸ πολλῶν ἀπογράφεων καταμανθάνειν. *De Sectis*, act. 8. Unde factum est, ut a Petro Coustantio in editione *Pontificum Rom. Epistolarum* tantum in Appendicem Fragmentum Julii transmissum sit. p. 21. Cæterum docet cl. Villoisonus *Anecdott.* tom. ii. p. 247. ex *Catalogo* olim edito *Bibliothecæ S. Marci Venetiis*, subjungi in cod. 504. *Excerpta ex Petro episcopo Alexandrino et martyre ex libro De Divinitate.* Utrum ῥήσεις illæ eædem sint atque istæ, cl. Morellius in altero volumine *Bibliothecæ* suæ *MStæ* nos certiores fortasse faciet.

P. 344. l. 11. τέλεων] Sic *Concil. Ephesin.* forsitan legendum τελείας. Et vertitur locus a vetere Latino Interprete, perinde ac si hanc vocem ille invenisset. Statim ante ex ora *edit. Labb. Concil.* recepi οὐκ ἀπελείφθη *MSti Seguier.* lectionem pro οὐ κατελείφθη, et infra ad p. 345. δηλονότι pro δὴ τότε, et γεννώμενον pro γενόμενον.

P. 345. l. 1. Ὅθεν καὶ ὁ εὐαγγελιςὴς &c.] Non tantum in Actu Primo *Concilii Ephesini* extat hæc quidem ῥῆσις, sed et in Act. 7. a S. Cyrillo Alex. in *Apologet. pro Duodecim Capitibus* allata est. Vid. tom. iii. *Concil.* p. 845.

P. 346. l. 2. Ἐκ τοῦ περὶ τῆς Σωτῆρος &c.] Græca hujusce Fragmenti deprompsi ex exemplari *Leontii Byzantini* scripto, quod bibliotheca Bodleiana tenet; nam Latine tantum adhuc editum est Leontii *Contra Eutychianos et Nestorianos* opus.

Ibid. l. 3. φιλήματι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδίδως;] In *Leontii* Interpretatione Latina, quam præstant multæ *Patrum Bibliothecæ*, *osculo filium* Dei *tradis?* exaratum est. Et codicem quidem Russicum *evangeliorum* commemorat cl. Matthæi, in quo extat τοῦ Θεοῦ pro τοῦ ἀνθρώπου. Sed vero constat, Petrum revera invenisse τοῦ ἀνθρώπου, atque Latina, non Græca, esse corrupta. Etenim id censebunt omnes, qui locum attentius consideraverint, in quo veram Christi humanitatem, simul atque Deitatem ejus, illam quidem ex Servatoris verbis, hanc vero, ut argumentari mos fuit, ex miraculis ejus, vir sanctus probare aggressus est.

Ibid. l. 17. *Ex Priore de Anima Sermone*] Duo istæc Fragmenta operis, quod appellat *De Anima Sermonem* Procopius Gazæus in *Comment. in Genesin* cap. 3. nobis

servavit *Justiniani Imp. ad Mennam Epistola*, in qua quidem epistola Origenianus de præexistentia animarum refutatur error.

P. 348. l. 2. Tunicarum scortearum aliarumque rerum quarundam in Paradiso &c.] Secundum illam, quæ hic memoratur, allegoricam interpretationem, tunicas in paradiso pelliceas corpora significare hominum notum est. Qui enim omnia illa de primis humani generis parentibus a Mose tradita traxit ad mysticam rationem Origenes, is literis mandavit etiam tum antiquam tunicarum hanc expositionem. De his autem rebus omnibus consulas doctissimum Huetium in *Origenianis* lib. ii. quæst. xii. §. 7. p. 167. Tantum notabo, similiter interpretatum Tertullianum fuisse Jacobi de Christo prophetiam, *Lavabit in vino stolam suam et in sanguine uvæ amictum suum*, in lib. iv. *adv. Marcion.* c. 40. Lavabit, inquit, in vino &c. *stolam et amictum carnem demonstrans, et vinum sanguinem.* Cæterum istud monendum est, Procopianum *Commentarium*, unde hæc in textum descripsi, *in Octateuchum*, seu potius *Heptateuchum*, Latine tantummodo extare, Tiguri 1555. Conrado Clusero interprete excusum. Cons. Cavii *Hist. Lit.* tom. i. p. 504. et 505. Sed tamen haud inveniri posse dixerim Procopiana istæc in *Catena in Octateuchum*, quam in duobus amplis voluminibus edidit Lipsiæ anno 1772. Græcus monachus Nicephorus, qui operis Procopiani codice Græco MSto in texenda Catena usum se testatus est.

Ibid. l. 9. Ephremius] In priore sæculi sexti parte floruit hic scriptor. Cons. Cavii *Hist. Lit.* vol. i.

Ibid. l. 28. episcoporum et martyrum epistola] Cum de ista, tum de hac Petri epistola, ad S. PHILEÆ Fragmenta mox dicetur. Cæterum postquam adducta est Episcoporum Epistola, posuit statim ante Petri literas verba sequentia auctor Fragmenti Maffeani de Schismate Meletianorum, *His agnitis, B. Petrus cum multa patientia populo scripsit Alexandrino epistolam hoc modo:* PETRUS in fide Dei stabilitis, &c.

NUNC sequitur aliud quoddam Fragmentum, hic vero a me ad notas, quoniam sola auctoritate scholiorum quorundam nixum est, relegatum, ne certis minus certa admiscerem. Ex libro *S. Petri Alexandrini de Blasphemia*, prout se fert titulus, desumptum est, et in usus meos ex codice illo bibliothecæ Coislinianæ 268. descriptum fuit, qui inter alia opuscula, teste Montfauconio ad p. 312. *Catalogi*, *Isaaci Syri* continebat *Sermones*, cujus marginibus adscripta fuerunt Scholia ex multis patribus, eorum-

que agmen claudebat S. Petrus Alexandrinus. Nullum alium Petrum præter martyrem nostrum in mente habuisse falsarium, si modo fallaces sint hæ merces, ostendit mentio, quæ fit Paphnutii confessoris. Paphnutius enim confessione Christi nobilis, dum apud patres Nicænos versatus erat, clericorum, qui ante ordinationem conjuges fuissent, coactæ abstinentiæ bonis avibus obstitit, rem narrantibus historicis ecclesiasticis, qui post Eusebium floruerunt. Cæterum in sequentibus ἐξαίνετο pro ἐξαίετο reponendum esse, recte adnotaverat cl. Boissonardus, qui transmisit mihi fragmentum.

Τῦ ἁγίυ Πέτρυ Ἀλεξανδρείας, περὶ Βλασφημίας.

Ὅπως δέ σε καὶ ἀπὸ διηγήσεως μεγάλης προσπείσω, ὅτι περ οὐ τοῦ ἀνθρώπου ἐστὶν ἡ τοιαύτη δυσσεβὴς ἔννοια, ἀλλὰ τοῦ πονηροῦ δαίμονος, ἄκουσον ψυχοφελλοῦς ἀποφθέγματος. ποτὲ γὰρ καμοὶ τοῦ τοιούτου διενοχλοῦντος λογισμοῦ, ἀνεθέμην αὐτὸν τῷ τοῦ Θεοῦ θεράποντι καὶ ὁμολογητῇ Παφνουτίῳ· ὅστις μοι διϊσχυρίζετο λέγων· ὅτι ἐν αὐτῷ τῷ δικαστηρίῳ ἥνικα πυρὶ καὶ βασάνοις τὸ σῶμα ὑπὲρ Χριστοῦ κατεκαίετο, καὶ ἐξαίετο (leg. ἐξαίνετο), ὁ δαίμων ἔνδο θεύμου (for. ἔνδον θύμου) κατὰ τοῦ Θεοῦ βλασφημίας ἐφθέγγετο. πρὸς ὃν ἐμβριμησάμενος μετὰ Θεοῦ εἶπον· ὦ πονηρέ· τὸ σῶμα μου καὶ τὴν ψυχήν μου δέδωκα εἰς θάνατον, ἵνα μὴ αὐτὸν ἀρνήσομαι, ἢ βλασφημήσω· καὶ σὺ λογισμούς μοι βλασφημίας λαλεῖς; εἰ τὸν Θεόν μου βλασφημῶ, πῶς ὑπὲρ αὐτοῦ νῦν δι' ἐκχύσεως αἵματος μαρτυρῷ καὶ προσκυνῶ; ἀλλὰ πρόδηλον ὅτι ἡ μὲν καλὴ ὁμολογία καὶ μαρτυρία ἐμὴ τυγχάνει· ἡ δὲ κατὰ τοῦ Θεοῦ βλασφημία σή, καὶ ἐπί σε ἐπιστρέψεται.

Sed hæc hactenus. *Diatribam*, quam Petavius primus edidit in *Uranologio*, ac postea Ducangius ante *Chronicon Paschale* seu *Alexandrinum* posuit, etsi Petro Alexandrino episcopo et martyri in codicibus scriptis attributa fuerit, Petri tamen non esse, cum in ea adducatur Athanasius, liquet vel pueris, ait Cavius in *Hist Lit.* qui nondum ære lavantur. Addi possent et alia τῆς νοθείας indicia. Pauca interea fragmentorum istorum Is. Casaubonus in *Exercit.* xvi. *Anti-Baroniana* ad pp. 410. et 590. ed. Genev. tanquam si revera S. Petri fuissent, ex MSto olim protulerat. Atque totam collocavit in S. Petri Fragmentis *Diatribam* Gallandius in tomo iv. suæ *Bibliothecæ Patrum*, omissa tamen S. Athanasii ῥήσει, qua prodi dixerat Cavius parachronismum, dum ipse quoque Cavius partem hujus *Diatribæ* Petro assignavit. Cum vero testimonium ibi extiterat de autographo evangelii Joannis in ecclesia Ephesina servato, " ejus loci ac testimonii γνη-" σιότης" (verba sunt cel. Ernestii in *Institut. Interpretis*

Novi Test. part. II. cap. ii. §. 2.) "in dubitationem haud "levibus de causis adducitur a Scaligero, Petavio, Tille-"montio, et nuper Garbello in Prolegom. Evangel. "Blanch. p. 42. id opusculum ac testimonium juniori, de "seculo sexto, Petro tribuentibus."

Porro in Justiniani Imp. ad Mennam *Epistola*, ex qua duo fragmenta illa *Prioris de Anima Sermonis* supra deprompsi, extat præterea alia quædam ῥῆσις ex ejusdem S. Petri *Mystagogia*, quæ dicitur, sumpta. Τȣ͂ αὐτȣ͂ (Petri) ἐκ τῆς Μυςαγωγίας, ἧς ἐποιήσατο πρὸς τὴν ἐκκλησίαν, μέλλων τὸν τȣ͂ μαρτυρίȣ ςέφανον ἀναδέχεσθαι. Διὰ τȣ͂το παρακαλῶ, γρηγορεῖτε, ὅτι εἰς θλίψιν πάλιν μέλλετε εἰσελθεῖν. οἴδατε πόσους κινδύνους ὑπέμεινεν ὁ ἀναθρέψας με πατήρ μου καὶ ἐπίσκοπος Θεῶνας ἀπὸ τῶν μαινομένων εἰς τὰ εἴδωλα, οὗ καὶ τὸν θρόνον διαδεξάμην, εἴθε δὲ ϗ τὸν τρόπον. ὡς (for. ὅσȣς) δὲ ϗ ὁ μέγας Διονύσιος καλακρυπτόμενος ἀπὸ τόπων εἰς τόπȣς, πρὸς τȣ́τῳ ϗ Σαβελλίȣ θλίβοντος. τί δὲ εἴπω Ἡρακλᾶν καὶ Δημήτριον τοὺς μακαρίους ἐπισκόπους, οἵους πειρασμοὺς ὑπέστησαν ὑπὸ τοῦ μανέντος Ὠριγένους, καὶ αὐτȣ͂ σχίσματα βαλλόντος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τὰ ἕως σήμερον ταραχὰς αὐτῇ ἐγείραντα. Hæc vero cum suspicatus essem ex *Actis Martyrii S. Petri* descripta fuisse, ea demum, sed nonnihil immutata, apud Surium inveni in tomo vi. *Sanctorum Hist.* ad 25. Novembris, p. 579. ed. Colon. Actorum vero ibi collocatorum fidem nemo, opinor, his quidem temporibus in se recipiet. In iisdem quoque extare ad pag. 578. aliam S. Petri ῥῆσιν deprehendi, quam attulit Anastasius Sinaita in *Hodego* suo, sive *Viæ Duce adversus Acephalos*, p. 134. ed. Gretseri; Ἄρειος, καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, ϗ ἐν τῷ μέλλοντι, κεχωρισμένος ἐςαι τȣ͂ υἱȣ͂ τȣ͂ Θεȣ͂. Sic enim in *Actis* apud Surium positum est, *Hic autem Arrius, pro quo rogatis, soli Deo mortuus est, et a facie illius hic et in futuro sæculo projectus est.* Acta quoque S. Petri Græca a Combefisio Parisiis anno 1660. edita, etsi ea nondum vidi, eadem tamen, vel similia, habere colligo ex Renaudotii *Historia Patriarcharum Alexandr.* ad pag. 58. Quæ quidem acta fabulis referta esse, monuit Basnagius in *Annal. Politico-Eccles.* tom. ii. p. 622. Neque de actis martyrii S. Petri Alex. usquam facit mentionem in opere Martyrologico suo Ruinartus. Immo eorundem τὴν νοθείαν satis superque probatam video a Cellierio, *Histoire Générale des Auteurs*, tome iv. p. 18. Quamobrem et hæc quoque, quæ Petro adscripsit Anastasius, juxta atque illa, quæ Justinianus, libens præterii.

S. PHILEAS.

S. PHILEAS.

S. Hieronymus, *Lib. De Viris Illustribus*, cap. lxxviii. p. 169.

PHILEAS de urbe Ægypti, quæ vocatur [a] Thmuis, [b] nobili genere, et non parvis opibus, suscepto Episcopatu, [c] elegantissimum librum de Martyrum laude composuit: et [d] disputatione actorum habita adversum judicem, qui eum sacrificare cogebat, pro Christo capite truncatur; [e] eodem in Ægypto persecutionis auctore, quo Lucianus Nicomediæ.

[a] Hodie Damiata. vide Jac. Golium ad Alfraganum p. 292. Ejusdem urbis mentio infra c. 99. Fabricius.

[b] Euseb. viii. 9. Φιλέας τε τῆς Θμυϊτῶν ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, διαπρέψας ἀνὴρ ταῖς κατὰ τὴν πατρίδα πολιτείαις τε καὶ λειτουργίαις, ἔν τε τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν λόγοις. Fabricius.

[c] Hæc est Epistola Phileæ ad Thmuitas ex qua amplum et insigne fragmentum servavit Eusebius viii. 10. Fabricius.

[d] Disputationem habuit adversus Culcianum, Thebaidis præsidem, ac consistit in judicis quæstione ac responsione Phileæ. Acta martyrii, quibus disputatio, quam dicit Hieronymus, inserta est, prodierunt Antverpiæ, sed interpolata. Valesius genuinorum actorum hoc principium dicit: *Imposito ergo Philea super ambonem Culcianus præses dixit.* E. S. Cyprianus.

[e] Maximino A. 311. Confer Acta Sanctor. 4. Febr. tom. i. p. 459. seq. Fabricius. *quo Lucianus Nicomediæ.* Suppleṇd. *passus est.* Vid. Hieron. supra ad pag. 283. hujus vol.

FRAGMENTA

S. PHILEÆ

EPISCOPI THMUITANI ET MARTYRIS,

QUI

SCRIPSIT SUB SÆCULI QUARTI INITIUM.

Ἀπὸ τῶν Φιλέου πρὸς Θμουΐτας γραμμάτων.

ΤΟΥΤΩΝ ἁπάντων ὑποδειγμάτων ἡμῖν καὶ ὑπογραμμῶν καὶ καλῶν γνωρισμάτων ἐν ταῖς θείαις καὶ ἱεραῖς γραφαῖς κειμένων, οὐδὲν μελλήσαντες οἱ μακάριοι σὺν ἡμῖν μάρτυρες, τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα πρὸς τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν καθαρῶς τείναντες, καὶ τὸν ἐπ᾽ εὐσεβείᾳ θάνατον ἐν νῷ λαβόντες, ἀπρὶξ τῆς κλήσεως εἴχοντο. τὸν μὲν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εὑρόντες ἐνανθρωπήσαντα δι᾽ ἡμᾶς, ἵνα πᾶσαν μὲν ἁμαρτίαν ἐκκόψῃ, ἐφόδια δὲ τῆς εἰς τὴν αἰώνιον ζωὴν εἰσόδου ἡμῖν καταθῆται· [a] οὐ γὰρ ἁρπαγμὸν

Interprete H. Valesio.

Ex Epistola Phileæ ad Thmuitas.

Hæc igitur omnia exempla ac signa, et pulcherrima documenta in sacris literis exstare cum scirent beatissimi qui nobiscum versati sunt martyres; absque ulla cunctatione, oculum mentis in supremum omnium Deum sincere defigentes, et mortem pro pietate libenti animo amplectentes, vocationi suæ pertinaciter inhæserunt. Quippe qui probe nossent Dominum nostrum Jesum Christum nostrâ causâ hominem idcirco factum fuisse, ut et peccatum omnino exscinderet, et ad vitam æternam contendentibus nobis subsidia itineris compararet. Non enim rapi-

[a] Phil. ii. 6, 7, 8.

ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ· ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών· καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἑαυτὸν ἐταπείνωσεν ἕως θανάτου· θανάτου δὲ σταυροῦ. διὸ καὶ [b] ζηλώσαντες τὰ μείζονα χαρίσματα οἱ Χριστοφόροι μάρτυρες, πάντα μὲν πόνον καὶ παντοίας αἰκισμῶν ἐπινοίας οὐκ εἰσάπαξ, ἀλλ' ἤδη καὶ δεύτερον τινὲς ὑπέμειναν· πάσας δὲ ἀπειλὰς οὐ λόγοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργοις τῶν δορυφόρων κατ' αὐτῶν φιλοτιμουμένων, οὐκ ἐνεδίδουν τὴν γνώμην, διὰ τὸ [c] τὴν τελείαν ἀγάπην ἔξω βάλλειν τὸν φόβον. ὧν καταλέγειν τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν ἐφ' ἑκάστῃ βασάνῳ ἀνδρείαν, τίς ἂν ἀρκέσειε λόγος; ἀνέσεως γὰρ οὔσης ἅπασι τοῖς βουλομένοις ἐνυβρίζειν, οἱ μὲν ξύλοις ἐπαίοντο· ἕτεροι δὲ ῥάβδοις· ἄλλοι δὲ μάστιξιν· ἕτεροι δ' αὖ πάλιν ἱμᾶσιν· ἄλλοι δὲ σχοινίοις. καὶ ἦν ἡ θέα τῶν αἰκισμῶν ἐνηλλαγμένη, καὶ πολλὴν τὴν ἐν αὐτῇ κακίαν ἔχουσα. οἱ μὲν γὰρ ὀπίσω τὼ χεῖρε δεθέντες, περὶ τὸ ξύλον ἐξηρτῶντο, καὶ μαγγάνοις τισὶ

nam arbitratus est Christus esse se æqualem Deo; sed exinanivit seipsum, servi formam induens: et specie ipsa inventus quasi homo, humiliavit semetipsum usque ad mortem; et quidem mortem crucis. Proinde meliora charismata consectantes martyres qui Christum gestabant, omnes ærumnas, omnia tormentorum genera quæ excogitari potuerant, non semel, sed iterum ac sæpius nonnulli sustinuerunt. Et cum satellites non solum verbis minantes, sed etiam factis terrorem ipsis incutere certatim niterentur, non tamen fracti sunt animo, eo quod perfecta caritas foras ejiciebat timorem. Quorum virtutem et in singulis tormentis fortitudinem, quæ tandem oratio possit percensere? Nam cum eos injuria afficere cuivis liceret, alii fustibus, alii virgis, alii flagris eos verberabant; quidam loris; nonnulli etiam funibus cædebant. Eratque hujusmodi cruciatuum spectaculum varium et multiplex plenumque malitiæ. Quidam enim illorum manibus post tergum revinctis ad stipitem suspen-

[b] 1 Cor. xii. 31.

[c] 1 Joan. iv. 18.

διετείνοντο πᾶν μέλος· εἶθ' οὕτως διὰ παντὸς τοῦ σώματος ἐπῆγον ἐκ κελεύσεως οἱ βασανισταὶ, οὐ καθάπερ τοῖς φονεῦσιν ἐπὶ τῶν πλευρῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς γαστρὸς καὶ κνημῶν καὶ παρειῶν τοῖς ἀμυντηρίοις ἐκόλαζον· ἕτεροι δὲ ἀπὸ τῆς στοᾶς μιᾶς χειρὸς ἐξηρτημένοι αἰωροῦντο, πάσης ἀλγηδόνος δεινοτέραν τὴν ἀπὸ τῶν ἄρθρων καὶ μελῶν τάσιν ἔχοντες· ἄλλοι δὲ πρὸς τοῖς κίοσιν ἀντιπρόσωποι ἐδοῦντο, οὐ βεβηκόσι τοῖς ποσὶ, τῷ δὲ βάρει τοῦ σώματος βιαζομένων μετὰ τάσεως ἀνελκομένων τῶν δεσμῶν. καὶ τοῦθ' ὑπέμενον, οὐκ ἐφ' ὅσον προσδιελέγετο, οὐδ' αὐτοῖς ἐσχόλαζεν ὁ ἡγεμὼν, ἀλλὰ μονονουχὶ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας. ὅτε γὰρ καὶ ἐφ' ἑτέρους μετέβαινε, τοῖς προτέροις κατελίμπανεν ἐφεδρεύειν τοὺς τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ ὑπηρετουμένους· εἴ πού τις ἡττηθεὶς τῶν βασάνων ἐνδιδόναι ἐδόκει. ἀφειδῶς δὲ κελεύων καὶ τοῖς δεσμοῖς προσιέναι (for. προσδῆναι), καὶ μεταταῦτα ψυχοῤῥαγοῦντας αὐτοὺς καθατιθεμένους εἰς τὴν γῆν ἕλκεσθαι· οὐ γὰρ εἶναι κἂν μέρος αὐτοῖς φροντίδος περὶ ἡμῶν· ἀλλ'

debantur: ac deinde universa corporis membra machinis quibusdam distendebantur. Posthæc tortores jussu judicis universo corpori; neque ut homicidis solet, lateribus duntaxat: sed etiam ventri, cruribus, ac genis cruciatus ferreis ungulis adhibebant. Quidam altera manu ad porticum suspensi pendebant; quibus articulorum membrorumque omnium distensio quovis cruciatu erat acerbior. Alii vultibus in se mutuo conversis ad columnas alligabantur, pedibus solum non contingentibus; adeo ut vincula gravitate corporum adacta, acrius intenderentur. Atque id tolerabant non solum quamdiu Præses eos alloquebatur, aut audiendis ipsis vacabat; sed toto propemodum die. Nam ubi ad alios audiendos transierat, ministros officii sui relinquebat, qui prioribus imminerent; si forte quis tormentorum acerbitate victus a proposito desciscere videretur. Jubebatque eos absque ulla miseratione vinculis stringi, et postea cum jam animam exhalarent, humi abjectos trahi. Neque enim aiebat vel minimam nostri cu-

οὕτω καὶ διανοεῖσθαι καὶ πράττειν, ὡς μηκέτ' ὄντων. ταύτην δευτέραν βάσανον ἐπὶ ταῖς πληγαῖς τῶν ὑπεναντίων ἐφευρόντων. ἦσαν δὲ οἱ καὶ μετὰ τοὺς αἰκισμοὺς ἐπὶ τοῦ ξύλου κείμενοι διὰ τῶν τεσσάρων ὀπῶν διατεταμένοι ἄμφω τὼ πόδε, ὡς καὶ κατ' ἀνάγκην αὐτοὺς ἐπὶ τοῦ ξύλου ὑπτίους εἶναι, μὴ δυναμένους διὰ τὸ ἔναυλα τὰ τραύματα ἀπὸ τῶν πληγῶν καθ' ὅλου τοῦ σώματος ἔχειν· ἕτεροι δὲ εἰς τοὔδαφος ῥιφέντες, ἔκειντο ὑπὸ τῆς τῶν βασάνων ἀθρόας προσβολῆς· δεινοτέραν τὴν ὄψιν τῆς ἐνεργείας τοῖς ὁρῶσι παρέχοντες, ποικίλας καὶ διαφόρους ἐν τοῖς σώμασι φέροντες τῶν βασάνων τὰς ἐπινοίας. τούτων οὕτως ἐχόντων, οἱ μὲν ἐναπέθνησκον ταῖς βασάνοις, τῇ καρτερίᾳ καταισχύναντες τὸν ἀντίπαλον· οἱ δὲ ἡμιθνῆτες ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ συγκλειόμενοι, μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας ταῖς ἀλγηδόσι συνεχόμενοι ἐτελειοῦντο. οἱ δὲ λοιποὶ τῆς ἀπὸ τῆς θεραπείας ἀνακτήσεως τυχόντες, τῷ χρόνῳ καὶ τῇ τῆς φυλακῆς διατριβῇ, θαρσαλεώτεροι ἐγίνοντο. οὕτω γοῦν ἡνίκα προσετέτακτο,

ram habendam esse: sed cunctos sic de nobis sentire, sic erga nos agere debere, quasi non amplius homines essemus. Hunc scilicet secundum cruciatum post verbera inimici nostri excogitaverant. Quidam etiam post tormenta in nervo jacuerunt; pedibus ad quatuor usque foramina divaricatis; ita ut supini esse cogerentur, cum ob recentes plagarum cicatrices quas toto corpore gerebant, stare omnino non possent. Alii humi projecti jacebant præ nimia tormentorum acerbitate; et multo gravius quam dum cruciarentur spectaculum intuentibus præbebant, varia ac multiplicia tormentorum excogitata genera corporibus suis circumferentes. Quæ cum ita gererentur, alii in ipsis tormentis exspirabant, constantiâ suâ pudorem incutientes adversario. Alii semineces in carcerem trusi, paucis post diebus doloribus oppressi vitam finierunt. Reliqui curantium remediis refocillati, tempore ipso ac diuturna carceris mora fidentiores evasere. Itaque cum postea juberentur eligere utrum mallent, an con-

αἱρέσεως κειμένης ἢ ἐφαψάμενον τῆς ἐναγοῦς θυσίας ἀνενόχλητον εἶναι, τῆς ἐπαράτου ἐλευθερίας παρ' αὐτῶν τυχόντα· ἢ μὴ θύοντα, τὴν ἐπὶ θανάτῳ δίκην ἐκδέχεσθαι· οὐδὲν μελλήσαντες, ἀσμένως ἐπὶ τὸν θάνατον ἐχώρουν. ᾔδεσαν γὰρ τὰ ὑπὸ τῶν ἱερῶν γραφῶν ἡμῖν προορισθέντα. [d] ὁ γὰρ θυσιάζων φησὶ θεοῖς ἑτέροις, ἐξολοθρευθήσεται· [e] καὶ ὅτι οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. Hæc attulit Eusebius in lib. viii. *Hist.* cap. 10.

tactis nefariis sacrificiis omni molestia liberari, et abominandæ absolutionis sententiam ab ipsis consequi; an vero sacrificare abnuentes capite damnari: omnes nihil cunctati, libenti animo ad mortem perrexerunt. Quippe probe norant quæ in sacris literis nobis præscripta sunt. Qui enim sacrificat Diis alienis, ait scriptura, exterminabitur. Et iterum: Non habebis Deos alienos præter me.

EPISTOLA EPISCOPORUM ÆGYPTI

AD MELETIUM.

Ex vetere Versione Latina.

INITIUM EPISTOLÆ EPISCOPORUM.

HESYCHIUS, Pachomius, Theodorus, *Phileas*, Meletio dilecto et comministro in Domino, salutem. Simplici ratione incerta verba æstimantes (sic), quæ de te audiebantur, quibusdam ad nos pervenientibus, nunciatur (vid. notam) aliena a more divino, et regula ecclesiastica, quæ a te conantur (vid. notam), immo magis fiunt, quæ nec auribus suscipere vellemus, considerantes in magnitudine audaciam et conatus incertos. Sed quoniam in præsentia

[d] Exod. xxii. 20. [e] Exod. xx. 3.

advenientes multi his fidem imposuerunt, et contestari facta non dubitabant, nimis admirantes compulsi sumus has litteras conficere ad te. Qualem etiam commotionem et tristitiam communionem (for. communiter, Maffei) omnibus, et singillatim unicuique, præbuit a te facta ordinatio in parœciis ad te minime pertinentibus, nec dicere etiam prævalemus. Pauca tamen te arguentes non cessavimus.

Lex est patrum et propatrum, quam nec ipse ignoras, constituta secundum divinum et ecclesiasticum ordinem; nam cuncta pro Dei placito et zelo meliorum; ab ipsis est constitutum et fixum, in alienis parœciis non licere alicui episcoporum, ordinationes celebrare. Quæ lex bene nimis magna est, et cum sapientia adinventa. Quoniam primum oportet conversationem et vitam eorum, qui ordinantur, cum magna scrupulositate scrutari; deinde, ut omnis confusio et turbulentia auferatur; vix enim unusquisque parœciam regere poterit suam, et magna sollicitudine multisque cogitationibus ministros reperire, cum quibus omne tempus vitæ transegit, et in manibus ejus sunt educati. Tu autem nihil horum considerans, nec futura contemplans, nec beatorum patrum nostrorum et Christo susceptorum (Χριστοδόχων) per successiones legem; neque magni episcopi ac patris nostri Petri honorem, ex quo cuncti per spem, quam habemus in Domino Jesu Christo, pendemus; nec nostris incarcerationibus et temptationibus, et cotidinianis ac multiplicatis opprobriis, nec oppressionibus et angustiis apud omnes, placatus, omnia pariter evertere ausus es. Pro quibus quæ tibi excusationis occasio relinquetur?

Sed forsitan dices; egentibus gregibus ac desolatis, pastore non subsistente, ne multorum incredulitate multi subtrahantur, ad hoc perveni. Sed certissimum est, illos non egere: primum quia multi sunt circumeuntes et potentes visitare; deinde etsi quid ab ipsis negligentius age-

batur, oportuerat ex populo properare, ac nos exigere merito. Sed sciebant se ministrorum non esse egenos, et ideo ad hos petendos non pervenerunt. Sciebant, quod monentes eos ab hac inquisitione (for. ad hanc inquisitionem) aut dimittebamus, aut cum omni scrupulositate fiebat, quod utile videbatur; fiebat enim sub arguente, et in manibus probitate constituta cogitabatur. Tu autem tam viliter (for. inutiliter) quorundam considerans deceptiones et inania verba, subreptus (for. subrepticius) ad ordinationes prosiluisti. Si enim adstringebant circumstantes te, et compellebant, ignorantes ordinem ecclesiasticum, oportuerat te sequentem regulam literis nos edocere, et ita, quod expedire videbatur fiebat (for. fieri). Si forte quidam persuadebant tibi dicentes, de nobis finem esse factum; quod nec tibi ipsi erat ignotum, quod essent multi euntes et redeuntes ad nos, qui poterant visitare; etsi hoc fuisset, oportebat te majoris patris expectare judicium et hujus rei permissionem. Sed horum nihil cogitans, et aliud sperans, immo magis nostri curam non gerens, præpositos quosdam populo providisti; nam jam cognovimus et chrismata (for. schismata, Maffei) fuisse, quod multis tua displicuit inrationabilis ordinatio.

Adhæc nec beatissimi provisoris et induti Christum, omnium nostrum apostoli, Pauli verbum suasit morari, et propositum facile continere, qui scribens acceptissimo filio Timotheo dicit, [f] *Manus nemini cito imposueris, nec communicaveris peccatis alienis;* pariter suam erga illum demonstrans providentiam et exemplum ac legem, qua cum omni scrupulositate et cautela eligantur ordinando. Adnuntias (for. ordinandi. Adnuntiamus, Maffei) imposterum tibi, ut regulæ tutum et salubrem terminum confirmare studetur. (for. studeas, Maffei.)

FINIS EPISTOLÆ EPISCOPORUM.

[f] 1 Tim. v. 22.

Quæ sequuntur, posuit Auctor Anonymus Fragmenti de Schismate Meletiano.

Hanc epistolam postquam suscepit et legit, nec rescripsit, nec ad eos perrexit ad carcerem, nec ad beatum Petrum iit; omnibus autem his episcopis, presbyteris, ac diaconibus Alexandriæ apud carcerem martyrium passis, ingressus est statim Alexandriam. Erat autem in civitate quidam Isidorus nomine, moribus turbulentus, doctoris habens desiderium, et Arius quidam habitum portans pietatis, et ipse doctoris desiderium habens. Hi postquam cognoverunt cupiditatem Meletii, et quid esset, quod requireret, succurrentes ei, invidentes scilicet pontificatum B. Petri, ut cognoscatur concupiscentia Meletii, presbyteros, quibus potestatem dederat B. Petrus de parœcia visitare Alexandriam, latentes Meletio demonstraverunt. Commendans eis occasionem Meletius separavit eos, et ordinavit ipse duos, unum in carcere, et alium in metallo. His agnitis B. Petrus cum multa patientia populo scripsit Alexandrino Epistolam hoc modo.

INITIUM EPISTOLÆ DOMINI PETRI EPISCOPI ALEXANDRIÆ.

Petrus in fide Dei stabilitis, dilectis fratribus in Domino, salutem. Quoniam cognovi Meletium nihil per utilitatem (supplet agere Maffei), cui nec beatissimorum episcoporum ac martyrum epistola placuit, sed insuper ingressum nostram parœciam tantum sibi adsumpsisse, ut etiam ex mea auctoritate presbyteros, et quibus permissum erat egentes visitare, conaretur separare, et indicium suæ cupiditatis in principatu (for. principatum), quosdam sibi ordinasse in carcere; modo illud observate, ne ei communicetis, donec occurram illi cum sapientibus viris, et videam quæ sunt, quæ cogitavit. Valete. Hæc omnia primus edidit e codice Veronensi vir cl. Scipio Maffei anno 1738. in Opere, cui tit. *Osservazioni Letterarie*, tom. iii. p. 11. et seq.

ANNOTATIONES

IN S. PHILEAM.

P. 377. l. 6. Ἀπὸ τῶν Φιλέυ] Omnia, quæ de Philea ipso scripserat Eusebius, prius quam ejusdem Phileæ attulisset epistolam, martyris, ut cum Tillemontio loquar, de martyribus agentis, operæ pretium est describere. Itaque ex capp. 9. et 10. lib. viii. hæc adduco. Θαυμάσιοι μὲν ὖν ϗ ὖτοι· (beati martyres ante commemorati) ἐξαιρέτως δὲ ἐκεῖνοι θαυμασιώτεροι, οἱ πλύτῳ μὲν καὶ εὐγενείᾳ καὶ δόξῃ, λόγῳ τε καὶ φιλοσοφίᾳ διαπρέψαντες· πάντα γε μὴν δεύτερα θέμενοι τῆς ἀληθῦς εὐσεβείας, καὶ τῆς εἰς τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριςὸν πίςεως· οἷος Φιλόρωμος ἦν· ἀρχήν τινα οὐ τὴν τυχοῦσαν τῆς κατ' Ἀλεξάνδρειαν βασιλικῆς διοικήσεως ἐγκεχειρισμένος· ὃς μετὰ τῦ ἀξιώματος καὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς τιμῆς ὑπὸ ςρατιώταις δορυφορύμενος, ἑκάςης ἀνεκρίνετο ἡμέρας· Φιλέας τε τῆς Θμυϊτῶν ἐκκλησίας ἐπίσκοπος· διαπρέψας ἀνὴρ ταῖς κατὰ τὴν πατρίδα πολιτείαις τε καὶ λειτυργίαις· ἔν τε τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν λόγοις· οἳ καὶ μυρίων ὅσων πρὸς αἵματός τε καὶ τῶν ἄλλων φίλων ἀντιβολύντων, ἔτι μὴν τῶν ἐπ' ἀξίας ἀρχόντων, πρὸς δὲ καὶ αὐτῦ τοῦ δικαςῦ παρακαλοῦντος, ὡς ἂν αὐτῶν οἶκτον λάβοιεν, φειδώ τε παίδων ϗ γυναικῶν ποιήσοιντο· ὐδαμῶς πρὸς τῶν τοσύτων ἐπὶ τὸ φιλοζωῆσαι μὲν ἑλέσθαι, καταφρονῆσαι δὲ τῶν περὶ ὁμολογίας ϗ ἀρνήσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεσμῶν ὑπήχθησαν· ἀνδρείῳ δὲ λογισμῷ ϗ φιλοσόφῳ, μᾶλλον δὲ εὐσεβεῖ καὶ φιλοθέῳ ψυχῇ, πρὸς ἁπάσας τοῦ δικαςοῦ τάς τε ἀπειλὰς ϗ τὰς ὕβρεις ἐνςάντες, ἄμφω τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν. ἐπεὶ δὲ καὶ τῶν ἔξωθεν μαθημάτων ἕνεκα πολλῦ λόγου ἄξιον γενέσθαι τὸν Φιλέαν ἔφαμεν, αὐτὸς ἑαυτῦ παρίτω μάρτυς· ἅμα μὲν ἑαυτὸν ὅς τίς ποτ' ἦν ἐπιδείξων· ἅμα δὲ καὶ τὰ κατ' αὐτὸν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ συμβεβηκότα μαρτύρια, ἀκριβέςερον μᾶλλον ἢ ἡμεῖς ἱςορήσων διὰ τούτων τῶν λέξεων. ΑΠΟ τῶν Φιλέου &c. *Et hi quidem admiratione profecto digni extiterunt. Verum ii maximam præ cunctis laudem atque admirationem merentur, qui opibus ac nobilitate pollentes, et ob eloquentiam ac philosophiæ studium non mediocrem gloriam consecuti, tamen veram pietatem et fidem in Dominum ac Servatorem nostrum Jesum Christum his omnibus præposuerunt. Hujusmodi fuit Philoromus: qui non vulgarem magistratum, Procu-*

ratoris scilicet summæ rei apud ***Alexandriam*** *gerebat; et pro dignitate ac prærogativa honoris* ***Romani****, stipatus militibus quotidie jus dicebat.* ***Hujusmodi etiam*** *fuit Phileas ecclesiæ Thmuitarum* ***episcopus; vir cunctis*** *in patria honoribus ac muneribus summa cum* ***laude perfunctus****, et in philosophiæ studiis admodum clarus.* ***Qui cum*** *innumeri cognati atque amici, quidam* ***etiam ex magistratibus*** *atque honoratis eos rogarent; cum judex ipse eos* ***cohortaretur*** *ut sui ipsorum misereri, et uxoribus ac liberis suis consulere vellent: nunquam his omnibus adduci* ***potuerunt****, ut vitæ suæ conservandæ causa, divinas leges de confessione et negationis nominis Christi latas contemnerent:* ***sed viriti*** *ac philosophico animo, seu potius religiosa ac* ***Deo dicata*** *mente, adversus omnes judicis minas et contumelias* ***ambo*** *perstantes, securi percussi sunt. Verum quandoquidem* ***Phileam*** *in Græcorum disciplinis apprime versatum* ***fuisse retulimus****, ipse nunc prodeat, tum de seipso testimonium* ***dicturus****, quis et unde fuerit: tum martyria illa quæ* ***per id tempus*** *Alexandriæ contigerunt, accuratius quam nos* ***relaturus*** *his verbis.* EX epistola Phileæ ad Thmuitas &c.

Latine extant *Acta Sanctorum Phileæ et Philoromi* cum alibi tum apud Ruinartum in *Actis Martyrum* ad pag. 494. ed. Amstel. quæ quidem cum Eusebii narratione satis bene conveniunt Rufinique accessionibus. Passum fuisse utrumque martyrem Alexandriæ plerique autumant; annoque 307, ut statuit Tillemontius, *Mem. Eccl.* vol. v. p. 194. ed. Bruxel. in *S. Petro Alex.* art. 9. Cæterum Gallandius tomo iv. *Bibliothecæ* suæ *Patrum* hoc Phileæ fragmentum una cum Valesii adnotationibus adjecit. Epistolam vero, quam idem vir cl. adposuit quatuor episcoporum ad Meletium, Hesychii, Pachomii, (*Pachumium* nomen scribit Eusebius) Prodromi, Phileæque, ipsam una cum literis a Petro Alexandrino ad Meletium super eadem re scriptis huic ipsi fragmento conjungendam duxi. Porro post epistolam quatuor horum præsulum hoc scribit de Meletio collectionis historicæ auctor, *Omnibus autem his episcopis presbyteris ac diaconibus Alexandriæ apud carcerem martyrium passis ingressus est statim Alexandriam.*

P. 377. l. 6. Ἀπὸ τῶν Φιλέου πρὸς Θμουΐτας γραμμάτων] Hæc verba majusculis literis scribenda sunt ad distinctionem. Et in Regio quidem codice a reliquo textu modico intervallo separantur. In Medicæo autem libro locantur ad marginem: in Mazarino et Fuk. codice omittuntur. Est autem Thmuis urbs Augustanicæ. Hinc apud Epi-

...ium in hæresi Semiariana. Πτολεμαῖος ἐπίσκοπος Θμού-...Αὐγουστονίκης. VALESIUS. Omissa verba sunt in codd. Savil. seu Bodl. atque Norfolc.

P. 377. l. 9. οὐδὲν μελλήσαντες] μελήσαντες ed. Steph. Scribe μελλήσαντες ut legitur in codice Med. Maz. Fuk. et Savil. ...m error supra in cap. 4. hujus libri ex eorundem codicum auctoritate a nobis emendatus est, et rursus infra in Phileæ Epistola. (p. 381. l. 4.) VALESIUS.

Ibid. οἱ μακάριοι σὺν ἡμῖν μάρτυρες] Ex textu ejeci articulum οἱ ante σὺν ἡμῖν, quem nescit *cod. Bodl.* seu *Savil.*

Ibid. l. 11. τὸν ἐπ' εὐσεβείᾳ θάνατον] ὑπὲρ εὐσεβείας *MS. Norfolc.* *mortem pro pietate* vet. Interpres *Rufinus.* ἐπ' εὐσεβείας *MS. Bodl.*

Ibid. l. 15. οὐ γὰρ ἁρπαγμὸν &c.] Videsis quæ ante scripsi ad Epistolam VIENN. et LUGDUNENSIUM, §. 17. vol. I. p. 328.

P. 378. l. 4. ζηλώσαντες τὰ μείζονα χαρίσματα] Apostoli verba sunt, Ζηλοῦτε δὲ τὰ χαρίσματα τὰ κρείττονα. *Ep.* 1. *ad Cor.* comm. 31.

Ibid. οἱ Χριστοφόροι μάρτυρες] Id est Christo pleni. Sic Ignatius Antiochenus episcopus dictus est θεοφόρος, id est Deo plenus. VALESIUS. Mox ἐννοίας pro ἐπινοίας saltem *MS. Bodl.*

Ibid. l. 6. τινὲς] Ad *edit. Genev.* oram notatum est, "Christophorsonus delet τινές." δὶς pro δεύτερον *Nicephorus.*

Ibid. l. 10. ἑκάστῃ βασάνῳ] ἑκάστῳ β. *MS. Bodl.* et *Niceph.*

Ibid. l. 12. ἐπαίοντο] ἔπαιον *ed. Steph.* et *Nicephorus,* quod Valesius mutabat, vel ex *scriptis suis,* vel ex *Rufino,* qui habet, *verberabantur,* certe confirmante *MS. Bodl.* Sed *MS. Norfolc.* mendose ἔπαινον.

Ibid. ἕτεροι δὲ] οἱ δὲ *Niceph.* Mox apud *eund.* deest illud τὴν ἐν αὐτῇ ad lin. 15.

Ibid. ἕτεροι δὲ ῥάβδοις] Virgas illas quibus Martyres cæsi sunt Alexandriæ, e citro et malo punica fuisse docet Symeon Metaphrastes in Actis MSS. Phileæ ac Philoromi. Sic enim ait de Philoromo: ταῦτ' ἔφη ἐπεὶ λέγων θρασύνεται τοῖς δημίοις ὁ ἔπαρχος, ῥάβδοις ῥοῶν καὶ κιτρίων τέτταρσιν πεπαρμένοις ἐν γῇ πάλοις, χεῖρας καὶ πόδας αὐτοῦ ἐξαρτήσαντες, τὸν νῶτον μαστίξατε. Atque huc pertinere existimo quod notat Philo in oratione adversus Flaccum, flagrorum discrimen fuisse Alexandriæ, pro conditione ac dignitate reorum qui cæderentur. Aliis enim flagris et per alios cædebantur Ægyptii, aliis incolæ civitatis Alexandrinæ. Nam Alexandrini virgis cædebantur ab Alexandrinis Lictoribus, quos vocant Spathephoros. Atque hoc pœnæ discrimen

nonnihil habuisse solatii observat Philo, qui quidem Spathas posuisse videtur pro virgis e citro seu malo punica. Valesius.

P. 378. l. 16. περὶ τὸ ξύλον] Eculeum intelligo. Reis enim in eculeo suspensis latera ferreis ungulis exarabantur. Valesius.

P. 379. l. 3. καὶ κνημῶν] καὶ τῶν κ. *Nicephorus.*

Ibid. l. 4. ἀμυντηρίοις ἐκόλαζον] Eadem verba habet Metaphrastes in Actis Passionis Phileæ. Nicephorus emendat ἀμυντηρίοις τὰς κολάσεις. Recte ut apparet. ἀμυντήρια autem sunt ungulæ, ut recte Rufinus vertit. Videntur tamen ἀμυντήρια aliquid plus esse quam ungulæ. Nam Hesychius ἀμυντήριον, ξίφος δίστομον interpretatur, id est gladium utrinque acutum, et in hoc crudelitas judicum notatur, qui non contenti simplicibus ungulis, novaculis ad exaranda martyrum latera utebantur. Valesius.

Ibid. l. 8. οὐ βεβηκόσι τοῖς ποσὶ] Pro βεβηκόσι habet βεβηκότες *Niceph.* nec male. Mox lucidius esset βιαζόμενοι pro βιαζομένων.

Ibid. l. 13. τοὺς τῇ ἐξουσίᾳ ὑπηρετουμένους] Apparitores seu officiales intelligit, qui Præfecto Augustali obsequebantur. De hoc enim loquitur Phileas in hac epistola, et ἡγεμόνα eum vocat. Porro ἐξουσία fere de majoribus judicibus dicitur qui habebant jus gladii; quæ latine potestas appellatur, ut ait Ulpianus. Quæ vox eo sensu sæpius occurrit apud Joannem Chrysostomum. Porro Præfectus Augustalis, eo quidem tempore erat Hierocles, quemadmodum scribit Epiphanius in hæresi Meletianorum. Valesius. Paulo ante pro illo προσδιελέγετο habet προσδιελέγχετο *MS. Bodl.* προσδιελέγοντο *Nicephorus.*

Ibid. l. 15. τοῖς δεσμοῖς προσιέναι] Nova et insolens mihi videtur hæc locutio. Valesius. Forsitan legendum τ. δ. προσδῆναι. Ita Eusebius in lib. *De Martyr. Palæst.* cap. 2. apud *Hist. Eccl.* Romanum ait τῷ ἰκρίῳ προσδεῖσθαι, *alligatum esse ad stipitem.*

Ibid. l. 17. οὐ γὰρ εἶναι] ἦν pro εἶναι *Christophorsoni Lectt.* Sed mihi quidem a forma directa transire oratio videtur ad obliquam, sicut in vocibus statim sequentibus. Haud enim satisfacit Valesii versio, *Neque enim aiebat vel minimam nostri curam habendam esse* &c. Hic verso ordine φροντίδος αὐτοῖς MSS. *Bodl.* et *Norfolc. Nicephorus*que, qui tamen φροντίδα posuit.

P. 380. l. 1. οὕτω καὶ διανοεῖσθαι] Nostri codices Maz. Med. et Fuk. vocem addunt hoc modo οὕτω ἐδόκουν διαν.——. Valesius. οὕτω ἐδόκουν καὶ δ. *Christophorsoni Lectt.*

P. 380. l. 1. ταύτην δευτέραν βάσανον] Raptationem intelligit. Primus enim cruciatus erat verberum ac plagarum et ungularum. Secundus ut humi depositi traherentur et raptarentur in carcerem. VALESIUS. ταύτην δ' ἑτέραν β. *Christophors. Lectt.*

Ibid. l. 2. πληγαῖς—οἱ καὶ μετὰ] λοιπαῖς οἱ ὑπενάντιοι ἔφεύρον, ἦσαν οἱ μὲν μετὰ *Christophors. Lectt.* et *Interp.*

Ibid. l. 3. ἐπὶ τοῦ ξύλου κείμενοι] Pessime Langus catastam vertit, hic enim τὸ ξύλον aliter sumitur ac supra. Nam supra quidem ponitur pro eculeo, ut ex Rufino monuimus. Hic vero pro nervo ponitur, id est compedibus ligneis. De qua significatione multa jam dixi in superioribus libris. Latini etiam lignum eo sensu dixerunt. De his compedibus intelligendus est locus in Actis martyrum Tarachi, Probi, et Andronici. *Cum verberatus esset, Præses dixit : mittite illi ferrum per quatuor loca nervorum, et dimittentes aliquam curam ei apponere.* Et in Actis Luciani martyris. Synesius in oratione de regno ἀλλ' ἄγε μᾶλλον κινήσεται τῶν ἐν τῇ ποδοκάκῃ, τῷ φαυλοτάτῳ τῶν ξύλων. Porro sicut in hac Phileæ epistola ξύλον modo pro eculeo sumitur, modo pro nervo : ita in Actis Theodori Martyris quæ habentur apud Surium die 9. Novembris, lignum duplici modo accipitur. VALESIUS. Eusebius in lib. modo commemorato *De Martyr. Palæst.* cap. 1. voce de compedibus ligneis simili modo usus, νυχθήμερον, inquit, ὑπὸ τέσσαρα τοῦ κολαστηρίου ξύλου κεντήματα τοὺς πόδας παραταθέντας. Habet ἀντιτεταμένοι pro διατεταμένοι *Niceph.*

Ibid. l. 6. μὴ δυναμένους] Post vocem δυναμένους desunt voces ὀρθίους εἶναι, vel quid simile. W. LOWTH. Addunt *Christophorsoni Lectt.* et *Interp.* verba κινεῖν ἑαυτούς. Nihil interea opis ex vetere interprete *Rufino* habebis, qui Phileam vertendo ita breviavit, immo interdum auxit, ut auctori non eadem constet facies. Nisi vero post εἶναι reponendum sit στῆναι μὴ δυναμένους, quemadmodum vertit Valesius, videndum annon post hasce voces μὴ δυναμένους subaudiendum sit ex antecedentibus *supinos esse.*

Ibid. l. 8. προσβολῆς] Additur in *Christophorsoni Lectt.* et *Interp.* ἡμιθανεῖς καί. Vid. infra ad lin. 13. Mox *Lectt. eæd.* παρεῖχον pro παρέχοντες.

Ibid. l. 10. τῶν βασάνων τὰς ἐπινοίας] τὰς τῶν β. ἐπινοίας *Niceph.* Supra habes πάντα μὲν πόνον καὶ παντοίας αἰκισμῶν ἐπινοίας. p. 378. l. 5. Cum his autem Phileæ conferas Eusebiana illa de martyribus cap. 12. hujus lib. viii. διά τε τῶν ἀπορρήτων ἕτεροι μελῶν τε καὶ σπλάγχνων. αἰσχρὰς καὶ ἀσυμπαθεῖς καὶ οὐδὲ λόγῳ ῥητὰς ὑπέμενον πάθας, ἃς οἱ γενναῖοι καὶ νόμιμοι δι-

κασαὶ τὴν σφῶν ἐπιδεικνύμενοι δαινότητα, ὥσπερ τινα σοφίας ἀρετὴν φιλοτιμότερον ἘΠΕΝΟΟΥΝ.

P. 380. l. 17. ἐγίγνοντο] ἐγίνοντο *MSS. Bodl.* et *Norfolc.* ἐγένοντο *Niceph.*

P. 381. l. 2. τῆς ἐπαράτε ἐλευθερίας] Libertatem vocabant, cum quis vinculis solveretur, et libere quo vellet abire sineretur. Quæ vox non raro occurrit apud Eusebium, eo sensu quem dixi. Sic Arator in libro i. Apostolicæ historiæ.

——— damnatio justi
Libertas est facta reis.

Id est absolutio et relaxatio. VALESIUS. τῆς περὶ αὐτε ἐ. habet *MS. Norfolc.* Desiderantur voces ἢ μὴ θύοντα in *MS. Bodl.*

Ibid. l. 4. ἐδὲν μελλήσαντες] ἐδὲ μελήσαντες *Niceph.* Sed cum Valesio *Stephanianam* lectionem μελήσαντες corrigente faciunt *MSS. Bodl.* et *Norfolc.* *Lectiones*que *Christophorsoni.* Mox ἀπὸ pro ὑπὸ *Niceph.*

Ibid. l. 7. ἐμοῦ.] Quæ sequuntur, Eusebius subjunxit: Τοιαῦται τοῦ ὡς ἀληθῶς φιλοσόφου τε ὁμοῦ καὶ φιλοθέου μάρτυρος αἱ φωναί· ἃς πρὸ τελευταίας ἀποφάσεως ὑπὸ τὴν δεσμωτικὴν ἔθ᾽ ὑπάρχων τάξιν, τοῖς κατὰ τὴν αὐτε παροικίαν ἀδελφοῖς ἐπεςάλκει· ἅμα μὲν ἐν οἷς ἦν ἀνατιθέμενος· ἅμα δὲ καὶ παρορμῶν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ ἀπρὶξ ἔχεσθαι καὶ μετ᾽ αὐτὸν ὅσον οὔπω τελειωθησόμενον, τῆς ἐν Χριςῷ θεοσεβείας. *Hæc sunt vere philosophi, nec minus Dei quam sapientiæ amatoris martyris verba, quæ ante extremam judicis sententiam, adhuc in custodia constitutus ad fratres ecclesiæ suæ scripsit; partim quo in statu versaretur exponens; partim eos adhortans, ut pietatem in Christum etiam post obitum suum jamjam imminentem, mordicus retinerent.*

DUAS, quæ sequuntur, epistolas primus edidit ex vetusto codice manuscripto Capituli Veronensis Marchio Scipio Maffei in *Osservazioni Letterarie*, vol. ii. p. 11—18. Is autem monuit deinceps a p. 19. ad p. 28. hasce reliquias, quæ apud nullum auctorem repertæ sunt, nominatim neque Athanasium neque Hilarium, e Græco antiquitus esse translatas; dum nonnulla verba, quæ vix Latina videntur, aut Græcismo attribuenda sunt, aut recte defendi possunt, ut vocabulum *scrupulositas*, quod apud Tertullianum extat, atque istud, *quæ a te conantur*, quod passivo sensu Columella posuit, verba enim ejusmodi *dici utroque*

versum, idque auctore Gellio lib. xv. c. 13. Ait præterea vir cl. compositas fuisse ineunte schismate Meletiano hasce epistolas, id vero constare ex ipsa epistola episcoporum; hoc est anno 306. ut tempora computavit Baronius, approbante et Basnagio; Athanasium enim in *Epistola* sua *ad Episcopos Ægypti et Lybiæ* anno 361. conscripta narrare, tunc durasse schisma annos 55. Nam contra Montfauconium ostendit Maffeus, respici ibidem ab Athanasio ad synodum tantum Nicænam his verbis; οἱ δὲ πρὸ τριάκοντα καὶ ἓξ ἐτῶν ἀπεδείχθησαν αἱρετικοὶ, καὶ τῆς ἐκκλησίας ἀπεβλήθησαν ἐκ κρίσεως πάσης τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου. Commemorari vero ait quatuor illos antistites, qui epistolam miserunt ad Meletium, ab Eusebio hoc loco, Φιλέας τε καὶ Ἡσύχιος καὶ Παχύμιος καὶ Θεόδωρος, τῶν ἀμφὶ τὴν Αἴγυπτον ἐκκλησιῶν ἐπίσκοποι· μυρίοι τε ἐπὶ τούτοις ἄλλοι διαφανεῖς, οἱ πρὸς τῶν κατὰ χώραν καὶ τόπον παροικιῶν μνημονεύονται. lib. viii. *Hist.* cap. 13. Idemque factum esse narrat ex Valesii ad Eusebium nota vir cl. in *Actis Græcis Passionis Petri Alexandrini;* quomodo in *Actis Latinis*, quæ Baronius adduxit, nominari Phileam, Hesychium, Theodorumque, omnium confessorum qui tenebantur in carcere *signiferos et præceptores*. A Philea vero ipsam epistolam compositam fuisse, conjecturam facit Maffeus, cum propter Eusebii de studio ejus in philosophicis disciplinis excolendis testimonium, epistolamque ejusdem Phileæ de martyribus conscriptam, tum quod ab Hieronymo inter scriptores ecclesiasticos ille censeatur. Quod vero præcipuum est judice Maffeo, Phileas, qui primus semper alibi positus est, ultimo loco propter verecundiam seipsum hic nominavit. Ex his porro fragmentis ostendit vir cl. errasse Basnagium in *Annalibus* an. 311. n. 14. dum propter ordinem, quem hæc commemorando servavit Eusebius, Petri post obitum passos esse martyres hos refert. Denique desumpta olim fuisse fragmenta istæc idem ille opinatur ex plurimis epistolis, quas S. Hilarius collegerat adduxeratque in opere suo historico *de Ariminensi Concilio*. Certe cum Arianis juncti postea sunt Meletii discipuli.

P. 381. l. 22. æstimantes] Vitium est in hac sententia; an legendum est *æstimantibus?* Mox *ad* pro *id* reposui.

Ibid. l. 23. nuntiatur aliena] Fortasse Græcismus est.

Ibid. l. 24. quæ a te conantur] Defendit ex Columella, ut modo dixi, Maffeus.

P. 382. l. 11. ab ipsis est constitutum et fixum] Confert cum Canone xxxv. qui dicitur Apostolorum Scipio Maf-

feus p. 20. Ἐπίσκοπον μὴ τολμᾷν ἔξω τῶν ἑαυτοῦ ὅρων χειροτονίας ποιεῖσθαι εἰς τὰς μὴ ὑποκειμένας αὐτῷ πόλεις καὶ χώρας. εἰ δὲ ἐλεγχθείη τοῦτο πεποιηκὼς παρὰ τὴν τῶν κατεχόντων τὰς πόλεις ἐκείνας ἢ τὰς χώρας γνώμην, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς, καὶ οὓς ἐχειροτόνησεν. Porro inde constare ait legis antiquitatem, quod *per successiones*, ut infra positum est ad lin. 22. *beatorum patrum nostrorum*, hoc est, usque ab apostolis, transmissa fuerit.

P. 382. l. 23. Christo susceptorum] Fortasse potius vertendum esset, *Christum suscipientium*, Χριστοδόχων, quemadmodum vox Θεοδόχος, quem Lexica similiter non habent, a Suicero in *Thesauro Ecclesiast. Deum suscipiens* exponitur. Porro infra habes ad lin. 23. pag. 383. *induti Christum*.

Ibid. l. 24. magni episcopi ac patris nostri Petri] Alexandrino papæ omnes Ægypti provinciæ subfuerunt.

Ibid. l. 32. pastore non subsistente] Videsis quæ de S. Petri fuga supra adnotavimus ad Fragmenta ejus p. 357.

Ibid. l. 34. circumeuntes et potentes visitare] Meminit S. Petrus in Epistola, quæ sequitur, horum περιοδευτῶν, *presbyterorum, quibus permissum erat egentes visitare*, scilicet Alexandriæ, ut scribit auctor, qui hasce duas epistolas adduxit. Conferas et verba ad lin. 16. pag. seq.

P. 383. l. 4. ab hac inquisitione aut dimittebamus] Fortasse post visitationem eorum; nisi locus emendatione egeat, et legendum, *ad hanc inquisitionem*.

Ibid. l. 7. in manibus probitate constituta] Græca ἐν χέρσι δικαιοσύνη *operationem* seu *actionem justam* signant.

Ibid. l. 9. subreptus] Fortasse scribendum *subrepticius*. In Gesneri *Thes. Lat.* habes, *Repticius*. ἐρπυστικός. Supra pro *tam viliter* legere malim *inutiliter*. Mox apud Petrum occurrit, *nihil per utilitatem*.

Ibid. l. 30. ordinandi. Adnuntiamus] Sic correxit Maffeus. In MS. *ordinando adnuntias*.

Ibid. l. 32. studeas] MS. *studetur* (correxit Maffeus). In laudato codice, collectionis historiæ auctor relatæ quatuor episcoporum epistolæ a Philea, ut videtur, conscriptæ subdit statim quæ sequuntur. GALLANDIUS.

P. 384. l. 12. ut cognoscatur concupiscentia Meletii] Petrus in *Epistola, Et indicium suæ cupiditatis in principatu* (for. *principatum*), *quosdam sibi ordinasse in carcere*. Legendum vero ait, sed sine sontica causa forsan, Maffeus, *et cognoscentes concupiscentiam Meletii*.

Ibid. l. 13. potestatem—de parœcia] H. e. potestas res ordinandi Alexandrinæ parœciæ.

Cæterum, quo magis illustrentur istæc fragmenta, unicam narrationem Epiphanianam de schismate Meletiano afferam, quam tamen a Meletiano quopiam accepisse eundem patrem, plerique omnes existimant.

Epiphanii Hæres. lxviii. num. 1—4.

Μελητιανῶν τι τάγμα ἐν τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ ὑπάρχει, ἀπὸ Μελητίου τινὸς ἐπισκόπου ἐν τῇ Θηβαΐδι γενομένου τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, καὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως. οὐ γάρ τι μετήλλαττεν ἡ πίστις αὐτοῦ ἐν καιρῷ τινι τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας. οὗτος ὁ Μελήτιος σύγχρονος ἦν καὶ συνακμαστὴς τοῦ προειρημένου Ἱερακά τε, καὶ καθεξῆς διαδιξάμενος, ὃς ἦν καὶ τοῦ ἁγίου Πέτρου τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου σύγχρονος. καὶ οὗτοι πάντες ἐπὶ τοῦ διωγμοῦ ἦσαν τοῦ γενομένου ἐπὶ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ. ἡ δὲ κατὰ τὸν Μελήτιον ὑπόθεσις, τοῦτον ἔχε τὸν τρόπον.

Σχίσμα ἐποίησεν, οὐ μὴν μετηλλαγμένως τὴν πίστιν γεγένηται. οὗτος ἐν καιρῷ τοῦ διωγμοῦ, ἅμα Πέτρῳ τῷ ἁγίῳ ἐπισκόπῳ καὶ μάρτυρι, καὶ τοῖς ἄλλοις μάρτυσι συλληφθεὶς ὑπὸ τῶν ἐπὶ τούτῳ ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐπιτεταγμένων τῶν κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ ἡγεμόνων τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ Αἰγύπτου· Κουλιανὸς μὲν ἦν ἔπαρχος τῆς Θηβαΐδος, Ἀλεξανδρείας δὲ Ἱεροκλῆς· καὶ ὁ μὲν Μελήτιος ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ καθειργμένος ἦν, αὐτός τε καὶ οἱ προειρημένοι μάρτυρες, ἅμα τῷ προειρημένῳ Πέτρῳ τῷ τῆς Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπῳ. ἐδόκει δὲ καὶ ὁ Μελήτιος τῶν [τὴν] κατὰ τὴν Αἴγυπτον προήκων, καὶ δευτερεύων τῷ Πέτρῳ κατὰ τὴν ἀρχιεπισκοπὴν, ὡς δι᾽ ἀντιλήψεως αὐτοῦ χάριν, ὑπ᾽ αὐτὸν δὲ ὢν, καὶ ὑπ᾽ αὐτὸν τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἀναφέρων. τοῦτο γὰρ ἔθος ἐστὶ, τὸν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ἀρχιεπίσκοπον πάσης τε Αἰγύπτου καὶ Θηβαΐδος, Μαραιώτου τε, καὶ Λιβύης, Ἀμμωνιακῆς, Μαραιώτιδός τε καὶ Πενταπόλεως, ἔχειν τὴν ἐκκλησιαστικὴν διοίκησιν. ἐπεὶ οὖν συλληφθέντες οὗτοι πάντες μαρτυρίου χάριν ἐν τῇ φυλακῇ ἔκραττον. χρόνῳ δὲ ἱκανῷ ἐπέμειναν καθειργμένοι. ἄλλοι δὲ πρὸ αὐτῶν παραδοθέντες ἐμαρτύρησαν, καὶ τὸ τέλος τοῦ βραβείου ἀπειλήφαν, καὶ ἐκοιμήθησαν. οὗτοι δὲ ὡς ἀκραίμονες καὶ μείζους ἐσύστερον ἐτηροῦντο.

Καὶ ἐπειδὴ τινῶν μὲν μαρτυρησάντων, ἄλλων δὲ τοῦ μαρτυρίου ἐκπεσόντων, καὶ τὴν ἀθεμιτουργίαν τῆς τῶν εἰδώλων θρησκείας πραξάντων, οἱ κατ᾽ ἀνάγκην καὶ θυσίαν ἐφήψαντο. παραπεσόντες οὖν, καὶ θύσαντες, καὶ παραβάντες, προσῆλθον τοῖς ὁμολογηταῖς τε καὶ μάρτυσιν, ὅπως τύχωσιν ἐλέους διὰ μετανοίας, οἱ μὲν ἀπὸ στρατιωτῶν ὄντες, οἱ δὲ ἀπὸ κληρικῶν ὑπάρχοντες διαφόρου κλήρου, πρεσβυτερίου τε, καὶ διακονίας, καὶ ἄλλων, κίνησις ἐγένετο ἀναμέσον τῶν μαρτύρων, καὶ τάραχος οὐχ ὁ τυχών· τῶν μὲν λεγόντων τοὺς ἅπαξ παραπεσόντας, καὶ ἀρνησαμένους, καὶ ἐν ἀνδρειότητι μὴ παραμείναντας, μηδὲ ἀγωνισαμένους, μὴ δεῖν ἀξιοῦσθαι εἰς μετάνοιαν, ἵνα μὴ καὶ οἱ ἔτι περιλειφθέντες ἔλαττον φροντίσαντες τῆς ἐπιτιμίας, διὰ τὴν τοιαύτην

θᾶτίον γενομένην αὐτοῖς συγχώρησιν, ἐκτραπῶσι, ϗ εἰς ἐπαρνησι-θείαν, καὶ ἀθεμιτουργίαν Ἑλληνισμοῦ ἔλθωσι. καὶ ἦν εὔλογον τὸ παρ' αὐτῶν τῶν ὁμολογητῶν λεγόμενον. ἦσαν δὲ οἱ τοῦτο λέγοντες, Μελήτιος, καὶ Πηλεὺς, καί τινες ἄλλοι πλείους τῶν μαρτύρων, καὶ ὁμολογητῶν ἅμα αὐτοῖς. ζῆλον τοίνυν τὸν ὑπὲρ Θεῦ ἀναδεδεγμένοι, δῆλον ὅτι ἔπαχον ταῦτα λέγοντες. ἔφασκον δὲ, εἰ ἄρα μετὰ τὸ παύσασθαι τὸν διωγμὸν μετὰ χρόνον ἱκανὸν δίδοσθαι τοῖς προειρημένοις, μετάνοιαν ἐν καιρῷ γενομένης εἰρήνης, ἐὰν ἐπ' ἀληθείας μετανοήσωσι, καὶ καρπὸν τῆς μετανοίας αὐτῶν ἐπιδείξωνται, οὐ μὴν ἵνα ἕκαςος δεξιωθῇ ἐν τῷ ἰδίῳ κλήρῳ, ἀλλὰ μετὰ χρόνου διάςημα συνάγεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ϗ ἐν τῇ κοινωνίᾳ, ἐν τῷ τάγματι, ϗ οὐκ ἐν κλήροις. καὶ ἦν φιλάληθες ϗ ζήλου πλῆρες τῦτο.

Ὁ δὲ ἁγιώτατος Πέτρος εὔσπλαγχνος ὢν, καὶ ὡς πατὴρ πάντων ὑπάρχων, ἐδέετο καὶ καθικέτευε λέγων, δεξώμεθα αὐτῦς μετανοῦντας, ϗ τάξωμεν αὐτοῖς μετάνοιαν εἰς τὸ παρακαθέζεσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ μὴ ἀποςρέψωμεν αὐτῦς, μήτε τὸν κλῆρον, ὡς ὁ εἰς ἡμᾶς ἐλθὼν λόγος περιέχει, μή ποτε εἰς αἰσχύνην, καὶ διὰ παρολκὴν τοῦ χρόνου οἱ ἅπαξ ὑπὸ ἀνανδρείας καὶ ἀσθενείας ὑπὸ διαβόλου ἐπισεισθέντες καὶ παρασαλευόμενοι τελείως ἐκτραπῶσι, καὶ μὴ ἰαθῶσιν, ὡς κατὰ τὸ γεγραμμένον, μὴ ἐκτραπῆναι τὸ χωλὸν, ἰαθῆναι δὲ μᾶλλον. καὶ ἦν μὲν τοῦ Πέτρου ὁ λόγος ὑπὲρ ἐλέους καὶ φιλανθρωπίας, ϗ τοῦ Μελητίου, ϗ τῶν ἅμα αὐτῷ, ὑπὲρ ἀληθείας καὶ ζήλου. ἐντεῦθεν διὰ τοῦ προσώπου τῆς ἀπὸ ἀμφοτέρων δοκύσης εὐσεβοῦς ὑποθέσεως τὸ σχίσμα γεγένηται, τῶν μὲν τῦτο φασκόντων, τῶν δὲ τῦτο. ὅτε γὰρ οἶδεν ὁ ἀρχιεπίσκοπος Πέτρος, ὅτι ἀντέςησαν τῇ βουλῇ τῆς αὐτῦ φιλανθρωπίας οἱ περὶ τὸν Μελήτιον, ζήλῳ θεϊκῷ περισσοτέρως φερόμενοι, καταπέτασμα αὐτὸς ὁ Πέτρος ἐποίησε μέσον τῆς φυλακῆς, ἱμάτιον ἐκπετάσας, τυτέςι λωδίκιον, εἴτ' οὖν παλλίον, ϗ κηρύξας διακόνυ (for. διὰ δ. Petav.), ὅτι οἵ τινές εἰσι τῆς ἐμῆς γνώμης, παρελθέτωσαν πρός με. ϗ οἵ τινες τῆς Μελητίυ γνώμης τυγχάνυσι, πρὸς Μελήτιον. καὶ διῃρέθη τὸ μὲν πλῆθος ἅμα Μελητίῳ, ἐπισκόπων τε, καὶ μοναχῶν, καὶ πρεσβυτέρων, καὶ ἄλλων ταγμάτων. ὀλίγοι δὲ παντελῶς ἅμα Πέτρῳ τῷ ἀρχιεπισκόπῳ, ἐπίσκοποί τε ϗ ἄλλοι ὀλίγοι. καὶ λοιπὸν, οὗτοι κατιδίαν ηὔχοντο, καὶ οὗτοι κατιδίαν, ϗ τὰς ἄλλας ἱερυργίας ὡσαύτως ἕκαςος ἰδίᾳ ἐπετέλει.

Γίνεται δὲ Πέτρον μαρτυρῆσαι, ϗ ἐτελειώθη ὁ μακάριος, διάδοχον καταλείψας Ἀλέξανδρον ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ. αὐτὸς γὰρ διαδέχεται τὸν θρόνον μετὰ τὸν προειρημένον Πέτρον. Μελήτιος δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ ἐξορισμῷ ὑπέπεσον, ὑπεροριθέντες ἐν τοῖς Παινησίοις μετάλλοις. ϗ τότε λοιπὸν, οἱ συρόμενοι ὄντες ὁμολογηταὶ, ἅμα Μελητίῳ, καὶ αὐτὸς Μελήτιος ἐν τῇ εἱρκτῇ, κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν, καθ' ἑκάςην χώραν, καὶ καθ' ἕκαςον τόπον διερχόμενος καθίςα κληρικῦς, ἐπισκόπους τε, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, ϗ ᾠκοδόμει ἐκκλησίας ἰδίας· καὶ οὔτε ὗτοι τούτοις ἐκοινώνυν, οὔτε ἐκεῖνοι τούτοις. ἐπέγραφον δὲ ἕκαςος ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐκκλησίᾳ, οἱ μὲν ἀπὸ τῦ Πέτρυ δια-

δεξάμενοι ἔχοντες τὰς ὔσας ἀρχαίας ἐκκλησίας, ὅτι ἐκκλησία καθολικὴ. οἱ δὲ ἀπὸ Μελητίου, ἐκκλησία μαρτύρων. ὅθεν καὶ ἐν Ἐλευθεροπόλει, καὶ ἐν Γάζῃ, καὶ ἐν Αἰλίᾳ παρελθὼν ὁ αὐτὸς Μελήτιος πολλὺς οὕτως ἐχειροτόνησε. καὶ γέγονεν αὐτὸν χρονοτριβῆσαι ἐν τοῖς προειρημένοις μετάλλοις. ἀλλὰ μεταξὺ ἀπολύονται τῶν μετάλλων οἱ ὁμολογηταὶ, οἵτε τῦ μέρους Πέτρου· ἦσαν γὰρ ἔτι πολλοί· καὶ οἱ τοῦ Μελητίου. οὔτε γὰρ ἐν τοῖς μετάλλοις ἀλλήλοις ἐκοινώνειν, ἢ συνηύχοντο. γίνεται δὲ τὸν Μελήτιον ἔτι διατρίψαι ἐν κόσμῳ χρόνον, ὥς τε συνακμάσαι καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ τοῦ Πέτρυ διαδόχῳ, τὰ φίλα τε ἔχειν, ἐμερίμνα τε τὰ περὶ τῆ ἐκκλησίας καὶ πίςεως. ἔφην γὰρ πολλάκις, ὅτι ὐδὲν εἶχεν παρηλλαγμένον.

Αὐτὸς γὰρ οὗτος ὁ Μελήτιος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γενόμενος, κἀκεῖσε διατρίβων χρόνον, ἔχων ἰδίαν τὴν σύναξιν σὺν τοῖς ἰδίοις, τὸν Ἄρειον ἐφώρασεν ἀνενέγκας ἐπὶ τὸν Ἀλέξανδρον. ὡς ἐνηχήθη δὲ τὸν Ἄρειον ἐν ταῖς αὐτῦ ἐξηγήσεσιν ἔξω τοῦ προκειμένου τῆς πίςεως βεβηκότα. ἦν γὰρ οὗτος ἐν Βαυκάλῃ τῇ ἐκκλησίᾳ οὕτω καλουμένῃ Ἀλεξανδρείας πρεσβύτερος. καθ' ἑκάςην γὰρ εἷς πρεσβύτερός ἐςιν ἀποτεταγμένος. ἦσαν γὰρ πολλαὶ ἐκκλησίαι, νῦν δὲ πλείους, καὶ αὐτῷ ἡ ἐκκλησία ἐγκεχείριςο· κἄν τε ἄλλος σὺν αὐτῷ ἦν· ὧν ἕνεκα γενόμενοι ἐν τῷ τόπῳ λέξομεν κατὰ λεπτότητα, ὅτε χρεία περὶ τούτου ἔςαι. ἐπεὶ οὖν ἐφώρασε τὸν Ἄρειον σπουδαίως Ἀλέξανδρος, συγκαλέσας ἐπισκόπους καὶ σύνοδον, ἐζήτει ἀξιῶν περὶ πίςεως, καὶ ἀπαιτῶν τὸν Ἄρειον περὶ τῆς ἐν αὐτῷ ἐγκισσηθείσης λύμης τῆς κακοδοξίας. ὁ δὲ Ἄρειος οὐ μὴν ἠρνήσατο, ἀλλὰ καὶ μετὰ τετριμμένυ προσώπου ὡς εἶχεν, οὕτως ἀπεκρίνατο, καὶ ἐξεοῖ μὲν Ἀλέξανδρος αὐτὸν τῆς ἐκκλησίας. ἐξεῦται δὲ ἅμα αὐτῷ πλῆθος πολὺ, οἱ ἀπ' αὐτῦ κεχρημμένοι παρθενευυσῶν καὶ ἄλλων κληρικῶν. p. 716. ed. Petavii.

I. *Est quædam in Ægypto Meletianorum factio, quæ a Meletio quodam in Thebaide olim episcopo nuncupatur. Qui quidem ad catholicam ecclesiam, sinceramque fidem nihilominus adhæsit: Neque enim ullo tempore a sanctæ et catholicæ ecclesiæ religione descivit. Floruit hic eodem quo Hieracas tempore, eumque ordine consequitur: quo etiam tempore sanctus Petrus Alexandrinus episcopus vixit. Atque omnes isti persecutionis illius tempore fuerunt, quæ a Diocletiano et Maximiano Imperatoribus excitata est. Quæ autem ad Meletium attinent, hoc modo sese habuerunt.*

Hic ecclesiam schismate discidit; ita tamen ut fidem nulla ex parte mutaret. Qui in illa persecutione una cum sancto Petro episcopo et martyre, cæterisque martyribus comprehensus est ab Alexandriæ et Ægypti Præfectis, quibus hoc ab Imperatoribus mandatum fuerat. Præerat tum Thebaidi Culeianus, Alexandriæ vero Hierocles. Meletius itaque cum martyribus, ac præcipue Petro archiepiscopo

Alexandrino, tum in vinculis habebatur. Atque ille quidem cæteris Ægypti episcopis antecellens, secundum a Petro dignitatis locum obtinebat, utpote illius adjutor: sed eidem tamen subjectus, et ad ipsum de caussis ecclesiasticis referens. Hic enim mos est Alexandrinorum archiepiscoporum, ut per totam Ægyptum, ac Thebaidem, Mareotidem, Lybiam, Ammoniacam, Mareotidem et Pentapolim ecclesiastica negotia administrent. Ergo omnes illi ob Christi nomen in custidiam dati diu in vinculis detenti sunt; ante quos nonnulli eadem de causa vincti martyrium obierunt, ac præmium morte consecuti sunt: cum interim isti tanquam primarii ac præstantiores in posterum reservati essent.

II. *Cumque nonnulli martyrium feliciter subiissent: alii vero ab eodem excidissent, et nefariam idolorum superstitionem admisissent, adeo ut vi ac necessitate sacrificarent, iidem post lapsum et sacrificia ad confessores et martyres accesserunt, ut pœnitentia misericordiam obtinerent. Quorum alii milites erant, alii ex variis clericorum ordinibus, presbyteris, diaconis, ac reliquis aliis. Hinc non minima inter martyres commotio, ac dissensio est exorta: negantibus aliis eos, qui semel lapsi essent, ac Christum abnegassent; nec fortitudinem ac constantiam retinuissent, aut certamen obiissent, recipiendos ad pœnitentiam esse: ne forte reliqui ob celerrime impetratam ab iis indulgentiam minore pœnarum metu, abripi sese paterentur, ac Deum negarent, execrandisque se Gentilium sacris polluerent. Et erat quod ab ejusmodi confessoribus dicebatur a ratione non alienum. Hi erant Meletius, et Peleus, aliique complures martyres, et confessores, quos divini honoris studio ac zelo inflammatos, cum hæc dicerent, fuisse non dubium est. Authores porro iidem erant, ut secundum persecutionem, post justum aliquod temporis spatium, pace constituta, pœnitentiæ illis locus indulgeretur: si quidem vere illam et ex animo susciperent, atque ejus fructus exhiberent: nec ita tamen, ut e clericis unusquisque pristinum in ordinem restitueretur, sed ut post aliquod tempus ad ecclesiam, ac communionem admissus in reliqua populi multitudine, non inter reliquos censeretur. Eratque hæc uti dixi, a veritatis amore profecta, et divini ardoris plenissima ratio.*

III. *Contra sanctissimus Petrus, utpote benignus ac misericors, et velut communis omnium parens, his illos verbis obsecrabat: Admittamus illos, quandoquidem peccati eos pœnitet, ac pœnitentiam illis constituamus, ut ad ecclesiam assideant, neque aut ipsos, aut clericos aversemur (his enim verbis usum esse constanti fama didicimus) ne et pudore, et*

dilatione illa temporis, qui semel præ imbecillitate et ignavia a diabolo concussi ac labefactati sunt penitus desciscant, nec remedium ullum adhibeant: quemadmodum sacræ litteræ præcipiunt: Non perverti claudum, sed sanari potius. *Quamobrem Petri quidem oratio ad clementiam humanitatemque spectabat, Meletii vero ac fautorum ejus veritatis, ac divini ardoris patrocinium susceperat. Cum ergo a se invicem diversa sentirent, ex eorum quæ utrinque pie ac religiose proferebantur occasione et specie schisma conflatum est. Etenim Petrus archiepiscopus cum animadverteret consilium suum humanitatis plenissimum Meletianis minime placuisse, quod ardentiore divini honoris studio flagrarent, medio in carcere pallium, quod lodicium dicitur, veli instar oppandens, proclamari a diacono jussit. Qui mecum sentiunt, huc ad me veniant: qui Meletii opinioni favent, ad Meletium. Quod cum ita factum esset, diviso in partes populo, episcoporum, monachorum, et presbyterorum, ac reliquorum ordinum major numerus sese ad Meletium adjunxit: pauci quidem episcoporum, et aliorum Petrum archiepiscopum secuti sunt. Quo ex tempore preces ac sacrificia, cæterasque omnes cerimonias separati a se invicem obierunt.*

Post hæc Petrus martyrio affectus est Alexandro successore relicto: hic enim post Petrum Alexandrinæ ecclesiæ præpositus est. Meletius vero cum aliis plerisque relegatus, et ad Phanesia metalla damnatus est. Post illud tempus Meletius cum omnibus illis confessoribus, qui tracti abreptique cum eo fuerant, tam in carcere, quam in itinere ac quamcunque regionem locumque peragraret, ibi clericos, episcopos, presbyteros, et diaconos instituit, ac privatas ecclesias fundavit, cum interim nec hi cum illis, nec illi cum his commune aliquid haberent. Porro suam quisque ecclesiam diversis nominibus inscribebat. Nam Petri successores, penes quos veteres erant ecclesiæ, catholicæ ecclesiæ titulum usurpabant: Meletiani ecclesiam martyrum. Igitur Eleutheropolim, Gazam, et Æliam profectus Meletius plerosque ad eum modum ordinavit. Acciditque ut ad metalla diutius detineretur. Sed ab iis tandem confessores liberati sunt, tam qui Petro favebant, (adhuc enim complures erant) quam Meletiani. Qui quidem in metallis a mutua communione abstinebant, ac ne simul quidem orabant. Meletius vero diu postea superstes fuit: adeo ut cum Alexandro quoque Petri successore floruerit, cum eoque familiaritatem habuerit; præcipuam porro ecclesiæ fideique curam gessit. Nam, ut sæpe dixi, nihil ab ea diversum aut alienum docuit.

IV. *Quinetiam cum idem Alexandriæ Meletius esset, ibique privatos cum suis conventus habens aliquandiu mansisset, Arium a se deprehensum ad Alexandrum detulit, cum eum accepisset a rectæ fidei scopo in Scripturis apud populum interpretandis aberrare. Arius enim Baucalæ cujusdam apud Alexandriam ecclesiæ presbyter erat. Nam unicuique ecclesiæ, quæ tum multæ erant, hodie vero plures sunt, suus attribuebatur presbyter: qua ratione procurandam ecclesiam illam Arius susceperat, sive quis alius adjunctus ei fuerat, de quibus suo loco, cum id necesse erit, accuratius agemus. Deprehenso igitur Ario, Alexander indicto episcoporum concilio de fide diligenter inquisiit, et ab Ario pravæ ac perniciosæ illius opinionis, quam animo conceperat, rationem exegit. Hic Arius nihil tergiversari, aut dissimulare: sed perfricta fronte, uti se res habebat, respondit. Quam ob rem Alexander eum ex ecclesia deturbavit, et cum eo ingens virginum ac cæterorum clericorum, quos ille depravarat, vis ejicitur.*

His ea subjungam, quæ scripsit de Meletio, sive Melitio, Athanasius, et ei deinceps apponam historicos Socratem et Sozomenum; qui quidem tres scriptores maxime duo priores, juxta ac fragmenta istæc, Sanctique Petri canones, cum Epiphanianis in rebus aliquibus male convenire videntur. Habet igitur Athanasius in *Apologia contra Arianos* num. 59. pag. 177. ed. Montfaucon. Πέτρος παρ' ἡμῖν πρὸ μὲν τοῦ διωγμοῦ γέγονεν ἐπίσκοπος, ἐν δὲ τῷ διωγμῷ καὶ ἐμαρτύρησεν. οὗτος Μελίτιον ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου λεγόμενον ἐπίσκοπον, ἐπὶ πολλαῖς ἐλεγχθέντα παρανομίαις καὶ θυσίᾳ ἐν κοινῇ συνόδῳ τῶν ἐπισκόπων καθεῖλεν. ἀλλὰ Μελίτιος οὐ πρὸς ἑτέραν σύνοδον κατέφυγεν, οὐδὲ ἐσπούδασεν ἀπολογήσασθαι τοῖς μετὰ ταῦτα, σχίσμα δὲ πεποίηκε, καὶ ἀντὶ Χριστιανῶν, Μελιτιανοὶ μέχρι νῦν οἱ τῆς ἐκείνου μερίδος ὀνομάζονται, εὐθύς τε τοὺς ἐπισκόπους λοιδορεῖν ἤρξατο, καὶ πρῶτον αὐτὸν Πέτρον, καὶ τὸν μετ' αὐτὸν Ἀχιλλᾶν διέβαλε, καὶ μετὰ Ἀχιλλᾶν Ἀλέξανδρον. *Petrus apud nos ante persecutionem episcopus in persecutione martyr occubuit. Hic Meletium qui episcopus in Ægypto erat, plurimorum convictum scelerum, ac potissimum quod immolasset idolis, in communi episcoporum synodo deposuit. Meletius vero neque ad aliam confugit synodum, neque curavit apud posteros sese purgare, sed schismatis autor fuit. Hincque factum ut ejus sectatores hactenus pro Christianis Meletiani audiant. Statimque ille episcopos maledictis cœpit incessere; primo quidem ipsum Petrum, dehinc Achillam calumniatus est, et post Achillam Alexandrum.* Athanasii ista secutus in hunc modum scribit Socrates lib. i. *Hist.* cap. 6. sub fin. Συνα-

νεμίγνυντο δὲ τοῖς Ἀρειανίζουσι Μελετιανοὶ, οἱ μικρὸν ἔμπροσθεν τῆς ἐκκλησίας χωρισθέντες. τίνες δέ εἰσιν οὗτοι, λεκτέον· ὑπὸ Πέτρου τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, τοῦ ἐπὶ Διοκλητιανοῦ μαρτυρήσαντος, Μελίτιός τις μιᾶς τῶν ἐν Αἰγύπτῳ πόλεων ἐπίσκοπος καθῃρέθη, δι' ἄλλας τε πολλὰς αἰτίας, καὶ μάλιστα ὅτι ἐν τῷ διωγμῷ ἀρνησάμενος τὴν πίστιν, ἐπέθυσεν. οὗτος καθαιρεθεὶς, πολλούς τε ἐσχηκὼς τοὺς ἑπομένους αὐτῷ, αἱρεσιάρχης κατέστη τῶν ἄχρι νῦν ἐξ αὐτοῦ κατὰ τὴν Αἴγυπτον Μελιτιανῶν καλουμένων. ἀπολογίαν τε οὐδὲ μίαν εὔλογον ἔχων τοῦ κεχωρίσθαι τῆς ἐκκλησίας, ἠδικῆσθαι μὲν ἔλεγεν ἑαυτὸν ἁπλῶς, ἐκακηγόρει δὲ καὶ ἐλοιδόρει τὸν Πέτρον. ἀλλὰ Πέτρος μὲν ἐν τῷ διωγμῷ μαρτυρήσας, ἐτελεύτησεν. ὁ δὲ μεταφέρει τὰς λοιδορίας ἐπὶ Ἀχιλλᾶν, ὃς μετὰ Πέτρον ἐπίσκοπος ἦν, καὶ αὖθις ἐπὶ τὸν μετὰ Ἀχιλλᾶν γεγενημένον Ἀλέξανδρον. ἐν τούτοις δὲ καθεστώτων αὐτῶν, ἐπιγίνεται τὸ κατὰ Ἄρειον ζήτημα· καὶ ὁ Μελίτιος ἅμα τοῖς αὐτοῦ, συνελαμβάνετο τῷ Ἀρείῳ, κατὰ τοῦ ἐπισκόπου συμφατριάζων αὐτῷ. *Cæterum Arianis sese adjunxerunt Melitiani, qui paulo ante ab ecclesia fuerant segregati. Quinam autem isti sint, operæ pretium fuerit dicere. Melitius quidam episcopus Ægypti a Petro Alexandriæ episcopo, qui sub Diocletiano martyrium consummavit, tum ob alias causas depositus est, cum præsertim eo quod persecutionis tempore fidem inficiatus, sacrificasset. Qui cum sacerdotio pulsus esset, multosque haberet sectatores, ducem atque auctorem se præbuit hæresis eorum, qui ab ejus nomine Meletiani in Ægypto etiamnum appellantur. Porro cum nullam haberet idoneam causam cur se ab ecclesia segregasset, se quidem affectum injuria esse dicebat Petrum vero maledictis et conviciis incessebat. Ac Petrus quidem persecutionis tempore martyrio est coronatus. Melitius vero calumnias suas transtulit primum in Achillam, qui Petro in episcopatu successerat, deinde in Alexandrum Achillæ successorem. Dum hæc ab illis geruntur, orta est Arii controversia: et Melitius una cum suis Arii partes fovit, cum illo conspirans adversus episcopum.* Sozomenus denique lib. i. *Hist.* cap. 15. hæc posuit. Ἦρξε δὲ τούτων τῶν λόγων Ἄρειος, πρεσβύτερος τῆς κατ' Αἴγυπτον Ἀλεξανδρείας· ὃς ἐξ ἀρχῆς σπουδαῖος εἶναι περὶ τὸ δόγμα δόξας, νεωτερίζοντι Μελετίῳ συνέπραττε. καταλιπὼν δὲ τοῦτον, ἐχειροτονήθη διάκονος παρὰ Πέτρου τοῦ Ἀλεξανδρέων ἐπισκόπου· καὶ πάλιν αὖ παρ' αὐτοῦ τῆς ἐκκλησίας ἐξεβλήθη, καθότι Πέτρου τοὺς Μελιτίου σπουδαστὰς ἀποκηρύξαντος, καὶ τὸ αὐτῶν βάπτισμα μὴ προσιεμένου, τοῖς γινομένοις ἐπέσκηπτε, καὶ ἠρεμεῖν οὐκ ἠνείχετο. ἐπεὶ δὲ Πέτρος ἐμαρτύρησε, συγγνώμην αἰτήσας Ἀχιλλᾶν, &c. *Harum autem disputationum auctor fuit Arius, Alexandriæ quæ est in Ægypto presbyter. Qui cum rectæ doctrinæ studiosus propagator initio*

visus esset, Melitium res novas in ecclesia molientem adjuvit. Postea vero relictis ejus partibus, a Petro Alexandrinorum episcopo diaconus est ordinatus. Rursus tamen ecclesia pulsus est ab eodem, propterea quod cum Petrus fautores Meletii excommunicasset nec eorum baptismum admitteret, ipse Petri acta reprehendebat, neque ullo modo quiescere sustinebat. Postea vero quam Petrus martyrium pertulisset, Arius ab Achilla veniam precatus, &c. Et deinceps in ejusd. lib. *Hist.* suæ c. 24. de Meletio hæc habet Sozomenus. Ἐφάνη δὲ τοῦτο τῇ συνόδῳ (synodo Nicænæ) δίκαιον, λογιζομένῃ τὸ προπετὲς καὶ ἕτοιμον εἰς χειροτονίαν Μελιτίου καὶ τῶν τὰ αὐτὰ φρονούντων· ὥςε καὶ Πέτρου τοῦ μαρτυρήσαντος, ἡνίκα ἡγεῖτο τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας, φεύγοντος διὰ τὸν τότε διωγμὸν, τὰς διαφερούσας αὐτῷ χειροτονίας ὑφήρπασε. *Atque id æquum esse synodus judicavit, reputans scilicet Melitii, ejusque consortium, præcipitem in ordinationibus faciendis temeritatem. Quippe qui dum Petrus episcopus Alexandriæ, qui postea martyrium consummavit, ob sævientem tunc persecutionem fugisset, ordinationes ad illum pertinentes sibi vindicaverat.*

Jam vero adductis his scriptoribus, animadvertendum est, quanquam in *Epiphanianis* scriptum extet, Petrum se opposuisse Meletio nolenti clericos, qui lapsi essent, pristinum in ordinem recipere, hoc laxamentum S. Petro adscriptum non tantum consuetudini ecclesiæ universæ contrarium esse, sed etiam Petri ipsius adversari sententiæ, qui in Canone suo X. clericos lapsos, etsi certamen redintegraverint, a sacro ministerio arcendos esse statuit. Quod enim positum est in canone proxime sequente, de laicis tantum interpretandum videtur. Porro ex fragmentis Maffeanis constat, causam finxisse sibi schismaticarum suarum ordinationum Meletium, diminutum numerum ministrorum sacrorum, non, quod *Epiphaniana* volunt, præproperam lapsorum ad communionem receptionem. Adde, quod cum Meletio extra carcerem posito expostulaverunt hi martyres et episcopi, non incarceratum eundem Meletium Petrus vinctus et ipse a se separavit. Majorem quoque fidelium numerum a partibus Meletii stetisse, id vehementer dubitandum est. Verumtamen, cum teste fragmento Maffeano Meletius quosdam *sibi ordinaverit in carcere atque in metallis constitutos,* inde fortasse orta est historiola de ecclesia martyrum, quæ ecclesiæ catholicæ opposita fuerit. Atque fatendum quidem, non confirmari ex hocce fragmento, quod de Meletii idololatria Athanasius, et post eum Socrates aliique scriptores, tradiderunt,

nempe hunc a Petro depositum fuisse, cum multis aliis de causis, tum quod idolis sacrificasset. Nam, ut monet Maffeus ad pag. 26. *Osservaz.* cum nihil omnino in epistola sua Petrus ei objecerit præter *principatus cupiditatem*, vix et ne vix quidem credendum est, tum temporis sacrificasse Meletium, magis vero postea ab eo patratum esse hoc delictum. Porro dum *Epiphaniana* asserunt, Arium apud Alexandrum hæresis a Meletio postulatum fuisse, iis minime adversatur fragmentum nostrum, in quo Arius Meletio favisse dicitur; nam Arium partes ejusdem Meletii reliquisse, antequam a S. Petro diaconus ordinatus esset, id supra testatus est Sozomenus.

Cæterum post sopitas a Concilio Nicæno has lites, jamjam moriturus Meletius Joannem quendam in suum locum subrogasse fertur; quo facto Meletiani cum Arianis conjuncti ecclesiam turbare perrexerunt; ita narrant Sozomenus in lib. ii. *Hist.* suæ capp. 21—23. et Epiphanius in posteriore parte *Hæres.* lxviii. quæ *Meletianorum* est. Atque etiam quinto ecclesiæ sæculo idem adhuc perstitisse schisma, liquet ex Theodoreti *Hæret. Fab.* lib. iv. cap. 7.

CONCILII ANCYRANI

CANONES.

CANONES SYNODI ANCYRANÆ,

QUÆ APUD ANCYRAM GALATIÆ METROPOLIM

POST INITIUM SÆCULI QUARTI HABITA EST.

Κάνονες τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ συνελθόντων μακαρίων πατέρων· οἵτινες προγενέστεροι μέν εἰσι τῶν ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθέντων κανόνων, δευτερεύουσι δὲ διὰ τὴν τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου αὐθεντίαν.

ΚΑΝΩΝ Α.

ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥΣ *τοὺς ἐπιθύσαντας, εἶτα ἀναπαλαίσαντας, μήτε ἐκ μεθόδου τινος, ἀλλ' ἐξ ἀληθείας, μήτε προκατασκευάσαντας καὶ ἐπιτηδεύσαντας, καὶ πείσαντας, ἵνα δόξωσι μὲν βασάνοις ὑποβάλλεσθαι, ταύτας δὲ τῷ δοκεῖν καὶ τῷ σχήματι προσαχθῆναι· τούτους ἔδοξε τῆς μὲν τίμης τῆς κατὰ τὴν καθέδραν μετέχειν, προσφέρειν δὲ αὐτοὺς ἢ ὁμιλεῖν, ἢ ὅλως λειτουργεῖν τι τῶν ἱερατικῶν λειτουργιῶν μὴ ἐξεῖναι.*

Ex Vet. Interpretatione Dionysii Exigui.

[Canones Beatorum Patrum, qui Ancyræ convenerunt, qui quidem canonibus Nicænis antiquiores sunt, sed postpositi sunt propter authoritatem Synodi Œcumenicæ.]

CANON I.

Presbyteros immolantes, et iterum luctamen adeuntes, si hoc non per illusionem aliquam, sed ex veritate fecerint, ut iterum teneri viderentur, aut tormentis subjici, quo facinus pati viderentur inviti: hos ergo placuit honorem quidem sedis retinere; offerre autem illis, et sermonem ad populum facere, aut aliquibus sacerdotalibus officiis fungi, non liceat.

ΚΑΝΩΝ Β.

Διακόνους ὁμοίως θύσαντας, μετὰ δὲ ταῦτα, ἀναπαλαίσαντας, τὴν μὲν ἄλλην τίμην ἔχειν, πεπαῦσθαι δὲ αὐτοὺς πάσης τῆς ἱερατικῆς λειτουργίας, τῆς τε τοῦ ἄρτον ἢ ποτήριον ἀναφέρειν, ἢ κηρύσσειν. εἰ μέντοι τινὲς τῶν ἐπισκόπων τούτοις συνίδοιεν κάματόν τινα ἢ ταπείνωσιν πραότητος, καὶ ἐθέλοιεν πλεῖόν τι διδόναι ἢ ἀφαιρεῖν, ἐπ' αὐτοῖς εἶναι τὴν ἐξουσίαν.

ΚΑΝΩΝ Γ.

Τοὺς φεύγοντας καὶ συλληφθέντας, ἢ ὑπὸ οἰκείων παραδοθέντας, ἢ ἄλλως τὰ ὑπάρχοντα ἀφαιρεθέντας, ἢ ὑπομείναντας βασάνους, ἢ εἰς δεσμωτήριον ἐμβληθέντας, βοῶντας τε ὅτι εἰσὶ Χριστιανοὶ, καὶ περιεχεθέντας, ἤτοι εἰς τὰς χεῖρας πρὸς βίαν ἐμβαλόντων τῶν βιαζομένων, ἢ βρῶμά τι πρὸς ἀναγκὴν δεξαμένους, ὁμολογοῦντας δὲ δι' ὅλου, ὅτι εἰσὶ Χριστιανοὶ, καὶ τὸ πένθος τοῦ συμβάντος ἀεὶ ἐπεδεικνυμένους, τῇ πάσῃ καταστολῇ καὶ τῷ σχήματι καὶ τῇ τοῦ βίου ταπεινότητι· τούτους ὡς ἔξω

CANON II.

Diaconi similiter qui immolaverunt, honorem quidem habeant: cessent vero ab omni sacro ministerio, sive a pane, sive a calice offerendo, vel prædicando. Quod si quidam episcoporum conscii sunt laboris eorum et humilitatis, et mansuetudinis, et voluerint eis aliquid amplius tribuere, vel adimere, penes ipsos erit potestas.

CANON III.

Qui fugientes comprehensi sunt, vel a domesticis traditi, vel ademptis facultatibus sustinuere tormenta, aut in custodiam trusi, proclamaverunt se Christianos esse, et eo usque adstricti sunt, ut manus eorum comprehendentes, violenter attraherent, et funestis sacrificiis admoverent, aut aliquid polluti cibi per necessitatem sumere cogerentur; confitentes jugiter se Christianos esse, et luctum rei, quæ contigit, incessabiliter ostendentes omni dejectione et habitu et humilitate

ἁμαρτήματος ὄντας, τῆς κοινωνίας μὴ κωλύεσθαι. εἰ δὲ καὶ ἐκωλύθησαν ὑπό τινος, περισσοτέρας ἀκριβείας ἕνεκεν, ἢ καί τινων ἀγνοίᾳ, εὐθὺς προσδεχθῆναι. τοῦτο δὲ ὁμοίως ἐπί τε τῶν ἐκ τοῦ κλήρου καὶ τῶν ἄλλων λαϊκῶν. προσεξετάσθη δὲ κἀκεῖνο, εἰ δύνανται καὶ λαϊκοὶ, τῇ αὐτῇ ἀνάγκῃ ὑποπεσόντες, προάγεσθαι εἰς τάξιν. ἔδοξεν οὖν καὶ τούτους, ὡς μηδὲν ἡμαρτηκότας, εἰ καὶ ἡ προλαβοῦσα εὑρίσκοιτο ὀρθὴ τοῦ βίου πολιτεία, προχειρίζεσθαι.

ΚΑΝΩΝ Δ.

Περὶ τῶν πρὸς βίαν θυσάντων, ἐπὶ δὲ τούτοις καὶ τῶν δειπνησάντων εἰς τὰ εἴδωλα, ὅσοι μὲν ἀπαγόμενοι, καὶ σχήματι φαιδροτέρῳ ἀνῆλθον, καὶ ἐσθῆτι ἐχρήσαντο πολυτελεστέρᾳ, καὶ μετέσχον τοῦ παρασκευασθέντος δείπνου ἀδιαφόρως· ἔδοξεν, ἐνιαυτὸν ἀκροᾶσθαι, ὑποπεσεῖν δὲ τρία ἔτη, εὐχῆς δὲ μόνης κοινωνῆσαι ἔτη δύο, καὶ τότε ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον.

vitæ: hos velut extra delictum constitutos, a communionis gratia non vetamus. Si vero prohibiti sunt ab aliquibus, propter ampliorem cautelam, vel propter quorumdam ignorantiam, statim recipiantur. Hoc autem similiter et de clericis, et de laïcis ceteris observari conveniet. Perquisitum est autem et illud, si possunt etiam laïci, qui in has necessitatis angustias inciderunt, ad clericatus ordinem promoveri: placuit ergo, et hos, tamquam qui nihil peccaverunt, si et præcedens eorum vita probabilis sit, ad hoc officium provehi.

CANON IV.

De his qui sacrificare coacti sunt, insuper et cœnaverunt in idolio, quicumque eorum, cum ducerentur, lætiore habitu fuerunt et vestimentis pretiosioribus usi sunt, et præparatæ cœnæ indifferenter participes exstiterunt: placuit, eos inter audientes uno anno constitui; succumbere vero tribus annis; in oratione autem communicare biennio; et tunc ad perfectionis gratiam pervenire.

ΚΑΝΩΝ Ε.

Ὅσοι δὲ ἀνῆλθον μετὰ ἐσθῆτος πενθικῆς, καὶ ἀναπεσόντες ἔφαγον, μεταξὺ δι' ὅλης τῆς ἀνακλίσεως δακρύοντες, εἰ ἐπλήρωσαν τὸν τῆς ὑποπτώσεως τριετῆ χρόνον χωρὶς προσφορᾶς δεχθήτωσαν. εἰ δὲ μὴ ἔφαγον, δύο ὑποπεσόντες ἔτη, τῷ τρίτῳ κοινωνησάτωσαν χωρὶς προσφορᾶς, ἵνα τὸ τέλειον τῇ τριετίᾳ λάβωσι· τοὺς δὲ ἐπισκόπους ἐξουσίαν ἔχειν τὸν τρόπον τῆς ἐπιστροφῆς δοκιμάσαντας φιλανθρωπεύεσθαι, ἢ πλείονα προστίθεναι χρόνον. πρὸ πάντων δὲ καὶ ὁ προάγων βίος, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα, ἐξεταζέσθω, καὶ οὕτως ἡ φιλανθρωπία ἐπιμετρείσθω.

ΚΑΝΩΝ ς'.

Περὶ τῶν ἀπειλῇ μόνον εἰξάντων κολάσεως, καὶ ἀφαιρέσεως ὑπαρχόντων ἢ μετοικίας, καὶ θυσάντων, καὶ μέχρι τοῦ παρόντος καιροῦ μὴ μετανοησάντων, μηδὲ ἐπιστρεψάντων, νῦν δὲ παρὰ τὸν καιρὸν τῆς συνόδου προσελθόντων, καὶ εἰς διάνοιαν τῆς ἐπιστροφῆς γενομένων· ἔδοξε μέχρι

CANON V.

Quotquot autem ascendefunt templa veste lugubri, et recumbentes per omne tempus flevere discubitus, si compleverunt pœnitentiam triennii temporis, sine oblatione suscipiantur. Si autem non manducaverunt, biennio subjecti pœnitentiæ, tertio anno sine oblatione communicent, ut perfectionem quadriennio consequantur. Penes autem episcopos erit potestas modum conversationis eorum probantes, vel humanius erga eos agere, vel amplius tempus adjicere. Ante omnia vero præcedens eorum vita, et posterior inquiratur, et ita eis impertiatur humanitas.

CANON VI.

De his qui minis tantum cessere pœnarum, aut privatione facultatum territi, aut demigratione, sacrificaverunt; et hactenus pœnitudinis negligentes, neque conversi, nunc hujus concilii tempore semet obtulerunt, conversionis suæ consilia capientes: placuit usque

τῆς μεγάλης ἡμέρας εἰς ἀκρόασιν δεχθῆναι, καὶ μετὰ τὴν μεγάλην ἡμέραν ὑποπεσεῖν τρία ἔτη, καὶ μετὰ ἄλλα δύο ἔτη κοινωνῆσαι χωρὶς προσφορᾶς, καὶ οὕτως ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον, ὥστε τὴν πᾶσαν ἑξαετίαν πληρῶσαι. εἰ δέ τινες πρὸ τῆς συνόδου ταύτης ἐδέχθησαν εἰς μετάνοιαν, ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου λελογίσθαι αὐτοῖς τὴν ἀρχὴν τῆς ἑξαετίας. εἰ μέντοι τὶς κίνδυνος καὶ θανάτου προσδοκία ἐκ νόσου ἢ ἄλλης τινὸς προφάσεως συμβαίη, τούτους ἐπὶ ὅρῳ δεχθῆναι.

ΚΑΝΩΝ Ζ.

Περὶ τῶν συνεστιαθέντων ἐν ἑορτῇ ἐθνικῇ, ἐν τόπῳ ἀφωρισμένῳ τοῖς ἐθνικοῖς, ἴδια βρώματα ἐπικομισαμένων καὶ φαγόντων· ἔδοξε διετίαν ὑποπεσόντας δεχθῆναι. τὸ δὲ εἰ χρὴ μετὰ τῆς προσφορᾶς ἕκαστον, τῶν ἐπισκόπων ἔστω δοκιμάσαι, καὶ τὸν ἄλλον βίον ἐφ' ἑκάστου ἐξετάσαι.

ΚΑΝΩΝ Η.

Οἱ δὲ δεύτερον καὶ τρίτον θύσαντες μετὰ βίας, τετραε-

ad magnum diem eos inter audientes suscipi, et post magnum diem triennio pœnitentiam agere, et postmodum duobus annis sine oblatione communicare: et tunc demum sex annis completis, ad perfectionis gratiam pervenire. Si vero quidam ante hanc synodum suscepti sunt ad pœnitentiam, ex illo tempore initium eis sexennii computetur. Si quod autem periculum, vel mortis exspectatio, aut ex infirmitate, aut ex aliqua occasione contigerit, his sub definitione statuta, communio non negetur.

CANON VII.

De his qui festis diebus gentilium, in remotis eorum locis convivia celebrarunt cibosque proprios deferentes, ibidem comederunt: placuit, post pœnitentiam biennii eos suscipi. Utrum vero cum oblatione, singuli episcoporum probantes vitam eorum et singulos actus examinent.

CANON VIII.

Hi, qui secundo et tertio sacrificaverunt coacti, quatuor

τίαν ὑποπεσέτωσαν, δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωνησάτωσαν, καὶ τῷ ἑβδόμῳ τελείως δεχθήτωσαν.

ΚΑΝΩΝ Θ.

Ὅσοι δὲ μὴ μόνον ἀπέστησαν, ἀλλὰ καὶ ἐπανάστησαν, καὶ ἠνάγκασαν ἀδελφοὺς, καὶ αἴτιοι ἐγένοντο τοῦ ἀναγκασθῆναι, οὗτοι ἔτη μὲν τρία τὸν τῆς ἀκροάσεως δεξάσθωσαν τόπον, ἐν δὲ ἄλλῃ ἑξαετίᾳ τὸν τῆς ὑποπτώσεως, ἄλλον δὲ ἐνιαυτὸν κοινωνησάτωσαν χωρὶς προσφορᾶς· ἵνα τὴν δεκαετίαν πληρώσαντες τοῦ τελείου μετάσχωσιν. ἐν μέντοι τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ τὸν ἄλλον αὐτῶν ἐπιτηρεῖσθαι βίον.

ΚΑΝΩΝ Ι.

Διάκονοι ὅσοι καθίστανται, παρ' αὐτὴν τὴν κατάστασιν εἰ ἐμαρτύραντο, καὶ ἔφασαν χρῆναι γαμῆσαι, μὴ δυνάμενοι [a] οὕτω μένειν· οὗτοι μετὰ ταῦτα γαμήσαντες ἔστωσαν ἐν τῇ ὑπηρεσίᾳ, διὰ τὸ ἐπιτραπῆναι αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ ἐπισκό-

annis pœnitentiæ subjiciantur, duobus autem aliis sine oblatione communicent, et septimo anno perfecte recipiantur.

CANON IX.

Quotquot autem non solum ipsi deviarunt, sed etiam insurrexerunt, et compulerunt fratres, et causas præbuerunt ut cogerentur: hi per triennium quidem locum inter audientes accipiant, per aliud vero sexennium pœnitentiæ subjiciantur acriori, et alio anno communionem sine oblatione percipiant, ut perfectionem expleto decennio consequantur. Inter hæc autem et eorum vita pensanda est.

CANON X.

Diaconi, quicumque ordinantur, si in ipsa ordinatione protestati sunt, et dixerunt velle se conjugio copulari, quia sic manere non possunt: hi, si postmodum uxores duxerint, in ministerio maneant, propterea quod eis episcopus licen-

[a] 1 Cor. vii. 40.

που. τοῦτο δὲ εἴ τινες σιωπήσαντες, καὶ καταδεξάμενοι ἐν τῇ χειροτονίᾳ μένειν οὕτως, μετὰ ταῦτα ἦλθον ἐπὶ γάμον, πεπαῦσθαι αὐτοὺς τῆς διακονίας.

ΚΑΝΩΝ ΙΑ.

Τὰς μνηστευθείσας κόρας καὶ μετὰ ταῦτα ὑπ' ἄλλων ἁρπαγείσας, ἔδοξεν ἀποδίδοσθαι τοῖς προμνηστευσαμένοις, εἰ καὶ βίαν ὑπ' αὐτῶν πάθοιεν.

ΚΑΝΩΝ ΙΒ.

Τοὺς πρὸ τοῦ βαπτίσματος τεθυκότας, καὶ μετὰ ταῦτα βαπτισθέντας, ἔδοξεν εἰς τάξιν προάγεσθαι, ὡς ἀπολουσαμένους.

ΚΑΝΩΝ ΙΓ.

Χωρεπισκόποις μὴ ἐξεῖναι πρεσβυτέρους ἢ διακόνους χειροτονεῖν, ἀλλὰ μὴν μηδὲ πρεσβυτέρους πόλεως, χωρὶς τοῦ ἐπιτραπῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου μετὰ γραμμάτων, ἐν ἑκάστῃ παροικίᾳ.

tiam dederit. Quicumque sane tacuerunt, et susceperunt manus impositionem, professi continentiam, et postea nuptiis obligati sunt, a ministerio cessare debebunt.

CANON XI.

Desponsatas puellas, et post ab aliis raptas, placuit erui, et eis reddi, quibus ante fuerant desponsatæ, etiamsi eis a raptoribus vim illatam constiterit.

CANON XII.

Eos, qui ante baptisma sacrificaverunt idolis, et postea baptisma consecuti sunt, placuit ad ordinem provehi, eo quod probentur abluti.

CANON XIII.

Chorepiscopis non licere presbyteros aut diaconos ordinare; sed nec presbyteris civitatis, sine præcepto episcopi vel litteris, in unaquaque parochia. [Adjectum est, *aliquid imperare, nec sine auctoritate litterarum ejus, in unaquaque parochia aliquid agere.*]

ΚΑΝΩΝ ΙΔ.

Τοὺς ἐν κλήρῳ, πρεσβυτέρους ἢ διακόνους ὄντας, καὶ ἀπεχομένους κρεῶν, ἔδοξεν ἐφάπτεσθαι, καὶ οὕτως, εἰ βούλοιντο, κρατεῖν ἑαυτῶν· εἰ δὲ βδελύσσοιντο ὡς μηδὲ τὰ μετὰ κρεῶν βαλλόμενα λάχανα ἐσθίειν, καὶ μὴ ὑπείκοιεν τῷ κανόνι, πεπαῦσθαι αὐτοὺς τῆς τάξεως.

ΚΑΝΩΝ ΙΕ.

Περὶ τῶν διαφερόντων τῷ κυριακῷ· ὅσα ἐπισκόπου μὴ ὄντος πρεσβύτεροι ἐπώλησαν, ἀνακαλεῖσθαι τὸ κυριακόν. ἐν δὲ τῇ κρίσει τοῦ ἐπισκόπου εἶναι, εἴπερ προσήκει ἀπολαβεῖν τὴν τιμὴν (for. excidit τοὺς ὠνητὰς), εἴτε καὶ μὴ, διὰ τὸ πολλάκις τὴν πρόσοδον τῶν πεπραμένων ἀποδεδωκέναι αὐτοῖς τούτοις πλείονα τὴν τιμήν.

ΚΑΝΩΝ ιϛ'.

Περὶ τῶν ἀλογευσαμένων, ἢ καὶ ἀλογευομένων· ὅσοι πρὶν εἰκοσαετεῖς γενέσθαι, ἥμαρτον, πέντε καὶ δέκα ἔτεσιν ὑπο-

CANON XIV.

Hi qui in clero sunt presbyteri et diaconi, et a carnibus abstinent, placuit eas quidem contingere; et ita, si voluerint, continere. Quod si in tantum eas abominantur, ut nec olera, quæ cum eis coquuntur, existiment comedenda, tamquam non consentientes regulæ, ab ordine cessare debebunt.

CANON XV.

De his quæ pertinent ad ecclesiam, quæcumque, cum non esset episcopus, presbyteri vendiderunt, placuit rescisso contractu, ad jura ecclesiastica revocari. In judicio autem erit episcopi si pretium debeat recipi, necne: quia plerumque rerum distractarum reditus ampliorem summam pro pretio dato reddiderit.

CANON XVI.

De his qui irrationabiliter versati sunt, sive versantur. Quotquot ante vicessimum an-

πεσόντες, κοινωνίας τυγχανέτωσαν τῆς εἰς τὰς προσευχάς. εἶτα ἐν τῇ κοινωνίᾳ διατελέσαντες ἔτη πέντε, τότε καὶ τῆς προσφορᾶς ἐφαπτέσθωσαν. ἐξεταζέσθω δὲ αὐτῶν καὶ ὁ ἐν τῇ ὑποπτώσει βίος· καὶ οὕτως τυγχανέτωσαν τῆς φιλανθρωπίας. εἰ δέ τινες κατακόρως ἐν τοῖς ἁμαρτήμασι γεγονάσι, τὴν μακρὰν ἐχέτωσαν ὑπόπτωσιν. ὅσοι οὖν ὑπερβάντες τὴν ἡλικίαν ταύτην, καὶ γυναῖκας ἔχοντες, περιπεπτώκασι τῷ ἁμαρτήματι, πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτη ὑποπεσόντες κοινωνίας τυγχανέτωσαν τῆς εἰς τὰς προσευχάς. εἶτα ἐκτελέσαντες πέντε ἔτη ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῶν εὐχῶν, τυγχανέτωσαν τῆς προσφορᾶς. εἰ δέ τινες καὶ γυναῖκας ἔχοντες, καὶ ὑπερβάντες τὸν πεντηκονταετῆ χρόνον, ἥμαρτον, ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ τοῦ βίου τυγχανέτωσαν τῆς κοινωνίας.

ΚΑΝΩΝ ΙΖ.

Τοὺς ἀλογευσαμένους καὶ λεπροὺς ὄντας, ἤτοι λεπρώσαντας, τούτους προσέταξεν ἡ ἁγία σύνοδος εἰς τοὺς χειμαζομένους εὔχεσθαι.

num tale crimen commiserint, quindecim annis exactis in pœnitentia, communionem mereantur orationum. Deinde quinquennio in hac communione durantes, tunc demum oblationis sacramenta contingant. Discutiatur autem et vita eorum, qualis tempore pœnitudinis extiterit, et ita misericordiam consequantur. Quod si inexplebiliter his hæsere criminibus, ad agendam pœnitentiam prolixius tempus insumant. Quotquot autem peracta viginti annorum ætate, et uxores habentes, hoc peccato prolapsi sunt, viginti quinque annis pœnitudinem gerentes, in communionem suscipiantur orationum. In qua quinquennio perdurantes, tunc demum oblationis sacramenta percipiant. Quod si qui et uxores habentes, et transcendentes quinquagesimum annum ætatis, ita deliquerint, ad exitum vitæ communionis gratiam consequantur.

CANON XVII.

Eos qui irrationabiliter vixerint, et lepra injusti criminis alios polluerint, præcepit sancta synodus inter eos orare, qui spiritu periclitantur immundo.

ΚΑΝΩΝ ΙΗ.

Εἴ τινες ἐπίσκοποι κατασταθέντες, καὶ μὴ δεχθέντες ὑπὸ τῆς παροικίας ἐκείνης, εἰς ἣν ὠνομάσθησαν, ἑτέραις βούλοιντο παροικίαις ἐπιέναι, καὶ βιάζεσθαι τοὺς καθεστῶτας, καὶ στάσεις κινεῖν κατ' αὐτῶν, τούτους ἀφορίζεσθαι. ἐὰν μέντοι βούλοιντο εἰς τὸ πρεσβυτέριον καθίζεσθαι, ἔνθα ἦσαν πρότερον πρεσβύτεροι, μὴ ἀποβάλλεσθαι αὐτοὺς τῆς τιμῆς· ἐὰν δὲ διαστασιάζωσι πρὸς τοὺς καθεστῶτας ἐκεῖ ἐπισκόπους, ἀφαιρεῖσθαι αὐτοὺς καὶ τὴν τιμὴν τοῦ πρεσβυτερίου, καὶ γίνεσθαι αὐτοὺς ἐκκηρύκτους.

ΚΑΝΩΝ ΙΘ.

Ὅσοι παρθενίαν ἐπαγγελλόμενοι, ἀθετοῦσι τὴν ἐπαγγελίαν, τὸν τῶν διγάμων ὅρον ἐκπληρούτωσαν. τὰς μέντοι συνερχομένας παρθένους τισὶν ὡς ἀδελφὰς, ἐκωλυσάμην.

ΚΑΝΩΝ Κ.

Ἐάν τινος γυνὴ μοιχευθῇ, ἢ μοιχεύσῃ τις, ἐν ἑπτὰ

CANON XVIII.

Si qui episcopi ordinati sunt, nec recepti ab illa parochia, in qua fuerant denominati, voluerintque alias occupare parochias, et vim præsulibus earum inferre, seditiones adversus eos excitando, hos abjici placuit. Quod si voluerint in presbyterii ordine, ubi prius fuerant, ut presbyteri residere, non abjiciantur propria dignitate. Si autem seditiones commovent ibidem constitutis episcopis, presbyterii quoque honor talibus auferatur, fiantque damnatione notabiles.

CANON XIX.

Quotquot virginitatem promittentes, irritam faciunt sponsionem, inter bigamos censeantur. Virgines autem quæ conveniunt cum aliquibus, tamquam sorores, habitare prohibemus.

CANON XX.

Si cujus uxor adulterata fuerit, vel si ipse adulterium com-

ἔτεσι δεῖ αὐτὸν τοῦ τελείου τυχεῖν, κατὰ τοὺς βαθμοὺς τοὺς προάγοντας.

ΚΑΝΩΝ ΚΑ.

Περὶ τῶν γυναικῶν τῶν ἐκπορνευουσῶν, καὶ ἀναιρουσῶν τὰ γεννώμενα, καὶ σπουδαζουσῶν φθόρια ποιεῖν· ὁ μὲν πρότερος ὅρος μέχρι ἐξόδου ἐκώλυσεν, καὶ (for. αἳ) τούτῳ συντίθενται. Φιλανθρωπότερον δέ τι εὑρόντες, ὡρίσαμεν δεκαετῆ χρόνον κατὰ τοὺς βαθμοὺς τοὺς ὡρισμένους πληρῶσαι.

ΚΑΝΩΝ ΚΒ.

Περὶ ἑκουσίων φόνων, ὑποπιπτέτωσαν μὲν, τοῦ δὲ τελείου ἐν τῷ τέλει τοῦ βίου καταξιούσθωσαν.

ΚΑΝΩΝ ΚΓ.

Ἐπὶ ἀκουσίων φόνων, ὁ μὲν πρότερος ὅρος ἐν ἑπταετίᾳ κελεύει τοῦ τελείου μετασχεῖν κατὰ τοὺς ὡρισμένους βαθμούς· ὁ δὲ δεύτερος, τὸν πενταετῆ χρόνον πληρῶσαι.

miserit, septem annorum pœnitentia oportet eum perfectionem consequi, secundum pristinos gradus.

CANON XXI.

De mulieribus quæ fornicantur, et partus suos necant, vel quæ agunt secum, ut utero conceptos excutiant, antiqua quidem definitio usque ad exitum vitæ eas ab ecclesia removet. Humanius autem nunc definimus, ut eis decem annorum tempus secundum præfixos gradus pœnitentiæ largiamur.

CANON XXII.

Qui voluntarie homicidium fecerint, pœnitentiæ quidem jugiter se submittant: perfectionem vero circa vitæ exitum consequantur.

CANON XXIII.

De homicidiis non sponte commissis, prior quidem definitio post septennem pœnitentiam perfectionem consequi præcipit; secunda vero quinquennii tempus explere. Modus autem hujus pœnitentiæ in episcoporum sit arbitrio, ut secundum conversationem pœnitentium possint et extendere tardantibus, et minuere studiose festinantibus.

ΚΑΝΩΝ ΚΔ.

Οἱ καταμαντευόμενοι, καὶ ταῖς συνηθείαις τῶν ἐθνῶν ἐξακολουθοῦντες, ἢ εἰσάγοντές τινας εἰς τοὺς ἑαυτῶν οἴκους, ἐπὶ ἀνευρέσει φαρμακείων, ἢ καὶ καθάρσει, ὑπὸ τὸν κάνονα πιπτέτωσαν τῆς πενταετίας, κατὰ τοὺς βαθμοὺς τοὺς ὡρισμένους· τρία ἔτη ὑποπτώσεως, καὶ δύο ἔτη εὐχῆς χωρὶς προσφορᾶς.

ΚΑΝΩΝ ΚΕ.

Μνηστευσάμενός τις κόρην προσεφθάρη τῇ ἀδελφῇ αὐτῆς, ὡς καὶ ἐπιφορῆσαι αὐτὴν, ἔγημε δὲ τὴν μνηστὴν μετὰ ταῦτα· ἡ δὲ φθαρεῖσα ἀπήγξατο. οἱ συνειδότες ἐκελεύσθησαν ἐν δεκαετίᾳ δεχθῆναι εἰς τοὺς συνεστῶτας κατὰ τοὺς ὡρισμένους βαθμούς.

CANON XXIV.

Qui divinationes expetunt, et morem gentilium subsequuntur, aut in domos suas hujuscemodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte malefica, aut expiandi causa; sub regula quinquennii jaceant, secundum gradus pœnitentiæ definitos.

CANON XXV.

Quidam sponsam habens, sororem ejus violavit, et gravidam reddidit; postmodum desponsatam sibi duxit uxorem: illa vero quæ corrupta est, laqueo se peremit. Hi qui fuerunt conscii, post decennem satisfactionem jussi sunt suscipi, secundum gradus pœnitentiæ constitutos.

ANNOTATIONES

IN ANCYRANI CONCILII CANONES.

P. 405. l. 1. Canones Synodi Ancyranæ] Κάνονες τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου. Hanc inscriptionem Codex Bodleianus exhibet; (Is est Baroccianus 205, haud admodum vetustus, a Beveregio in sequentibus adductus;) cui similis fere est in codice Amerbachiano, videlicet, τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου κάνονες κε'. *Synodi Ancyranæ canones* 25. In Parisiensi Balsamonis editione sic inscribitur. Κάνονες τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ συνελθόντων μακαρίων πατέρων &c. (quemadmodum supra positum est). Quæ etiam inscriptio est horum canonum in codice canonum Ecclesiæ universæ; nisi quod ibi eodem modo, quo in codice Amerbachiano, incipiat, τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου κανόνες κε'. οἵ τινες, &c. Enimvero habita est hæc Synodus an. Dom. 315, ac proinde decem fere annis ante Nicænam primam Œcumenicam. Ancyra, ubi celebrata est, primaria fuit et archiepiscopalis urbs Galatiæ, in meditullio regionis sita, hoc præsertim Concilio celebris, quo 18. episcopi convenerunt eorum causa, qui in Maximini persecutione lapsi, et in ecclesiæ communionem recipi desiderabant. Beveregius. Concilium hoc atque itidem alterum Neocæsariense, quorum celebratio anno post Christum natum 314, vel 315, assignari solet, ante synodum quidem Nicænam habita fuisse, cum multa alia argumenta, tum vero tituli ipsorum vetustissimi, ostendunt. Porro, si subscriptiones episcoporum, quæ in Latinis canonum collectionibus post concilia positæ sunt, prorsus certæ ac firmæ haberentur, quod quidem de illis negat, tam Hen. Valesius in *Eusebii Vita*, quam ante eum Edmundus Richerius in *Hist. Concil. Generalium*, vol. I. lib. i. cap. 2. §. 4. constaret, duo hæc concilia in pontificatu Vitalis Antiocheni convenisse, qui inter utriusque synodi præsules primum locum obtinet. Ille autem episcopus fuit ab anno 313. ad usque an. 319. Certe ante Nicænum habitum concilium successerat ei S. Philogonius, teste Theodorito *Hist. Eccl.* lib. i. c. 3. et post Philogonium Leontius, trium istorum conciliorum e pa-

tribus unus. Argumentum interea vetustatis omitto ex Basilii utriusque item synodi Ancyranæ ac Neocæsariensis præsulis martyrio, tempus enim ejus minus certum est. Subscriptionibus tamen, quæ extant post Concilia Latine versa, majorem fidem conciliabit Catalogus maximæ partis patrum Nicænorum, quem nuper ex *Collectaneorum* Theodori Lectoris Codice Veneto edidit cl. Morellius in *Bibliotheca* sua *MSta Græca et Lat.* ad p. 225. et deinc. Ejusdem vero Catalogi initium extare ad Socratis lib. i. c. 13. ubi proditur, integrum illum insertum fuisse ab Athanasio Alexandrino in *Synodico* suo nunc deperdito, nos monuit idem vir doctissimus. Porro ibidem is ait, omnium qui editi sunt Latinorum catalogorum huic Græco præsertim illum respondere, quem Justellus primum in lucem eruit. Et vero, quantum ego video, alter ex altero sæpissime emendari, interdum etiam suppleri potest, sed maxime Latinus ex Græco.

P. 405. l. 4. Κάνονες τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ &c.] Extant tituli duobus his synodis Ante-Nicænis præfixi in plerisque edd. atque scriptis parva cum varietate lectionis; sed in lemmate ego *Neocæsariensis* quidem *Concilii* nonnihil discedendum esse ab Harduina *Conciliorum* editione, fide librorum manuscriptorum nixus judicavi. Cum vero argumentum pro summa antiquitate Codicis Canonum Ecclesiæ, in quo hi canones collocati sunt, ex iisdem titulis, seu lemmatibus, ducendum esset, hæc olim scripsit in epistola ad magnum Usserium Samuelis Ward Cantabrigiensis, vir doctissimus, quæ, quia ad notitiam præbendam utriusque concilii faciunt, eo libentius huc afferam. "Diligentius mihi consideranti (ait Wardus) quo tem-"pore prima Canonum Collectio facta esset, duplex oc-"currit ratio quæ me in hanc sententiam traxit, et existi-"mem primum et antiquissimum Homo-canonicum ex "Nicænis, Ancyranis, Neocæsariensibus, Gangrensibus, "Antiochenis, Laodicenis Canonibus, compositum, inter "an. 364. et 381. post Laodicenum, et ante Constan-"tinopolitanum primum in unum corpus coactum fuisse. "Prior fundata est in verbis Dionysii in Epistola ad Ste-"phanum Salonitanum, qui cum secutus sit antiquum "Græcum Homo-canonicum, perspicue docet supradic-"tos Canones numerorum serie continuatos olim fuisse "CLXV. Constantinopolitanos vero Canones nova serie et "seorsim numeratos. Quorsum enim summam collige-"ret Canonum præcedentium, priusquam recitet Con-"stantinopolitanos, eosdemque serie de novo inchoaret,

" si in vetusto Græco codice, quo usus est, hi canones " una eademque serie continuati fuissent cum prioribus? " Firmatur adhuc hæc ratio conjectura petita ex Act. " XVI. Concilii Chalced. ubi Constantinus Secretarius " relegit Nicænos Canones ex codice, [qui proculdubio " idem erat cum illo, ex quo leguntur Canones 16. et 17. " Synod. Antiochen. Actione XI. qui coincidunt cum " Can. XCV. et XCVI. tituli codicis, plane juxta seriem " numerorum in codice Græco quo usus est Dionysius] " postea cum legit Canones Constantinopolitanos, sic in- " cipit, *Synodicum Concilii Constantinopolitani.* Altera " ratio petita est e titulo præfixo Canonibus Ancyranis et " Neocæsariensibus in Græcis Exemplaribus et codice " Moguntino, et aliis Latinis editionibus; ubi cum col- " lectores primi dicant præpositos fuisse in hoc codice " Canones Nicænos propter authoritatem Œcumenicæ " Synodi, manifestum est nondum secundam Œcumeni- " cam Synodum habitam fuisse. Si enim Canones Con- " stantinopolitani jam extitissent, cum facta esset hæc " prima collectio, una cum Nicænis priorem locum obti- " nuissent, cum illud Concilium pro Œcumenico etiam " habitum." *Epistolarum Usserian.* xi. p. 27. Confer et initium epistolæ ad ipsum Wardum ad p. 18. Ait Zonaras Commentator Græcus in *Scholio*,—Αὕτη δὲ, ἡ ἐν Ἀγκύρᾳ τῇ μητροπόλει τῆς Γαλατίας συςᾶσα σύνοδος, προγενεςέρα ἐςὶ τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης οἰκεμενικῆς συνόδου. ἠθροίσθησαν δὲ ἐν αὐτῇ πατέρες ἱεροὶ, ὧν ἐξῆρχεν Οὐιτέλιος Ἀντιοχείας τῆς Συρίας, Ἀγρικόλαος Καισαρείας Καππαδοκίας, καὶ ὁ μάρτυς Βασίλειος ἐπίσκοπος Ἀμασείας. ἐν γὰρ τοῖς διωγμοῖς τῶν Χριςιανῶν πολλῶν μὴ δυνηθέντων μέχρι τέλους ἐγκαρτερῆσαι ταῖς βασάνοις, ἀλλ' ὑποκυψάντων. εἶτα τινῶν μετανοέντων καὶ προσερχομένων τῇ ἐκκλησίᾳ εἰς μετάνοιαν, ζήτησις ἐγένετο, πῶς χρὴ τοὺς ἀρνησαμένους τὸν Χριςὸν προσδέχεσθαι, καὶ περὶ τέτων ἡ σύνοδος αὕτη κανόνας ἐξέθετο, οἵ τινές εἰσιν οὗτοι.

CANON I.

P. 405. l. 9. εἶτα ἀναπαλαίσαντας] Pro ἐπαναλαπαλαίσαντας Harduini cæterorumque lectione hoc ἀναπαλαίσαντας ediderat Beveregius in *Synodico* sive *Pandectis Canonum SS. Apost. et Conciliorum* &c. quod confirmabant *quatuor ex octo* illis *MStis Bodleianis*, quos in hujus et sequentis synodi canonibus recensendis adhibui, et supra in vol. ii. p. 411. ad DIONYSII ALEX. *Epistolam*, quæ *Canonica* vocatur, commemoravi. Porro tuentur eandem lectionem

Joannes Antiochenus in *Collectione Canonum* ad pag. 575. *Bibliothecæ Juris Canonici Veteris*, quam ediderunt Voellus et Hen. Justellus Parisiis anno 1661, Symeonque Magister in *Epitome Canonum* ibid. p. 721; quibus addas Zonaram in *Comment.* ad hunc Canonem, Aristenumque alium commentatorem Græcum ad Canonem secundum. Cæterum notatum hoc velim a lectore, ubicunque in his et sequentibus canonibus diversum quid ab Harduini *Conciliorum* editione haberet vel Beveregius, vel codices scripti Bodleiani, quod probandum et in textum recipiendum mihi visum fuerit, id sedulo a me signatum fuisse ac testimoniis suis firmatum.

P. 405. l. 10. μήτε ἐκ μεθόδου τινος] Hoc de illis interpretantur Zonaras Balsamoque in *Scholiis* seu *Commentariis*, qui, ut Latina Zonaræ interp. utar, priusquam etiam tormenta ipsis admoverentur, emolliti dedere manus; et ne sua voluntate sacrificare viderentur, satellites, ut vehementiore forte impetu eos invaderent, acriterque torquentium speciem præberent, pretio aut precibus adducere solitos; ut qui sic immolassent, non ignavo languore animi sed vi victi Christum negasse existimarentur.

Ibid. l. 15. ὁμιλεῖν] Huic verbo accommodari videtur breve illud scholium, quod inter hunc canonem et interpretationem ejus in codice Amerbachiano legitur, sic se habens, λόγους διδασκαλικοὺς ποιεῖσθαι τῷ λαῷ. πῶς γὰρ ἕτεροι ὑποθοῖντο βέλτιστα, αὐτοὶ παρασφαλέντες τοῦ κρείττονος; *Sermones doctrinales ad populum habere. Quomodo enim alii optima edoceantur, cum ipsi a meliore aversi fuerint?* Hoc autem scholium in nullo alio codice habetur. BEVEREG. Legendum in eo videtur, πῶς γὰρ ἑτέροις &c.

Ibid. l. 16. μὴ ἐξεῖναι.] Ut verbis veteris scriptoris utar, quorum sedem, postquam ea descripsi, signare neglexeram, *Tanto candore conspicuos ministros suos ecclesia esse decernit*, ut licet secundo certamine, elatum priore victoria hostem superassent, ac proinde se negationis suæ labe emaculassent, *non tamen idoneos amplius existimaverit, qui sacris functionibus ministrarent.*

CANON II.

P. 406. l. 4. ἱερατικῆς] Hoc pro ἱερᾶς ad oram edit. suæ *Conciliorum* ut var. lect. posuit Harduinus, idemque in *Synodici* sui textu exhibuerat Beveregius; firmantibus tum *scriptis omnibus Bodleianis* præter *duo* numeris 158.

et 3385. designata, in quibus ἱερᾶς extat, tum Joanne Antiocheno in *Collectione Canonum*, et margine *Codicis Eccles. Universæ a Justello editi.* Immo in *codice MS. Joan. Tilii* Balsamonis commentariis cincto vocem ἱερατικῆς invenisse Gentianus Hervetus videtur, qui ita vertit comma, *Omni* sacerdotali *ministerio cessante*, etsi Tilius ipse alteram lectionem olim posuerat in editione MSti sui *Canonum Græcorum* anno 1540. impressa, quæ quidem editio princeps omnium Græcarum est. Quapropter ἱερατικῆς recepi, etsi munia quidem sacra, non sacerdotalia, hoc loco intelligi debent, veteresque Latini canonum interpretes *sacro* habent; is enim sensus est vocabuli ἱερατικὸς non tantum hîc sed et alibi. Vide inter alios locos, Canon. XVIII. qui dicitur *Apostolorum*—οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ. h. e. sacri, non angustissimo quidem sensu sacerdotalis.

P. 406. l. 4. ἄρτον ἢ ποτήριον ἀναφέρειν] Diaconi olim panem et calicem ministrabant populo. Justinus Martyr Apolog. 2. οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν διάκονοι, διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου, καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι. *Qui apud nos diaconi dicuntur, dant unicuique eorum qui adsunt percipiendum panem et vinum et aquam, quæ cum gratiarum actione consecrata sunt, et ad eos qui absunt perferunt.* Cyprianus serm. 5. de Lapsis, *Ubi solennibus adimpletis calicem offerre diaconus præsentibus cœpit.* CH. JUSTELLUS, *Notis in Codicem Canonum Univ. Ecclesiæ* apud *Biblioth. Juris Canonici Vet.* Τὸ ἀναφέρειν reddunt veteres Interpretes vel *offerre*, vel, quod melius est, *portare*.

Ibid. l. 5. κηρύσσειν] Socrates lib. vi. cap. 11. de Athanasio loquens: καὶ προστάξας διακόνῳ κηρύξαι εὐχὴν, *præcepit diacono ut orationem prædicaret.* hinc illæ frequentes diaconorum acclamationes in Græcorum liturgiis: εὔξασθε οἱ κατηχούμενοι. οἱ πιστοὶ ὑπὲρ τῶν κατηχουμένων δεηθῶμεν. ὅσοι κατηχούμενοι προσέλθετε. item τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις. Chrysostomus in Epist. ad Hebr. cap. ix. hom. 17. ὁ διάκονος ὑψηλὸς ἑστὼς μεγάλῃ τῇ φωνῇ, φρικτῇ τῇ βοῇ καθάπερ τις κῆρυξ τὴν χεῖρα αἴρων εἰς τὸ ὕψος, τοὺς μὲν καλεῖ, τοὺς δὲ ἀπείργει, τοὺς μὲν ἐκβάλλει, τοὺς δὲ εἰσάγει. *Diaconus in altiori loco stans magna voce, terribili clamore, veluti quidam præco, manus sustollens in altum, alios quidem vocat, alios autem prohibet, alios excludit, alios introducit.* Hinc planum est, verbum κηρύσσειν, quod sacerdotibus attributum ὁμιλεῖν et εὐαγγελίζεσθαι significat, in diaconis illud ministerium declarare, quo, dato Orarii signo, actionum sacrarum ritus et

ordinem moderabantur. Id testatur Matthæus Blastares in synopsi Græcorum Conciliorum nondum edita, his verbis: *ὠράριον ἐξαρτῶντες διάκονοι τοῖς ἱερουργοῦσι παριστάμενοι, καὶ τὰς τῆς ἱερᾶς τελετῆς ἐπιτηροῦντες εὐχὰς, καὶ τῷ ὠραρίῳ τοῖς ἐν τῷ ἄμβωνι σημαίνουσι διακόνοις τὸν καιρὸν τῆς ὀφειλούσης γίνεσθαι ἐκφωνήσεως τῶν τε κατηχουμένων καὶ τῶν πιστῶν.* *Diaconi qui orarium gestant, sacerdotibus assistentes et sacri officii orationes observantes, per orarium eis qui sunt in ambone diaconis significant, quando oporteat vel ad catechumenos vel ad fideles orationem flectere.* Sic in Judæorum synagogis, legem e pulpito recitanti aderat aliquis manu sudarium tenens, qui populo signum daret ut amen diceret, ut ex Rabbinis doctissimus Casaubonus in notis ad Vopiscum observavit. de Orario vide annotat. ad canonem 126. infra. Justel. ubi supra. Hæc repetendo fecit sua Suicerus *Thesaur. Ecclesiast.* in voce Κηρύσσειν. Sed Aristenus Commentator Græcus hunc Canonem exponens τὸ κηρύσσειν, voluit esse λόγους διδασκαλίας τῷ λαῷ ποιεῖσθαι, et simile quid ille infra apposuit ad Can. X. *Concilii Neocæs.* Silent de hac re duo alteri interpretes Zonaras et Balsamo; at magis placent Justelli expositio et rationes; neque in alia ivit Bevereg. Porro, ut monuit Cabassutius in *Notitia* sua *Concil.* &c. p. 95. primus Canon, qui sacerdoti semel lapso prædicationem interdicit verbi Dei, utitur vocabulo ὁμιλεῖν. Tum vero ex more ecclesiæ veteris prædicandi seu conciones ad populum habendi potestas maxime episcopo reservabatur, ab eo interdum cum presbyteris, rarius cum diaconis, communicata. Cæterum Matthæi Blastaris opus a Justello commemoratum, discrepat ab illo, quod in *Synodico* suo Beveregius ex scripto edidit.

P. 406. l. 6. *κάματόν τινα*] Ait Zonaras: *Προστίθησι δ' ἐνταῦθα, ὅτι ἐὰν τοῖς μετανοοῦσι τούτοις συνίδοιεν οἱ ἐπίσκοποι κάματόν τινα, τουτέστι, κόπον ἐν τῇ μετανοίᾳ διὰ τὴν ἄρνησιν, ἢ ὅτι συντριβέντες διὰ τὸ ἁμάρτημα, ἐταπεινώθησαν, καὶ πραότητα ἐκτήσαντο, τοῖς ἴσως αὐτοῖς ὀνειδίζουσι τὸν ὄλισθον πράως καὶ μετὰ ταπεινώσεως προσφερόμενοι, ἀλλ' οὐ θρασυνόμενοι καὶ τούτοις ἐμπικραινόμενοι, καὶ ἐθέλοιεν ἐπίσκοποι ὑφ' οὓς τελοῦσι πλέον τι τῶν παρὰ τῇ συνόδῳ ὁρισθέντων αὐτοῖς παράσχειν, διὰ τὴν τῆς μετανοίας θερμότητα, ἢ ἀφελεῖν τι τῶν ὁρισθέντων, ὡς μὴ γνησίως αὐτῶν μεταμελομένων, μηδὲ ταπεινουμένων. ταῦτα τῇ ἐξουσίᾳ τῶν ἐπισκόπων ἀνατίθησιν ὁ κανὼν, καὶ τῇ διακρίσει αὐτῶν. ἀνάγνωθι καὶ τὸν ιά. κανόνα τῆς πρώτης οἰκουμενικῆς συνόδου.*

CANON III.

P. 406. l. 10. ἢ ὑπὸ οἰκείων παραδοθέντας] Agitur inter hæc de illis, qui sese certamini haud sua sponte obtulissent. Voce autem ἄλλως, quam Latini interpretes omittunt, significari videtur alio quovis modo illata bonorum confiscatio.

Ibid. l. 13. περιχεθέντας] Pro *vulgato* περιχιθέντας hoc περιχεθέντας recepi ex *codd. Bodl.* 26. et 158. et 625. Joanne Antioch. in *Collectione Canonum*, Latinaque *Interpretatione* Dionysii Exigui, quæ habet, *et eo usque adstricti sunt*, Isidoriana itidem, in qua extat, *perducti*. Porro ut varians lectio affertur ad oram Justelliani *Codicis Canonum Ecclesiæ Univ.* atque editionum Labbæi et Harduini *Conciliorum*, comprobante eam Johnsono ad Anglicam suam *Canonum Versionem*. Zonaras vero alteram invenit lectionem, qui ipsam ita interpretatus est—καὶ περιχιθέντας τὺς χίτωνας καὶ γυμνωθέντας.

Ibid. l. 14. εἰς τὰς χεῖρας] Additum est τι in *edit. Beveregii*, quod nesciunt non tantum *libri editi*, sed et *scripti Bodleiani omnes* præter *unum* illum 205, quo vir doctiss. Beveregius usus esse videtur. Ait autem Zonaras ad hunc Canonem; καὶ ἢ εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶν πρὸς βίαν ἀκόντων ἐκείνων, ἐμβαλόντων τι τῶν βιαζομένων, οἷον λιβανωτὸν ἢ ἕτερόν τι εἰς θυσίαν τοῖς εἰδωλολάτραις προσαγομένων, ἢ βρῶμά τι τῶν εἰδωλοθύτων δεξαμένους εἰς τὸ στόμα, πρὸς ἀνάγκην αὐτὸ τῶν βιαστῶν ἐμβαλόντων, τὺς τοιῦτόν τι πεπονθότας &c. Cæterum hic, et infra in Canone IV. πρὸς βίαν positum est pro βιαίως, quemadmodum statim post πρὸς ἀνάγκην pro ἀναγκαίως. Prioris autem formulæ exemplum præbet Clementis Alex. *Stromatum* lib. vii. ad pag. 868. ed. Potteri. ἀπεδύσατο δὲ (Josephus) αὐτῇ (uxori Potipheri) πρὸς βίαν κατεχούσῃ τὸν χιτῶνα.

Ibid. l. 15. βρῶμα τι πρὸς ἀνάγκην] Gregorius Thaumaturgus episcopus Neocæsariensis in epist. canonica, quæ apud Zonaram et Balsamonem extat: οὐ τὰ βρώματα ἡμᾶς βαρεῖ, εἰ ἔφαγον αἰχμάλωτοι ταῦτα, ἅπερ παρετίθεσαν αὐτοῖς οἱ κρατοῦντες αὐτῶν. *Non cibi nos gravant, si captivi ea comederint, quæ qui in eos dominium obtinent, eis apposuerunt.* JUSTEL. Vid. supra vol. ii. pag. 437. Mox pro ὑπό τινος habent *ab aliquibus* Latinæ Dionysii, Isidori, Crisconiique *Interpretationes*, *Prisca*que, quam edidit ex MSto bibliothecæ patris sui Hen. Justellus, *Interpretatio*. vid. p. 278. *Biblioth. Juris Canonici Vet.* Atque huic quidem lectioni favent Zonaras et Balsamo in *Scholiis*.

P. 407. l. 3. ἢ καί τινων] Beveregii lectiones quas secutus sum, ἢ pro εἰ et προάγεσθαι pro προσάγεσθαι ad lin. 6. con-

firmant *codices Bodleiani* plerique. Hoc προάγεσθαι adfertur ad oram edit. *Conciliorum* Labbæi et Cossart. et extat in Canone XII.

P. 407. l. 8. προχειρίζεσθαι.] Ait Matthæus Blastares *Syntagm. Alphabet.* Lit. A. cap. i. p. 6. in Beveregii *Synodico;* Οὕτω περὶ τῶν τοιέτων ϗ ὁ ἱερομάρτυς Πέτρος ψηφίζεται ἐν τῷ κδ΄. (cor. ιδ΄.) κανόνι. Vid. supra ad pag. 342.

CANON IV.

Ibid. l. 10. καὶ τῶν δειπνησάντων] Al. καὶ δῆπε τῶν δ. Labbe et Cossart. ad marg. ed. suæ *Conciliorum.* Mox iterum ad vocem φαιδροτέρῳ iidem posuerunt, Al. σφοδροτέρῳ. Hoc autem σφοδροτέρῳ in *Tiliana editione Canonum* atque *Codice Canonum Ecclesiæ Justelliano* extat.

Ibid. l. 11. εἰς τὰ εἴδωλα] Nil opus, ut εἰς τὰ εἰδωλεῖα reponas, etsi *in idolio* Latini Interpretes plerique præbent, Aristenusque in loci expositione habet ἐν τῷ εἰδωλείῳ. Zonaras enim εἰς τὰ εἴδωλα invenit, qui scribit, Ὅσοι, φησὶν ὁ κάνων, βιασθέντες ἔθυσαν, ἢ καὶ ἐν τοῖς εἰδώλοις ἐδείπνησαν. Porro *Prisca Latina Versio*, quam modo memoravi, habet *apud idola.*

Ibid. l. 13. ἀδιαφόρως] Glossæ MSS. Bibl. Regiæ et Collegii Paris. Soc. Jesu ad hunc Canonem: *Indifferenter, indistanter.* HARDUIN. Hesychius, Ἀδιαφορίας. ἀμελείας. Ἀδιάφορον. ἀδιάκριτον. Confer 1 *Cor.* ii. 29. Ἀδιαφόρως, cœnare est, nullo facto discrimine inter abominandas escas atque cœnam solitam, quod ostendit Canon proxime sequens. Zonaras exposuit,—καὶ τῶν εἰδωλοθύτων μετέχον ἀδιαφόρως, τετέςι μὴ διαφερόμενοι καὶ δακνόμενοι ὡς μεμιασμένων γευόμενοι, ἀλλ' ἐμφορέμενοι τέτων, ὡς εἰ ἦσαν ἀμίαντα.

Ibid. l. 14. ἐνιαυτὸν ἀκροᾶσθαι] Pergit hæc scribere Zonaras: Τέτες ἐνιαυτὸν μὲν ἀκροᾶσθαι κελεύει, ἐν τῷ νάρθηκι ἱςαμένες, καὶ ἀκέοντας τῶν γραφῶν, τρία δὲ ἔτη ὑποπίπτειν ἤτοι ὄπισθεν τοῦ ἄμβωνος ἵςασθαι, ϗ μετὰ τῶν κατηχουμένων ἐξιέναι, εὐχῆς δὲ μόνης κοινωνῆσαι ἔτη δύο, ὅπερ ἐςὶ τὸ μέχρι τέλους συνίςασθαι καὶ συνεύχεσθαι τοῖς πιςοῖς, καὶ μετὰ ταῦτα ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον, ὅπερ ἐςὶν, ἡ τῶν ἁγιασμάτων μετάληψις. Cæterum notatu hoc dignum est, conjunctum esse hunc canonem cum altero proxime sequente apud Dionysium Exiguum, Crisconium, *Priscæ Versionis* Auctorem, *Epitomen*que illorum *Canonum*, quos Hadrianus I. Carolo Magno Romæ obtulit; unde factum, ut numerarentur ab interpretibus pluribus Latinis canones tantum XXIV. Ancyrani hujus Concilii pro XXV. ad computum Græcorum.

Ibid. l. 15. ἐπὶ τὸ τέλειον] Ait hoc memorato Canone

Is. Casaubonus *Exercitt. adv. Baronium*, xvi. sect. 48. sed hunc quidem Casauboni locum a Suicero quoque nunc video allatum in *Thesauro* suo *Eccles.* voce Τέλειος: "Τὸ "τέλειον perfectio aut consummatio est ipsa Eucharistia, "quæ etiam Dionysio dicitur τελείωσις, ut ante observabamus: quia conjunctioni nostræ cum Christo, cujus in"strumenta sunt verbum Dei et sacramenta, veluti colo"phonem imponit participatio corporis et sanguinis "Christi in cœna Dominica, nullus enim restat alius mo"dus quo in terris versantes arctius cum Christo capite "nostro coujungamur." p. 505. ed. Genev.

CANON V.

P. 408. l. 1. ΚΑΝΩΝ Ε.] Faciunt interpretes Latini, ut tantum viginti et quatuor canones huic Ancyrano Concilio, prout modo dixi, apponantur, aut hunc quintum superiori jungendo, aut Canones XXII. et XXIII. unum faciendo.

Ibid. l. 4. χωρὶς προσφορᾶς] Zonaras ait—νῦν καὶ περὶ τῶν φαγόντων μὲν εἰδωλόθυτα, δακνομένων δ' ἐπὶ τούτῳ καὶ δακρυόντων, φησίν. οὓς μετὰ τριετίαν τῆς ὑποπτώσεως δέχεσθαι παρακελεύεται εἰς σύστασιν χωρὶς προσφορᾶς, ἤγουν συνίστασθαι μὲν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῖς πιστοῖς, μὴ μεταλαμβάνειν δέ. Similiter τὸ μετὰ προσφορᾶς interpretati sunt Balsamo ad Canon. IV. et Aristenus hic in *Scholio*. Bene confert Joan. Johnsonus, ad *Anglicam* suam *Canonum Versionem*, verba Canonis undecimi *Concilii Nicæni*—δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωνήσουσι τῷ λαῷ τῶν εὐχῶν. Albaspinæus quidem in *Observ. de Vet. Ecclesiæ Ritibus*, oblationem his locis pro donis et muneribus, quæ pœnitentes in pœnitentiæ suæ et satisfactionis commendationem largiebantur, accipiendam esse docet lib. i. *Observ.* vi. 3. Magis vero dixerim cum Suicero, qui Albaspinæum affert in *voce* Προσφορὰ, lapsis prohiberi his canonibus oblationem donorum, quæ in altaris usum a stantibus, seu fidelibus, conferri consueverint. Atqui interea nil prohibet, quin, ut solitum est, cœnam Dominicam προσφορὰ hic significet; immo debere vocem sic intelligi jubent, ni fallor, verba decimi sexti Canonis, τότε καὶ τῆς προσφορᾶς ἐφαπτέσθωσαν, et postea, τυγχανέτωσαν τῆς προσφορᾶς. Jamque inveni similiter sentientem Salmasium, qui sub Simplicii Verini nomine latens *Adversus Librum Postumum Grotii* opusculum scripsit, ubi ad pagg. 101—103. ait, προσφορὰν hoc loco eucharistiam esse, ut προσφέρειν et *offerre* absolute sæpe ponitur Græcis Latinisque pro *eucharistiam conficere*. Vide et pagg. 278. et 279.

P. 408. l. 5. εἰ δὲ μὴ ἔφαγον &c.] Ait Balsamo ad Canon. IV. Ἐρωτήσει δέ τις, καὶ διὰ τί οἱ μὲν τῷ γʹ. κανόνι δηλούμενοι κληρικοὶ ἢ λαϊκοὶ κατὰ βίαν ὑποδεξάμενοι λίβανον ἢ εἰδωλόθυτον, οὐκ ἐπιτιμῶνται, ὡς μὴ ἐπταικότες, ἀλλὰ καὶ εἰς βαθμοὺς ἐκκλησιαστικοὺς προκόπτουσιν· οἱ δὲ ἐν τῷ τέλει τοῦ εʹ. κανόνος περιεχόμενοι, ἢ κατὰ βίαν ἀναπεσόντες, ἐπιτιμῶνται, ὡς ἡμαρτηκότες, καὶ ταῦτα δακρυρροοῦντες, καὶ μηδὲ γευσάμενοι τῶν εἰδωλοθύτων; Λύσις. διαφορά ἐστὶ τῶν κατὰ βίαν ὑποδεξαμένων τὰ βέβηλα δῶρα, καὶ μηδὲν ἐξ οἰκείου φάκτου ἐπταικότων, καὶ τῶν ἀπὸ βίας ἐργασαμένων ἀσεβές τι, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἀναπεσεῖν εἰς τὸ δεῖπνον. κἀντεῦθεν ἐκεῖνοι μὲν, ὡς μὴ διαπραξάμενοι τὶ κακὸν (παρὰ ἄλλων γὰρ, εἰς τὸ στόμα ἢ εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐνεβλήθη τὸ εἰδωλόθυτον) οὐκ ἐπιτιμῶνται· οὗτοι δὲ ὡς ἀσέβειαν πλημμελήσαντες μετὰ οἰκείου φάκτου, δηλονότι ἀναπεσόντες ἐπιτιμῶνται. Noto obiter, haud agnoscere ἔτη, quod addidit Beveregius post κοινωνησάτωσαν, vel, ut is legit, κοινωνάτωσαν, *sex libros Bodleianæ bibliothecæ scriptos.*

Ibid. l. 7. τῇ τριετίᾳ] Vulgo τῇ τετραετίᾳ. Sed Labbæus et Cossart. ad marg. *Conciliorum* posuerunt, al. τριετίᾳ, notatque Harduinus, "Zonaras πληρουμένης τῆς τριετίας "*post exactum triennium.*" Dumque similiter locum exponunt Balsamo et Aristenus, conferas porro Canonem proxime sequentem, tum vero Canonem IX. In tribus quoque codicibus scriptis 158. et 185. et 205. lectionem, quam reposui, invenire est; altera tamen lectio τετραετία valde antiqua est, in *veteribus* quoque *Versionibus* inventa.

Ibid. l. 11. ἐπιμετρᾶσθαι.] Zonaras ait: Ταῦτα μὲν ὥρισαν οἱ τῆς συνόδου. ἐπειδὴ ᾔδεισαν, ὅτι οὐ πάντες ὁμοίως μετανοοῦσιν, ἀλλ' οἱ μὲν ἐπιμελέστερον ἔχονται τῆς μετανοίας, οἱ δὲ ῥαθυμότερον, τὸ πᾶν τῆς ἐπ' αὐτοῖς οἰκονομίας τοῖς ἐπισκόποις ἀνέθεντο, ὥστε δοκιμάζειν ἐκείνους τὸν τρόπον τῆς ἑκάστου ἐπιστροφῆς, καὶ φιλανθρωπεύεσθαι καὶ συστέλλειν τὸν χρόνον τῶν ἐπιτιμίων τοῖς θερμότερον μετανοοῦσι, καὶ πλείονα προστιθέναι χρόνον τοῖς νωθρότερον, σκοπεῖν δὲ καὶ τὸν προλαβόντα βίον αὐτῶν, καὶ τὸν μεταταῦτα, εἰ σωφρόνως ἔζων καὶ συντετηρημένως, καὶ ζῶσιν, ἢ ἀνειμένως καὶ ἀδιαφόρως, καὶ οὕτως ἐπιμετρεῖν αὐτοῖς τὴν φιλανθρωπίαν. Adeas utiliter Marshalli V. D. opus Anglica lingua conscriptum, *De Disciplina Pœnitentiali Eccles. Primævæ*, cap. iii. §. 2. p. 175. et seq.

CANON VI.

Ibid. l. 14. ἢ μετοικίας] Canon Nicæn. XI. HARDUIN. Zonaras—μετοικίαν, τουτέστιν ἐξορίαν.

P. 409. l. 1. τῆς μεγάλης ἡμέρας] Per magnum diem intelligendum est sanctum *Pascha*, ita dictum, ob magna illa beneficia, quæ Servator noster per resurrectionem suam isto die nobis conciliavit; unde etiam Sabbatum

præcedens vocatur μέγα σάββατον, et parasceue sive sexta feria mox antecedens, μεγάλη παρασκευή, et tota quidem ea septimana, in qua Dominus noster crucifixus est, quæque magnum istum diem Paschalem præcedit, μεγάλη ἑβδομὰς veteribus passim nuncupatur. BEVEREG. Zonaras: μεγάλην δὲ ἡμέραν τὸ ἅγιον πάσχα ὠνόμασεν, τὴν τοῦ Κυρίου δηλονότι ἀνάστασιν. Cæterum ex reliquo constat canone, plures exactos fuisse menses inter synodi celebrationem et pascha proxime sequens.

P. 409. l. 3. χωρὶς προσφορᾶς] Vid. notam supra ad Can. V.

Ibid. l. 6. τὴν ἀρχὴν τῆς ἑξαετίας] Mutavit hæc cum solo τὴν ἑξαετίαν Beveregius, quod posterius ex *libro* suo *Bodleiano* sumpsisse videtur, certe in nullis aliis inventum codicibus præter illum num. 205. designatum atque *codicem* 158.

Ibid. l. 7. εἰ μέντοι τὶς κίνδυνος] E *sex* illis *codicibus Bodleianis*, qui superiorem servant lectionem τὴν ἀρχὴν τῆς ἑξαετίας, atque ex Joannis Antiocheni *Canonum Collectione* seu *Digesto* voculam τὶς in textum recepi.

Ibid. l. 8. ἐπὶ ὅρῳ δεχθῆναι] Zonaras:—τούτους δεχθήσεσθαι μὲν εἰς κοινωνίαν τῶν ἁγίων δώρων, ἐπὶ ὅρῳ δὲ, ἤγουν ἐπὶ διαστάξει, ὥστε εἰ συμβαίη αὐτῇ μὴ ἀποθανεῖν, ἀλλὰ ἀναῤῥωσθῆναι, μηκέτι αὖθις κοινωνῆσαι, εἰ μὴ ὁ ὡρισμένος παρέλθῃ χρόνος τῆς ἑξαετίας. Vet. Glossæ, ὁ Ὅρος. *hoc Institutum. Constitutum.*

CANON VII.

Ibid. l. 14. ἔσω] *Vulgo* abest hoc ἔσω, quod ex vetustissimo *codice* 26. addidi; ubi et in *cod.* 625. ἑκάστου pro ἕκαστον scriptum inveni. Porro in *cod.* 3385. legitur ἐξέστω et ἑκάστῳ. Addiderat autem Beveregius ἐστὶ τὸ non ἔσω, quocum *codd.* 205. et 158. et 625. nisi quod in posterioribus τὸ absit, consentiunt, tueturque ἐστὶ in *Commentario* Zonaras. Interea post ἕκαστον verbum δεχθῆναι videtur subaudiendum. Cæterum de illo μετὰ τῆς προσφορᾶς vide supra not. ad Can. V.

Ibid. ἐξετάσαι] Hoc verbum pro *vulgato* ἀξιῶσαι ut varians lectio in Labbæana *Conciliorum* edit. affertur, exhibereque illud Zonaram notat ad marg. edit. suæ Harduinus. Addere poterat Aristenum alterum commentatorem. Quin et in textum idem receperat Beveregius; neque ἀξιῶσαι in ullo ex *codicibus Bodleianis* præter unum *cod.* 715. positum inveni. Zonaræ *Commentarius*: Εἰ δέ τινες ἐν ἑορτῇ ἐθνικῇ συνεστιάθησαν ἐθνικοῖς ἐν ἀπίστοις ἐν τόπῳ ἀφωρισμένῳ τοῖς ἐθνικοῖς ἐν εἰδωλείῳ τυχὸν, ἢ ἄλλῳ τόπῳ εἰς τελετὰς αὐτοῖς τελουμένας ἀνειμένῳ, κἂν ἴδια βρώματα ἐκόμισαν καὶ ἔφαγον οἱ πιστοὶ, δι' αὐτὸ μέντοι τὸ συνεστιαθῆναι τοῖς ἐθνικοῖς, καὶ οὕτω δόξαι συνεορτάσαι αὐτοῖς, ἔδοξε τῇ συνόδῳ διετίαν ὑποπεσεῖν αὐτοὺς, τουτέστι μετὰ

τῶν κατηχουμένων ἵςαθαι καὶ σὺν αὐτοῖς ἐξιέναι, καὶ μετὰ τὴν διετίαν δεχθῆναι. ὅπως δὲ χρὴ ἕκαςον αὐτῶν δεχθῆναι, εἴτε καὶ εἰς μετάληψιν τῶν ἁγιασμάτων, εἴτε εἰς μόνην τὴν μετὰ τῶν πιςῶν σύςασιν, τῶν ἐπισκόπων ἐςὶ, φασὶ, δοκιμάσαι, καὶ τὸν ἄλλον βίον ἑκάςου ἐξετάσαι. Partem etiam pulchræ confessionis fuisse, judicat Lucas Osiander, quod epulas suas secum attulerint, neque idolothytis vesci voluerint. Vid. *Apost. et Concil. Decreta*, ex ed. Ehringeri, p. 68. Verum dubito; quoniam inde illud constaret, profectos esse homines ad convivium prudentes et scientes. Certe convivia omnia ex collatis symbolis vetat *Concilii Laodiceni* Canon LV.

CANON VIII.

P. 409. l. 16. Οἱ δὲ δεύτερον καὶ τρίτον &c.] Zonaras: Ἃ μὲν ἐν τοῖς ἀνωτέρω κανόσιν εἴρηται περὶ τῶν ἅπαξ θυσάντων, οἱ τῆς συνόδου ταύτης πατέρες διετάξαντο· νῦν δὲ καὶ περὶ τῶν δὶς ἢ τρὶς ἐκ βίας τεθυκότων φασὶν, οὓς καὶ τετραετίαν διάγειν ἐν ὑποπτώσει κελεύουσιν, ἐπὶ διετίαν δὲ ἄλλην κοινωνεῖν τοῖς πιςοῖς, ἤτοι συνίςαθαι αὐτοῖς, καὶ συνεύχεσθαι ἄνευ προσφορᾶς, ἤγουν τῆς τοῦ ἀγαθοῦ μεταλήψεως, καὶ τῷ ἑβδόμῳ ἔτει τελείως δέχεσθαι, τουτέςι καὶ εἰς μετάληψιν τοῦ ἀχράντου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Κυρίου.

CANON IX.

P. 410. l. 4. Ὅσοι δὲ μὴ &c.] Can. Nicæn. XI. HARDUIN. Zonaras: Εἰ δέ τινες οὐ μόνον ἀπέςησαν τῆς εἰς τὸν Κύριον πίςεως, ἀλλὰ καὶ ἐπανέςησαν, ἀντὶ τοῦ κατ' αὐτῆς ἐγένοντο, καὶ ἠνάγκασαν ἀδελφοὺς θῦσαι, ἢ καὶ αἴτιοι ἐγένοντο ἀναγκασθῆναι αὐτοὺς, οἷον φυγόντας καὶ κρυπτομένους καταμεμηνυκότες αὐτοὺς, ἢ ἀγνοουμένους, ὅτι Χριςιανοί εἰσι, δήλους αὐτοὺς θέμενοι τοῖς διώκταις, τοὺς τοιούτους ᾠκονόμησαν οἱ πατέρες τρία μὲν ἔτη ἐν ἀκροάσει πληρῶσαι, ἐκτὸς τοῦ ναοῦ ἱςαμένους ἐν τῷ προνάῳ, ἓξ δὲ ἄλλα, ἐν ὑποπτώσει διαγαγεῖν, καὶ ἐνιαυτὸν ἕτερον κοινωνῆσαι τῶν εὐχῶν τοῖς πιςοῖς, καὶ μετὰ τὴν δεκαετίαν ταύτην μεταχεῖν τοῦ τελείου. ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τούτῳ, τῷ τῆς μετανοίας αὐτῶν δηλονότι, φασὶ, χρὴ καὶ τὸν ἄλλον αὐτῶν ἐπιτηρεῖσθαι βίον. εἰ γὰρ ἀμελῶς ἢ καὶ πλημμελῶς διαγνωσθῶσι ζῶντες, ἐπιταθήσεται χρόνος τῶν ἐπιτιμίων αὐτῶν.

CANON X.

Ibid. l. 12. Διάκονοι ὅσοι &c.] Aristenus in *Scholio*: Οὗτος ὁ κανὼν διαγορεύει τὸν πρὸ τῆς χειροτονίας προμαρτυρούμενον τῷ ἐπισκόπῳ μὴ δύνασθαι παρθενεύειν, ἀλλ' εἰς γάμου βούλεσθαι κοινωνίαν ἐλθεῖν, μὴ κωλύεσθαι, καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν εἰς γάμον ἔρχεσθαι καὶ μένειν ἐπὶ τῆς αὐτῆς αὖθις ὑπηρεσίας τε καὶ τιμῆς. τὸν δὲ σιωπήσαντα, καὶ καταδεξάμενον ἐν τῇ χειροτονίᾳ ἄγαμον μένειν

τῆς διακονίας πεπαῦσθαι, εἴπερ μετὰ τοῦτο γάμου νόμῳ γυναικὶ συναφθῇ. πλὴν τῷ παρόντι κανόνι ἀντίκειται ὁ ἕκτος κανὼν τῆς ἕκτης συνόδου, μὴ παραχωρῶν ὅλως τῷ προελθόντι ἀγάμῳ, εἰς ὑποδιακόνου, ἢ διακόνου, ἢ πρεσβυτέρου βαθμὸν, μετὰ τὴν χειροτονίαν γαμικὸν ἑαυτῷ συνιστᾷν συνοικέσιον· ἀλλὰ τὸν τοῦτο τολμήσαντα ποιῆσαι, διατάττόμενος καθαιρεῖσθαι. καὶ κρατεῖ ὁ κανὼν ἐκεῖνος, καὶ οὗτος ἤργησε. Monet, idque animo lubenti, cl. Whartonus, quanquam ipse cœlebs, in Tractatu suo Anglica lingua conscripto *De Cœlibatu Cleri* pag. 79. Aristenum in *commentario* suo in Canonem illum quintum *Concilii Quinisexti*, amplificasse Canonis hujus Ancyrani permissionem ad presbyteros, dum legeret, πρεσβύτεροι ἢ διάκονοι. Quod quidem verum est; sed manifesto errore id factum ab Aristeno illo loco fuisse, non tantum alii omnes commentatores, sed et ipse Aristenus in *scholio*, quod hic posui, ostendit. Porrò presbytero qui post ordinationem duceret uxorem, depositionem interminatus est τοῦ συγχρόνου *Concilii Neocæsariensis* Canon primus, quem infra daturus sum. Differentiam interea a cæteris exemplaribus circa diaconorum conjugium, quæ in *Canonum Latinorum Codice* a cl. Quesnelio edito, atque itidem apud S. Martini Bracarensis *Collectionem*, cernitur, ad diversitatem potius disciplinæ quam lectionis referendam esse, ostendit idem Quesnelius *Dissert.* xii. post *Leonis M. Opera* collocat. cap. iv. §. 10. pagg. 656, 657. Idem vero, quod hoc Canone jussum est, præ se fert Canon, qui vicesimus quartus inter *Canones Athanasii patriarchæ CPol.* recensetur. Vide Vansleb. *Histoire de l'Eglise d'Alexandrie*, par. v. cap. 3. p. 284. Verum quis fuerit, aut quo tempore vixerit, hic Athanasius, nescio, quem Vanslebius quidem ex Abulbircat Justiniani Imp. temporibus adscripsit. Certe nullus ejus nominis præsul iis temporibus Constantinopoli sedit.

CANON XI.

P. 411. l. 5. Τὰς μνηστευθείσας &c.] Zonaræ *Commentarius*: Καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν εἰκοστῷ δευτέρῳ κανόνι αὐτοῦ τὸν ἐξ ἁρπαγῆς ἔχοντα γυναῖκα, μὴ πρότερον παραδέχεσθαι εἰς μετάνοιαν βούλεται, εἰ μὴ ἀφαιρεθῇ ἐξ αὐτοῦ ἡ ἁρπαγεῖσα, καὶ τῷ μνηστευσαμένῳ αὐτὴν δοθῇ, εἰ τέως βούλοιτο λαβεῖν αὐτήν. οὕτως καὶ τὸν κανόνα τοῦτον νοητέον λέγειν τὸ, ἀποδίδοσθαι τὰς ἁρπαγείσας τοῖς μνηστευσαμένοις αὐτάς· εἰ αἱροῖντο δηλονότι λαβεῖν αὐτάς· ἄκοντες γὰρ οὐκ ἀναγκασθήσονται. Eandem cautionem habent Balsamo in *Comment.* Matthæusque Blastares Lit. A. cap. xiii. p. 31,

CANON XII.

P. 411. l. 9. Τοὺς πρὸ τοῦ βαπτίσματος τεθνηκότας &c.] Can. Nicæn. x. HARDUIN. Zonaræ *Commentarius*: Τὸ παλαιὸν, τὸ μὲν κήρυγμα ἐδέχοντο οἱ πλείους, καὶ ἐπίστευον τῷ Χριστῷ, βαπτίζεσθαι δὲ ὑπερετίθεντο. διὸ καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος, καὶ ὁ μέγας Βασίλειος τοὺς εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα προτρεπτικοὺς συνεγράψαντο λόγους. ἦσαν οὖν ἐν τοῖς καιροῖς τῶν διωγμῶν, τοιοῦτοι πολλοὶ Χριστιανοὶ μὲν ὄντες, μήπω δὲ βαπτισθέντες. φησὶν οὖν περὶ τούτων ὁ κανὼν, ὅτι ἐάν τινες ἔθυσαν καταναγκασθέντες ὡς Χριστιανοί· ἀφώτιστοι δὲ ὄντες μετὰ ταῦτα ἐβαπτίσθησαν· οὐδὲν αὐτοὺς κωλύει τὸ θῦσαι εἰς τὸ προαχθῆναι εἰς τάξιν, τουτέστιν εἰς ἱερωσύνης βαθμόν. τὸ γὰρ ἅγιον βάπτισμα, ἅπαντα τὰ πρώην μολύσματα ἀπολοῦσαι καὶ ἐκκαθάραι πιστεύεται ὁποῖα ἂν εἶεν. Cum hoc Canone confer et Can. XIV. ejusd. *Concilii Nicæni*, et Can. IV. *Epistolæ Canonicæ Basilii M.* Canonemque item IV. *Commonitorii Theophili Alex.* In sacro autem lavacro ablui atque ignosci hominibus omne peccatum, universa credidit antiquitas.

CANON XIII.

Ibid. l. 13. Χωρεπισκόποις] Ostendit doctissimus Beveregius uberius hic adnotans, chorepiscopos omnes, sive episcopos in rure constitutos, quamquam iis munerum aliquot episcopalium exercitium canonibus ecclesiasticis aut denegatum fuerit, aut saltem limitibus arcte conclusum, revera episcopos fuisse. Vide et Binghami *Orig. Eccl.* lib. ii. cap. 14. Ipse autem Rhabanus Maurus, qui sæculo nono libellum *De Chorepiscopis* conscripsit, causam ipsorum egregie tutatus est; quod quidem opus in tomo octavo *Conciliorum* a Labbæo et Cossartio editorum prius extans, ad finem quoque *Petri de Marca de Concordia Sacerdotii et Imperii* a Baluzio collocatum est, unde locum apprime dignum notatu infra describendum censui ad Canonem XIII. *Concilii Neocæsariensis,* qui quidem canon de Chorepiscopis agit.

Ibid. Χωρεπισκόποις μὴ ἐξεῖναι &c.] Μηδὲ πρεσβυτέρους πόλεως. Hæc, quam exhibemus, constans est hujus loci lectio, non modo in MS. Bodleiano, sed et in omnibus aliis, tam Balsamonis, quam Zonaræ, sive impressis sive manu exaratis codicibus; nisi quod in Gallandi codice pro πρεσβυτέρους legatur πρεσβύτερον, sensu nihil mutato. Zonaram etiam πρεσβυτέρους legisse ex scholiis ejus patet: Cano-

nem enim ita interpretatur, ac si hic Chorepiscopis interdiceretur Presbyteros etiam in urbe aliqua constituere. *Μὴ ἐξεῖναι αὐτοῖς πρεσβύτερον ἢ διάκονον χειροτονεῖν, ἀλλὰ μηδὲ πρεσβυτέρους ἐν πόλει καθιστᾶν.* Hanc autem lectionem erroneam esse extra dubium est. Nam in prima canonis parte vetitum est Chorepiscopis Presbyteros in genere ordinare; ideoque non opus fuit, ut de Presbyteris urbanis mentio fieret: et præterea si nec vicanos Presbyteros constituere poterant, multo magis urbanos ordinare iis non liceret. Alia itaque quærenda est lectio. Et quidem in Joannis Antiocheni Collectione pro *πρεσβυτέρους* scribitur *πρεσβυτέροις*, totum enim canonem sic legit, *χωρεπισκόποις μὴ ἐξεῖναι πρεσβυτέρους ἢ διακόνους χειροτονεῖν, ἀλλὰ μὴν μηδὲ πρεσβυτέροις πόλεως, χωρὶς τοῦ ἐπιτραπῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου μετὰ γραμμάτων ἐν ἑκάστῃ παροικίᾳ.* Joan. Antioch. Coll. Can. tit. 21. Sic etiam vetus interpres Latinus apud Justell. Biblioth. p. 279. can. 12. legisse videtur, cujus versio sic se habet, *Chorepiscopis non licere Presbyteros aut Diaconos ordinare; sed neque Presbyteris civitatis sine jussione Episcopi; sed cum iisdem literis eundi ad singulas parœcias.* Quid sibi velit per ultima verba me fugit. Dionysius Exiguus Græca ista in Joannis Antiocheni Collectione verba rectius sic vertit, *Chorepiscopis non licere Presbyteros aut Diaconos ordinare, sed nec Presbyteris civitatis, sine præcepto Episcopi vel literis, in unaquaque parochia.* Sed hæc lectio æque mendosa est, atque altera; utpote juxta quam Presbyteris urbanis liceret Presbyteros et Diaconos ordinare, modo Episcopus eos jusserit, quod absurdum est, et antiquitati inauditum. Quo igitur nos convertemus, ut perplexum hunc dissolvamus nodum? Profecto alia Græca hujus canonis lectio non suppetit; ad Latinas itaque versiones fugiamus necesse est. Et sane Isidorus Mercator scrupulum prorsus amovet, canonem sic vertens, *Vicariis Episcoporum, quos Græci Chorepiscopos vocant, non licere Presbyteros vel Diaconos ordinare: sed nec Presbyteris civitatis sine Episcopi præcepto amplius aliquid imperare, vel sine authoritate literarum ejus in unaquaque parochia aliquid agere.* Et hoc sensu Dionysium Exiguum etiam hunc canonem concepisse, ex Hadriani I. Epitome canonum ex ejus versione collecta constat, in qua sensus hujus canonis sic exprimitur. *Chorepiscopi Presbyterum vel Diaconum non ordinent, nec Presbyter aliquid agat in parochia sine præcepto Episcopi.* Extat hæc epitome in Conciliorum tom. iii. part. i. sect. 1. p. 428. edit. Colon. an. 1618. Sic etiam Fulgentius Ferrandus Diaconus Carthaginiensis; Dionysii Exigui suppar, in breviatione Canonum, ulti-

mam hujus partem Latine sic vertit, *Ut Presbyteri civitatis sine jussu Episcopi nihil jubeant, nec in unaquaque parœcia aliquid agant. Concil. Anquiritano* (i. e. Ancyrano) tit. 13. Unde constat aliquid amplius in hoc canone olim extitisse, quam hodie legitur. Neque enim credibile est, ut hi aliquid intersererent, quod in ipso textu non legebant. Ex iis autem sensus canonis clarissimus eliciatur; ut eo nimirum cautum sit, nec Chorepiscopis licere Presbyteros aut Diaconos ordinare; nec Presbyteris civitatis aliquid in Ecclesia agere sine præcepto Episcopi. Ubi etiam ultimo observetur, omnes Latinos interpretes, una cum Joanne Antiocheno, pro ultimis canonis verbis ἐν ἑτέρᾳ παροικίᾳ, longe rectius legisse ἐν ἑκάστῃ παροικίᾳ. Hæc BEVEREGIUS. CUM vero ab eodem viro doctissimo in superioribus sic tractante dissentiam de hoc canone, cujus quidem et scriptura et interpretatio cum presbyteralis ordinationis quæstione tam prope conjunguntur, ut de eo exposuerint illustres scriptores Salmasius, Petavius, Hammondus, de Marca, aliique; idcirco primum de vera lectione ejus dicere, deinde de ejusdem interpretatione, pluribus, quam congruit in morem meum aut voluntatem, disquirere, necesse habeo; quo clarius hoc indicem, nil omnino patrocinari presbyterali ordinationi canonem Ancyranum, etiamsi absit Latinum additamentum, neque recte sibi inde collegisse Blondellum, "presbyterorum collegia, "episcopi proprii consensu munita, eum vero postulante "nulla lege divina, sed sola ecclesiarum cogente necessi-"tate, omnimodam ubivis locorum ordinationum potesta-"tem habuisse." *Apol. pro Sentent. Hieron.* sect. iii. p. 158.

Vulgo quidem ita editur, Χωρεπισκόπους μὴ ἐξεῖναι πρεσβυτέρους ἢ διακόνους χειροτονεῖν, ἀλλὰ μηδὲ πρεσβυτέρους πόλεως, χωρὶς τοῦ ἐπιτραπῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου μετὰ γραμμάτων, ἐν ἑτέρᾳ (al. ἑκάστῃ) παροικίᾳ. Dionysii Exigui *Versio*, sive *Codex Canonum Ecclesiæ Romanæ Vetus*, ita se habet: *Chorepiscopis non licere presbyteros aut diaconos ordinare, sed nec presbyteris civitatis, sine præcepto episcopi, vel litteris, in unaquaque parochia.*

Principio igitur id notatum velim, omnes qui partium sunt presbyteranarum, cum Salmasio ipsarum antesignano, verba Græca sine illo Latinorum additamento, quod Beveregius tutatus est, legenda esse statuere; in qua quidem re me sibi consentientem eruditi isti scriptores habent. Sed quænam verba? Ea profecto debent esse, quæ et veteres codices, et recta ratio nobis commendat. In verbis igitur Canonis prioribus, Χωρεπισκόπους (vel verius Χωρεπισκόποις) μὴ ἐξεῖναι πρεσβυτέρους ἢ διακόνους χειροτονεῖν,

ἀλλὰ μὴν (μὴν codd. addunt) μηδὲ πρεσβυτέρους πόλεως, verissimum est, quod affirmat Beveregius, πρεσβυτέρους πόλεως, non quod posuit Salmasius, lib. *De Episcopis et Presbyteris*, pag. 304. πρεσβυτέροις π. perpetuam esse hujus loci lectionem; cujus rei testimoniis ab aliis allatis *sex* addere mihi jam licuit *exemplaria* vetusta Bodleiana, dum *duo* alia, quæ numeris 26. et 625. designantur, ἐπισκόποις aut ἐπισκόπους habent; nulla autem illorum dativum πρεσβυτέροις præ se ferunt. His *sex codicibus* annumeres Matthæum Blastarem in *Syntagmate Canonum Alphabet.* omniaque edita *Concilia* atque *Canones*, Arabicumque præterea Paraphrastem, et Rhabanum Maurum, de quibus infra. Solus, quod sciam, πρεσβυτέροις habet Joannes Antiochenus in *Canonum Digesto;* neque enim diversi esse auctoris puto exemplar Bodleianum 5771. a me alibi commemoratum; neque alio pertinere videtur codex ille vetustissimus a viro doctissimo Herberto Thorndicio in Tractatu Anglica lingua conscripto, *De Jure Ecclesiæ in Civitate Christiana*, cap. iii. p. 140. in bibliotheca extare Bodleiana dictus, quem crediderim ipsum esse ejusdem *Joannis MStum* numero 86. denotatum. Latini quidem canonum interpretes *presbyteris* dandi casum præstant, sed neque eo magis adducor, ut propter pravam hanc versionem censeam eos suis in codicibus vocem invenisse πρεσβυτέροις; ponas enim ut vox prima lecta ab iis fuerit χωρεπισκόπους, quæ pro χωρεπισκόποις sæpenumero, etsi minus recte, scribitur, tum vero licuisset illis locum eodem modo interpretari, etiamsi πρεσβυτέρους revera legerent. Exempli gratiâ, cum non tantum Dionysii Exigui *Interpretatio*, sed et *Prisca* illa *Canonum Versio* in Justelli *Biblioth. Juris Canon. Vet.* edita, canonem ita Latine reddat, *Chorepiscopis non licere presbyteros aut diacones ordinare, sed neque presbyteris civitatis*, Græca possent, prout solent edi, extitisse, Χωρεπισκόπους μὴ ἐξεῖναι πρεσβυτέρους ἢ διακόνες χειροτονεῖν, ἀλλὰ μὴν μηδὲ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥΣ πόλεως.

Stabilita autem atque probe fixa lectione πρεσβυτέρους, quam tenent cum exemplaria Bodleiana (nam de lectione ἐπισκόπους, vel ἐπισκόποις, nemo presbyteranarum quidem partium mecum facile certabit) tum libri editi, atque commentatores Græci; deinceps quomodo constituenda sit vox proxime ante a me memorata, χωρεπισκόποις, age jam videamus. Verba si quis inspexerit, non dubito, quin ei lectio potior χωρεπισκόποις esse constiterit, quam quidem ego in contextu exhibui. Illam *codices Bodleiani* præstant

omnes præter unum MS. 205. eumque cæteris plerisque recentiorem, tum vero *Codex Canonum Ecclesiæ Justellianus*, Joannes Antiochenus cum *impressus* tum *MStus*, probante et Salmasio; alteram vero χωρεπισκόπȣς vulgo tuentur *Conciliorum Canonum*que *editt.* Beveregiique *Synodicon.*

Jam vero, si illa, quæ sanior, ni fallor, lectio est, χωρεπισκόποις, præferatur, dum altera tamen χωρεπισκόπους veram canonis sententiam facile admittit, emerget verborum sensus ipsam ordinationem presbyteranam hoc quidem canone ablegans atque excludens. Neque hoc Hammondum fugit in *Dissert.* iii. *Contra Blondel.* c. 9. Immo reapse hanc ipsam canonis faciem, qualis nunc lectori a me sistitur, expressit jam olim vetus Latinus auctor Rhabanus Maurus in libello suo *De Chorepiscopis*, cujus verba, a nemine adhuc, quod sciam, in hac causa adducta, proferam. *De Chorepiscopis autem*, inquit, *in Ancyrano concilio ita scriptum est :* Chorepiscopis non licere presbyteros aut diaconos ordinare, sed nec presbyteros civitatis, sine præcepto episcopi, vel litteris in unaquaque parochia. *Attende quod non dicit, chorepiscopis non licere penitus diaconos aut presbyteros ordinare, sed non aliter licere nisi ex præcepto episcopi sui, vel literis, in* unaquaque *parochia.* Sic Rhabanus, qui archiepiscopus sæculo nono fuit Moguntinus, ad p. 1361. ed. Baluzianæ *Operum Petri de Marca.* Porro similem in modum triginta circiter annos post Ancyranos Antiocheni de Chorepiscopis in *Canone* X. hæc statuebant; Εἰδέναι τὰ ἑαυτῶν μέτρα, ϗ διοικεῖν τὰς ὑποκειμένας αὐτοῖς ἐκκλησίας, καὶ τῇ τȣ́των ἀρκεῖσθαι φροντίδι καὶ κηδεμονίᾳ· καθιςᾷν δὲ ἀναγνώςας ϗ ὑποδιακόνȣς, ϗ ἐφορκιςὰς, ϗ τῇ τȣ́των ἀρκεῖσθαι προαγωγῇ, μήτε δὲ πρεσβύτερον μήτε διάκονον χειροτονεῖν τολμᾷν, δίχα τȣ̃ ἐν τῇ πόλει ἐπισκόπȣ, ᾗ ὑπόκεινται αὐτός τε ϗ ἡ χώρα.

Atque ita res plane conficeretur, nisi si ab utraque parte tam episcopali quam presbyterana, objectum esset, haud opus fuisse in canone Ancyrano mentione *presbyterorum civitatis*, ut ne a chorepiscopis sine licentia episcopi ordinarentur, cum presbyteri et diaconi in genere, ut loquuntur, ante commemorati fuissent; et præterea, ut rem urget Beveregius, si nec vicanos presbyteros constituere poterant chorepiscopi, multo magis urbanos non licuisset. At vero Beveregio quidem, cui notum, immo, ut ex *Synodici* sui textu constat, prælatum est illud ἀλλὰ μὴν μηδὲ pro ἀλλὰ μηδὲ, vera, ni fallor, utcunque neglecta, loci hujus interpretatio haud obscura esse debuerat. Canon nimirum ait, *Chorepiscopis non licere presbyteros aut diaconos ordinare*, nedum *presbyteros civitatis ;* nam chorepiscopi nonnulli in hoc

quoque munus, quod majus est, in presbyterorum civitatis ordinationem involaverant, limitum suorum obliti. Neque aliter etiam antiquitus exposuisse Zonaras videtur.—ἀλλὰ μηδὲ πρεσβυτέρους ἐν πόλεσι καθιςᾷν, εἰ γὰρ ἐν ταῖς χώραις ἐν αἷς ἐπισκόπουσιν οὐ δύνανται χειροτονεῖν τοὺς εἰρημένους, ΜΑΛΛΟΝ ἐν πόλεσι τοῦτο ποιεῖν οὐ δύνανται. Particulam interea μὴν negationem augentem agnoscunt *scripti Bodleiani omnes*, Joannesque Antiochenus, etsi *edita Concilia* atque *Canones* omittunt. Porro exempli gratiâ, similiter scribit Epiphanius in *Hæres*. lxxix. num. 5. Ποῖος προφητῶν ἐπέτρεψεν ἄνθρωπον προσκυνεῖσθαι, οὐ μὴν γυναῖκα λέγειν; p. 1162. ed. Petavii, ubi a minore ad majus proceditur. Ita et in illustri loco *Hist. Ecclesiast.* suæ Socrates, lib. ii. cap. 8. ἐν ταύτῃ δὲ τῇ συνόδῳ (Antiochensi in Encæniis) συνῆλθον ἐκ διαφόρων πόλεων ἐπίσκοποι ἐνενήκοντα. Μάξιμος μέντοι ὁ τῶν Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος, ὃς Μακάριον διεδέξατο, οὐ παρεγένετο ἐν αὐτῇ, ἐπιλογισάμενος ὡς εἴη συναρπαγεὶς, καὶ τῇ καθαιρέσει ὑπογράψας Ἀθανασίου· ἈΛΛΑ ΜΗΝ ΟΥΔΕ Ἰουλίος παρῆν, ὁ τῆς μεγίςης Ῥώμης ἐπίσκοπος, ΟΥΔΕ ΜΗΝ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ ἀπεςάλκει τινά· καίτοι κάνονος ἐκκλησιαςικοῦ κελεύοντος, μὴ δεῖν παρὰ τὴν γνώμην τοῦ ἐπισκόπου Ῥώμης τὰς ἐκκλησίας κανονίζειν. Confer et Aristotelis *Eth. Nicom.* 3. 2. pag. 101. ed. Wilkinson. Porro nunc demum video Thorndicium, quem supra memoravi, in libro suo, *De Ratione ac Jure Finiendi Controversias Ecclesiæ* cap. xx. p. 360. ut huic canoni addendum esse τὶ πράττειν ostendat, etsi frustra id, opinor, conatus est, hoc scripsisse; "Manifesto absurdum, majus esse, presbyte-" ros urbicos, quam chorepiscopos, ordinandis presbyteris " diaconisque prohiberi; quod illa innuunt ἀλλὰ μὴν μηδέ." Sic ille, quasi vere scriptum esset πρεσβυτέροις πόλεως.

Verum enimvero omnes fere episcopalium jurum fautores, dum difficultati illi, tam a se ipsis quam ab adversariis suis propter mentionem factam presbyterorum urbicorum allatæ, obvenire ac satisfacere conantur, tanquam coacti necessitate aliqua, quippe cum probe scirent ordinationem virorum sacrorum a presbyteris in antiqua ecclesia nunquam fieri solitam, ad additamenta quædam nonnullorum veterum interpretum confugere voluerunt. Post illa nimirum, *Chorepiscopis non licere* &c. se ita habet Isidori *Versio*, ut supra monuit Beveregius; *sed nec presbyteris civitatis sine episcopi præcepto* amplius aliquid imperare, vel sine authoritate literarum ejus *in unaquaque parochia* aliquid agere. Variantur verba in *aliis Collectionibus Canonum Latinis*.

Ubi primo illud monendum est, hujus additamenti nec volam nec vestigium in ullo Græco canonum vel exemplari,

vel digesto, vel demum expositione, deprehendi po... Ad commentatores, sive expositores, quod attinet, ... plo sit Aristenus, qui ad veterem *Synopsin Canonum* ... *editam* tum in *MSto Bodl.* 264. extantem, ubi positum ... Χωρεπίσκοπος οὐ χειροτονεῖ ἄνευ ἐπιτροπῆς ἐπισκόπου, haec ... habet, Ὁ μὲν κάνων οὗτος ἀδιαςάτως τοὺς χωρεπισκόπους ... χειροτονεῖν ἄνευ ἐπιτροπῆς ἐπισκόπου. De actu aliquo pre... terorum civitatis prorsus nihil. Porro in hunc mo... canonem exposuit MS. Bodl. Arabicus a Thorndicio, ... *Jure Ecclesiæ in Civit. Christiana* cap. 3. et ab Hammo... in *Dissert.* iii. *Contra Blondel.* cap. 8. commemora... Haud permissum esse chorepiscopis, ait Arabicus Pa... phrastes, *ut faciant presbyteros aut diaconos omnino,* ... que in villa neque in urbe, *absque mandato episcopi:* ... *rogatus fuerit episcopus hac de re, et permiserit eis ut fa... ant eos, necnon scripserit eis scriptum, quod authorita... dabit eis eadem de re.* Sic ille, qui eum canonem ob oc... los profecto habebat, qui supra in textu meo reposit... est.

Deinde vero de ipsis Latinis versionibus, quas viri doc-tissimi appellant, disquiramus. In *Prisca* illla *Canon... Versione* ex Ch. Justelli bibliotheca edita, quæque ... *Dionysii Exigui Interpretationem* confecta fuisse videtur, additamentum non comparet. Neque in ipsius quoque *Dionysianæ Versionis,* quæ *Codex Canonum Ecclesiæ Romanæ* vulgo dicta est, *editionibus* vel *Vendelstiniana,* quæ princeps editio est, vel *Pithæana,* vel *Justelliana,* idem illud habetur. Fateor Fulgentium Ferrandum, qui paulo post Dionysium Exiguum floruit, in *Breviatione Latina Canonum* clausulam agnoscere; quam in hunc modum Græce refingere sibi proposuit Hammondus, supra ad c. 9. —ἀλλὰ μηδὲ πρεσβυτέρους πόλεως, χωρὶς τοῦ ἐπιτραπῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου μετὰ γραμμάτων, πράττειν τι ἐν ἑκάςῃ παροικίᾳ. Concedendum id quoque est, brevem quandam *Epitomen Canonum* ab Hadriano I. durante sæculo octavo Carolo Magno Romæ oblatorum additamento patrocinari, cum se ita habeat, *nec presbyter* aliquid agat *in parochia* sine præcepto episcopi. At vero quinquaginta et amplius annos ante Hadrianum, qui quidem pontifex Romanus duobus plus sæculis Dionysium secutus est, Crisconius Africanus episcopus in *Breviario* suo Canonem iisdem prorsus verbis adduxerat, quibus ille extat in *Codice Ecclesiæ Romanæ.* Neque aliter sæculo proxime sequente fecit ipsius Isidori tempore Rhabanus Maurus, sed voce *presbyteros,* ut ante ostendi, pro *presbyteris* cum voce *civitatis* posita. Verum hercle non adeo miranda nobis est additio ista a

Ferrando sancita, quæ nonnihil variata in *Isidori Collectione*, et in *Codice Canonum* ex duobus MStis a Quesnelio edito, in *Capitulari* quoque *Aquisgranensi Caroli M.* etiam paulo antequam vulgo nota fuerit Collectio Isidoriana, comparuit. Quî enim id ferri posset, ut renitente omni antiquitate presbyteri permissu episcopali aliterve sacros unquam contulisse ordines existimarentur? At prava tamen Græci canonis versio illud asserebat. Hinc deesse aliquid in codicibus suis alii Latini interpretes colligebant, atque ita supplere pergebant, quod cum aliis quidem canonibus et disciplina ecclesiastica bene congrueret. Similique de causa adducti esse videntur, ut idem hac de re statuerent auctores recentiores, Hammondus, Petrus de Marca, Thorndicius, Cabassutius, Binghamus, Johnsonus, et alii; dum Petavius, alia ratione rem medicari gestiens, verba, ἀλλὰ μηδὲ πρεσβυτέρους πόλεως, omnino resecanda et expungenda jubet, in *Notis ad Epiphanium*, tom. ii. p. 277. Eodemque, ni fallor, spectat varietas illa *duorum codicum* in bibliotheca Bodleiana *MStorum* 26. et 625. olim *Rawlinson.* quam ante commemoravi, præ se ferente altero eorundem codicum ἐπισκόποις πόλεως pro πρεσβυτέρους π. altero autem accusativum ἐπισκόπους, sed illum mutatum in dandi casum ἐπισκόποις, ad cujus tamen codicis oram lectio vera πρεσβυτέρους exarata est. Nec multum dissimile est Scholium in *cod.* 3385. extans, Ὅτι οὐκ ἔξεστιν χωρεπισκόπους χειροτονεῖν ἄλλους, οὐδὲ ἐπισκόπους, ἐν ἑτέρᾳ παροικίᾳ. Sed in *scriptis* illis 26. et 625. ἑκάστῃ non ἑτέρᾳ positum est.

Rejecto vero additamento Ferrandiano, standum esse videtur fide Græcorum codicum ac magnæ partis Latinarum Versionum, idque faciendum meo quidem judicio omnia nobis persuadent. Neque aliter de hoc additamento existimabat vir cl. Hen. Dodwellus, etsi alia quidem via aggressus est difficultati occurrere, quæ, prout luculenter ostendit quædam Barlovii epistola episcopi Lincolniensis ad Usserium, (*Epp. Usserian.* ccxxii. ad p. 519.) diu et magnopere torsierat eruditos. Dodwellus autem, ut auctor est Fr. Brokesby in *Hist.* scripta vernaculâ linguâ *Regiminis Ecclesiæ Primitivæ*, Canonem ita exponendum duxit. " *Chorepiscopo non licere presbyteros aut diaconos* " *ordinare, ne presbyteros quidem urbis* (h. e. κωμοπόλεως, " oppidi vel urbis alii subditæ, vocem habes in S. Marci " *Evang.* i. 38.) *in aliena ditione* (h. e. aliûs chorepiscopi) " *sine venia episcopi* (h. e. episcopi urbis ad quam ambo " chorepiscopi pertinebant) *literis ejus testata.*" cap. xiii. p. 200. Hæc excogitavit, teste amico ejus Francisco illo

Brokesby, cujusdam de amicis meis. illustris ingenio et doctrina abavo, eruditissimus Dodwellus, lectione quidem ἐν ἑτέρᾳ παροικίᾳ pro ἐν ἑκάστῃ π. prælata, sed additamento, ut dixi, Latinorum prorsus excluso; et post sensi Blasterem, qui sæculo decimo quarto *Syntagma Canonum* conscripsit, in hac eadem interpretatione, ut verisimile est, Dodwello ob oculos fuisse ac præivisse. Τὰ αὐτὰ, inquit, καὶ ὁ ιγʹ. τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ διέξεισι, πρεσβυτέρους ἢ διακόνους τὸν χωρεπίσκοπον μὴ χειροτονεῖν· εἰ δὲ διὰ γραμμάτων τοῦ ἐπισκόπου ἐπιτραπείη, πρεσβύτερον καὶ ἐν ἑτέρᾳ χειροτονῆσαι ΚΩΜΗ.. Lit. E. cap. xxxi. pag. 133. in Beveregii *Synodico.* Hæc scripsit ille propter lectionem variantem ἑτέρᾳ, sed ἀπροσδιονύσως, opinor. Cæterum de lectione istac statim post dicend.

P. 411. l. 15. ἐν ἑκάστῃ παροικίᾳ] *Vulgo* ἐν ἑτέρᾳ, faventibus quidem *Bodleianis sex MStis* Blastarisque *Syntagmate.* Sed lectio, quam in textum ego recepi, in *duobus codicibus Bodl.* 26. et 625. *Rawl.* Joanne Antiocheno tam *edito* quam *scripto,* margine *Codicis Canonum Justelliani,* Zonaræ et fortasse Balsamonis *Commentariis,* denique in omnibus *Latinis versionibus* extat; tum vero probatur Salmasio in lib. *De Episcopis et Presbyteris,* cap. v. pag. 303. Petro de Marca *De Concordia Sacerdotii et Imperii,* lib. ii. cap. 14. pag. 177. Hammondo, ubi supra, Thorndicio *De Ratione ac Jure* &c. cap. xx. p. 360. et 371. Beveregioque. Etiamsi vero altera præferatur lectio, tamen nulla in re aliquid momenti habente interpretatio subvertetur, quæ ante stabilita est hujus Canonis.

Ibid. l. 16. παροικίᾳ.] Accipe Zonaræ Balsamonisque in Canonem *Commentarios.* Zonaras ait: Ὁ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου δέκατος κανὼν τὰ αὐτὰ περὶ τῶν χωρεπισκόπων ὁρίζει, ἀπαγορεύων αὐτοῖς χειροτονίαν πρεσβυτέρου ἢ διακόνου, μόνους δὲ ἐπιτρέπων χειροτονεῖν ὑποδιακόνους καὶ ἀναγνώστας, καὶ ἐφορκιστάς· ἄνευ δὲ ἐπιτροπῆς τῶν ἐπισκόπων οἷς ὑπόκεινται, μὴ ἐξεῖναι αὐτοῖς πρεσβύτερον ἢ διάκονον χειροτονεῖν, ἀλλὰ μηδὲ πρεσβυτέρους ἐν πόλεσι καθιστᾷν. εἰ γὰρ ἐν ταῖς χώραις, ἐν αἷς ἐπισκοποῦσιν, οὐ δύνανται χειροτονεῖν τοὺς εἰρημένους, μᾶλλον ἐν πόλεσι τοῦτο ποιεῖν κωλύονται, τὴν δὲ ἐπιτροπὴν βούλεται ὁ κανὼν διὰ γραμμάτων γίνεσθαι, ἤτοι ἔγγραφον, ἵνα μή τις εἴη περὶ τούτου ἀμφιβολία, τοῦ μὲν χωρεπισκόπου λέγοντος ἐπιτραπῆναι, τοῦ δὲ ἐπισκόπου ἀρνουμένου ἴσως, ἢ διὰ λήθην ἢ ἄλλως. Balsamo: Εἰ θέλεις μαθεῖν τίνες εἰσὶν οἱ χωρεπίσκοποι καὶ τίνα τὰ τούτων προνόμια, ἀνάγνωθι τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου κανόνα ιγʹ. τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ κανόνα ιʹ. καὶ τὴν πρὸς τοὺς χωρεπισκόπους ἐπιστολὴν τοῦ ἁγίου Βασιλείου. διορίζονται δὲ καὶ οἱ τῆς παρούσης συνόδου πατέρες, μὴ χειροτονεῖν χωρεπίσκοπον πρεσβυτέρους ἢ διακόνους χωρὶς ἐγγράφου ἐπιστολῆς τοῦ ἐγχωρίου ἐπισκόπου,

ἀλλὰ μηδὲ πρεσβύτερον πόλεως. περὶ μέντοι τοῦ παρόντος κανόνος ἠθέλομεν γράψαι τινά· ἐπεὶ δὲ ὁ τῶν χωρεπισκόπων βαθμὸς παντελῶς ἠπράκτησεν, οὐδὲ ἡμεῖς ματαιοπονῆσαι ἠθελήσαμεν. Aristeni *Scholium* jam excitavi ad pag. 436. Addidit vero et hæc Aristenus, post nonnulla de Canone X. *Concilii Antioch. Epistola*que S. Basilii M. quæ est de Chorepiscopis, memorata, Χωρεπίσκοποι δέ εἰσιν, οἱ σήμερον ἐν ταῖς κώμαις καὶ χώραις πρωτοπαπάδες λεγόμενοι. Balsamo autem, quem paulo fortasse antiquiorem hoc Aristeno fuisse censet Beveregius, commentarium suum senescente sæculo duodecimo scripsisse ab eodem ostenditur. Vid. Prolegomena *Synodici*, §. xiv. p. x. Cum vero inter Latinos chorepiscoporum ordo diu receptus esset, sæculo etiam decimo quarto idem ille adhuc permansisse atque extitisse in Anglia videtur; certe, referente H. Whartono in libro *De Episcopis Londinensibus* &c. p. 124. anno 1332. Stephani episcopi chorepiscopus, seu suffraganeus, fuit Petrus Corbariensis, vel Corabiensis, qui multorum episcoporum provinciæ Cantuariensis supplebat officium, in ordinibus celebrandis, ecclesiis dedicandis, cæterisque omnibus ad ministerium episcopi spectantibus. Porro inter codices MStos Biblioth. Lambethanæ, quos primus omnium orbi notos fecit reverendissimus noster archiepiscopus, cum numerum eorum munificentissime auxisset, extare dicitur ad pag. 80. *Catalogi* nuper editi *Indiculus Chorepiscoporum seu Suffraganeorum Episcop. Diocesis Cantuar.* confer et pag. 81. Adhæc celebres sunt episcopi suffraganei, quos in multis oppidis lex Henrici octavi constituebat. Quæ quidem lex, ut obiter id notem, in aliquod tempus obtinuisse videtur, decem enim virorum inveni nomina, *Mannyng, Salisbury, Thornden, Rogers, Hodgkins, Byrde, Thomas, Holbeach, Barnes, Sterne,* qui temporibus ejusdem Henrici vel liberorum ejus suffraganei episcopi fuerunt; scilicet *Gippesvicensis, Thetfordiensis, Dubrensis, Bedfordiensis, Penrithensis, Shrewsburiensis, Bristoliensis, Nottinghamiensis, Colcestriensis*que suffraganei vocati; quorum duo ultimi perinde ac Rogers ille Elizabetha regnante constituti sunt. Sternium quidem memorat Collier. in *Hist. Eccles. Britan.* vol. ii. lib. vii. pag. 637. de Barnesio vero agit Antonius Wood, *Athen. Oxon.* vol. i. p. 708.

CANON XIV.

P. 412. l. 2. πρεσβυτέρους ἢ διακόνους ὄντας] Can. Gangr. II. HARDUIN. Pertinet Canon ille ad agapas, quæ vocan-

tur. Ait Balsamo in *Comment.* ἐπεὶ δὲ πρεσβυτέρων ᾗ διακόνων μόνων ἐμνήσθη ὁ παρὼν κανὼν, ὁ δὲ ῥηθεὶς ἀποςολικὸς κανὼν πάντων τῶν ἀνθρώπων μέμνηται, ὀφείλεις καὶ σὺ τὰ ἐνταῦθα διορισθέντα εἰς πάντας ἑλκύσαι. Conferas 51. et 53. *Canones*, qui *Apostolorum* dicuntur, Encratitarum hæreticorum dogmatibus oppositos, ut ex Irenæo liquet lib. i. cap. 28. vel 30. sed fortasse contra gemina Manichæorum scita præsertim constitutos, quæ sub finem sæculi tertii in imperium Romanum irruperunt. Immo vero apostolicis quoque temporibus hujusmodi opiniones extiterant, quas confutavit S. Paulus in *Ep. priore ad Timotheum*, cap. 4.

P. 412. l. 3. ἐφάπτεσθαι] Matthæus Blastares *Syntagm.* Lit. B. cap. ix. pag. 55. Ὁ δὲ τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ ιδʹ. τοῖς τῶν κρεῶν ἀπεχομένοις δι' ἄσκησιν, γένεσθαι (γεύεσθαι) μόνον ἐπὶ τῶν συνάξεων παρεγγυᾶται. Similiter exponentem Zonaram mox videbis.

Ibid. l. 4. εἰ δὲ βδελύσσοιντο] Veram hanc lectionem ex *tribus* restitui *codicibus* vetustissimis 26. et 625. et 3385. Joannisque Antiocheni *Collectione* cum *edita* tum *scripta*, atque *Interpretibus Latinis*. *Vulgo* editum est εἰ δὲ βέλοιντο, quod etiam in uno *codice* 715. exaratum est, et a Græcis quidem commentatoribus valde coacto sensu explicatum. Quod autem in cæteris extat scriptis meis, a Beveregioque editum est, εἰ δὲ μὴ βέλοιντο, id ex lectione jam corrupta ortum fuit. In altero quoque Joannis Antioch. *codice MS. Bodleiano*, qui num. 86. signatur, habetur idem, ad oram tamen ejus ἢ βδελύσσοιντο rescribitur. Atque *codex* 205. in quo εἰ δὲ μὴ βέλοιντο legitur, verba ὡς μηδὲ emendandi loci causâ omittit. Sed profecto ita incipit *Apostolicus Canon* LIII. Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν ἑορτῶν οὐ μεταλαμβάνει κρεῶν ᾗ οἴνȣ ΒΔΕΛΥΣΣΟΜΕΝΟΣ, ᾗ οὐ δι' ἄσκησιν, καθαιρείσθω. *Concilium* porro *Bracarense*, in Hispania medio sæculo sexto habitum, canonem Ancyranum hoc modo imitatum est: *Si quis immundos putat cibos carnium, quos Deus in usus hominum dedit, et non propter afflictionem corporis,* SED QUASI IMMUNDITIAM PUTANS, *ita abstineat ab eis, ut nec olera cocta cum carnibus prægustet, sicut Manichæus et Priscillianistæ dixerunt, sit anathema*, cap. xiv. Confer ejusd. Concil. de *Disciplina Eccles.* Capit. xiv. Cæterum, ut ait Epiphanius, *Hæres.* xlviii. num. 8. αἱ πλείους τῶν αἱρέσεων τούτων, τοῦ γαμεῖν κωλύουσιν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων παραγγέλλουσιν, οὐχ ἕνεκεν πολιτείας προτρεπόμενοι, ȣ̓χ ἕνεκεν ἀρετῆς μείζονος, καὶ βραβείων, καὶ ςεφάνων, ἀλλὰ βδελυκτὰ τὰ ὑπὸ τοῦ Κυρίου γεγενημένα ἡγȣ́μενοι. pag. 410. ed. Petavii. Similiter Gennadius

in libello *De Eccles. Dogmatibus; Malas dicere nuptias, vel fornicationi comparandas aut stupro; cibos quoque credere malos, vel malitias causare percipientibus, non est Christianorum, sed proprie Hierachitarum, et Manichæorum*, cap. 67; et statim ante dixerat, *abstinere ab aliquibus non quasi malis, sed quasi non necessariis non est malum. Moderari vero eorum usum pro necessitate et tempore, proprie Christianorum est.*

P. 412. l. 5. *καὶ μὴ*] Sic edidi e *septem codicibus scriptis* atque Joanne Antioch. *Vulgo* καὶ εἰ μὴ, Beveregius καὶ μηδὲ, ex *codice* forsan 205.

Ibid. l. 6. *τάξεως.*] Zonaræ *Commentarius:* Ἐν πεντηκοςῷ τρίτῳ κανόνι οἱ ἅγιοι ἀπόςολοι διετάξαντο, τὺς μὴ μεταλαμβάνοντας κρεῶν καὶ οἴνου ἐπισκόπους ἢ πρεσβυτέρους ἢ διακόνους, ὡς βδελυσσομένους αὐτὰ, καὶ οὐ δι' ἄσκησιν, καθαιρεῖσθαι. ἐπεὶ δὲ εἰκὸς ἦν τινὰς βδελυττομένους τὸ κρέας, ϗ τὸν οἶνον, ἀπέχεσθαι αὐτῶν, λέγειν δὲ ὅτι δι' ἄσκησιν αὐτῶν ἀπεχόμεθα, ὥρισεν ἡ συνόδος αὕτη, ἅπτεσθαι τῶν κρεῶν τοὺς ἀπεχομένους αὐτῶν, ἀντὶ τοῦ ἀπογεύεσθαι αὐτῶν κατά τινας καιρὺς συνάξεων, καὶ οὕτως, αὖθις εἰ βύλοιντο ἐγκρατεύεσθαι. εἰ δὲ οὕτως βύλονται, ἀπέχεσθαι αὐτῶν, ὡς μηδὲ λάχανα μετὰ κρεῶν ἑψόμενα ἐσθίειν, πεπαῦσθαι αὐτὺς τῆς τάξεως, τυτέςιν ἐξωθεῖσθαι τοῦ βαθμῦ ϗ τῆς τιμῆς ἐν ᾗ τυγχάνουσιν ὄντες.

CANON XV.

Ibid. l. 9. *ἀνακαλεῖσθαι*] *Vulgo* ἀναβαλεῖσθαι. Sed ἀνακαλεῖσθαι, quod ad marg. *editt.* Labbæan. et Harduin. *Concilior.* legendum proponitur, quodque edidit Beveregius, habent *Codex Canonum Justellianus*, Joannes Antioch. MS. etsi ἀνακαλεῖσθω editus, *omnes*que *scripti Bodl.* et *Commentatores, Versiones*que.

Ibid. *τὸ κυριακόν*] Κυριακὸν est sacra Deo ædes. *Dominicum* appellat Idatius in Fastis. HARDUIN.

Ibid. l. 11. *ἀπολαβεῖν*] Excidisse ab antiquo vel τοὺς ὠνητὰς vel quid hujusmodi, persuasum mihi est, tum ex sensu aperto Canonis, tum propter voces illas, αὐτοῖς τύτοις quæ sequuntur. Hos vero emptores necesse est Christianos extitisse, ut obstringi possent auctoritate concilii.

Ibid. l. 12. *τὴν πρόσοδον*] Hoc quoque pro *vulgato* τὴν εἴσοδον recte posuerat Beveregius, firmantibus *scriptis meis omnibus*, Joanne Antioch, *Codicis*que *Canonum Justelliani Margine*, et faventibus Zonara ac Blastare.

Ibid. l. 13. *τιμήν*] Zonaræ *Commentarius:* Ἐὰν μὴ ὄντος ἐπισκόπυ ἐκποιήσωνταί τινα τῶν διαφερόντων ἀκινήτων τῇ ἐκκλησίᾳ, οἱ τοῦ κλήρου, διά τινα ἴσως κατεπείγουσαν χρείαν· διὰ γὰρ τῶν

πρεσβυτέρων τὸν κλῆρον ἠνίξατο ὁ κανὼν, μνησθεὶς αὐτῶν τὸ ὑπερέχον τοῦ βαθμοῦ· ἀνακαλεῖσθαι ταῦτα δύναται ἡ ἐκκλησία, ἤτοι ὁ ἐπίσκοπος. οὗ τῇ κρίσει ἀνατίθησιν ὁ κανὼν δοκιμάσαι, εἰ χρὴ ἀντιςραφῆναι τὸ τίμημα, ἢ μή. ἴσως γὰρ εὐπρόσοδον ἂν τὸ ἀκίνητον περιεποιήσατο τῷ ἀγοραςῇ πλείονα τὴν τιμήν. ὁ δὲ τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου εἰκοςὸς (τριακοςὸς) ἕκτος κανὼν ἀπρόσοδα ἀκίνητα δίδωσιν ἐκποιεῖσθαι, ἀνάγκης ἐπικειμένης, ἀλλὰ καὶ τὰ τοιαῦτα μετὰ διαςίξεως. Similiter interpretati Canonem sunt Balsamo Blastaresque. Neque alia suadet jus et æquum.

CANON XVI.

P. 412. l. 15. τῶν ἀλογευσαμένων] Interpretati sunt S. Martinus Bracarensis in *Collectione Canonum Quorundam* apud *Juris Canon. Vet. Biblioth.* ad p. 31. Zonaras, Balsamo, Blastaresque, de ζωοφθορίᾳ tantum; sed simul cum illa τὴν μετὰ ἀῤῥένων ἀσχημοσύνην Aristenus et alii, sicut et *Latinæ Versiones*, conjunxerunt.

Ibid. ἢ καὶ ἀλογευομένων] *Vel etiam in scelere suo perstantium.* Confer *Heb.* vi. 10. διακονήσαντες τοῖς ἁγίοις καὶ διακονοῦντες, Vulgat. *qui ministrastis sanctis, et ministratis.* Et S. Justin. M. in *Dialogo* cum *Tryphone*—καὶ μάλιςα τοὺς ἐν ταῖς συναγωγαῖς καταναθεματίσαντας καὶ καταναθεματίζοντας ἐπ' αὐτὸν Χριςόν. §. 47. ed. Benedictin. Cum vero omittat particulam καὶ *codex Bodl.* 3385. forsitan suspicetur aliquis, hoc membrum, ἢ ἀλογευομένων, varietatem tantum lectionis esse ex margine devectam. Certe id nesciunt *Prisca Latina Versio* ex bibliotheca cl. Justelli edita et S. Martinus Bracarensis, ubi supra. Verumtamen neque de hac clausula, neque de illa ἤτοι λεπρώσαντας in Canone proxime sequente, ita ego velim statuere.

P. 413. l. 5. κατακόρως] MSS. Amerbachianus et Ætoniensis pro κατακόρως legunt κακούργως. Sed Joannes Antiochenus una cum Parisiensi Balsamonis editione Bodleianæ nostræ (cod. 205.) veræque lectioni suffragantur. Juxta quam etiam vetus interpres hæc verba reddit, *Si autem incessanter ad peccandum perseverarint.* Et Dionysius Exiguus vertit, *Quod si inexplebiliter his hæsere criminibus.* Sed Gentianus Hervetus in codice Tiliano κακούργως legisse videtur; vertit enim, *si qui autem improbe ac maligne in peccatis fuerunt.* Bevereg. Nulla hic differentia aut in *edd.* quas vidi *Conciliorum Canonumve,* aut in *codd. scriptis Bodleianis* mihi occurrit, qui quidem omnes κατακόρως præstant. Immo Tilius in *Canonibus,* quos ex codice suo Græce edidit, idem posuerat.

P. 413. l. 8. ὑποπεσόντες κοινωνίας τ.] Ὑποπεσέτωσαν κ̀ κοινωνίας τυγχανέτωσαν. Sic etiam MS. Ætoniensis una cum Parisiensibus Balsamonis et Zonaræ editionibus legit: sed Joannes Antiochenus, et MSS. Amerbachianus et Gallandi, rectius legunt, ὑποπεσόντες κοινωνίας τυγχανέτωσαν τῆς εἰς τὰς προσευχὰς, *pœnitudinem gerentes in communionem suscipiantur orationum*, ut vertit Dionysius Exiguus. BEVEREG. Cum in lectione convenerint *codices omnes Bodleiani*, testesque illi a Beveregio citati, recipiendam ego in contextum eandem duxi.

Ibid. l. 13. τῆς κοινωνίας] Τοὺς ζώοις ἀλόγοις συμφθαρέντας οὐχ ὁμοίως πάντας οἰκονομεῖσθαι ὁ κανὼν διατάττεται, ἀλλὰ διαφορὰς ποιεῖται κατὰ τὰς ἡλικίας αὐτῶν. τοὺς μὲν γὰρ μήπω τὸν εἰκοστὸν φθάσαντας χρόνον πεντεκαίδεκα ἔτη βούλεται ὑποπίπτειν, εἶτα ἐν ἄλλοις πέντε ἔτεσι κοινωνεῖν τοῖς πιστοῖς τῶν εὐχῶν, ἀντὶ τοῦ συνίστασθαι αὐτοῖς καὶ συνεύχεσθαι, καὶ μετὰ τὰ πέντε ἔτη τῆς συστάσεως, μεταλαμβάνειν καὶ τῶν θείων δωρεῶν. Hæc Zonaras in *Comment.*

CANON XVII.

Ibid. l. 15. καὶ λέπρους ὄντας] Est exponendum de lepra affectis, qui hoc scelus patraverant, uti exposuit vetus illa *Canonum Synopsis*, ad quam commentatus est Aristenus; haud cum cæteris scholiastis metaphorice interpretandum. Porro aliquantum pertinet ad monstrosam horum miserorum ac desertorum hominum libidinem tertia fabula tertii libri *Fabularum* Phædri.

Ibid. ἤτοι λεπρώσαντας] Scholiastes Harmenopuli in hunc canonem hæc habet, Λεπρὸς ὢν ἤγουν ἀκάθαρτος καὶ μεμολυσμένος· ἀκάθαρτοι γὰρ οἱ λεπροὶ παρὰ τῷ Μωσαϊκῷ νόμῳ· τὸ δὲ λεπρώσας ἀντὶ τοῦ μιάνας, τὰ ζῶα δηλονότι· χειμαζομένους δὲ τοὺς δαιμονῶντας λέγει, ὥς τινες φασίν. *Leprosus, hoc est immundus et pollutus; quippe leprosi erant immundi in lege Mosaica. Quod ait, qui lepra infecit, tantum valet, ac si diceret, polluit, jumenta scilicet. Hybernantes autem vocat a Dæmone tortos, ut aliqui tradunt.* Harmenop. epit. can. sect. v. tit. 3. Isidorus Mercator hunc canonem sic interpretatur, *Hos eodem sane non solum leprosos crimine hujusmodi factos, sed et alios isto suo morbo replentes, placuit inter eos orare, qui* tempestate jactantur, qui a nobis Energumeni appellantur. Dionysius Exiguus, *Eos qui irrationabiliter vixerunt, et lepra inusti criminis alios polluerunt, præcepit sancta Synodus inter eos orare qui spiritu periclitantur immundo,* ubi observetur hos ambos cum Scholiaste Harme-

populi vocem λεπρώσαντας in textu active interpretari. BEVEREG. Hoc cum activa significatione interpretandum esse censent itidem Zonaras et Aristenus, cum neutrali vero et tanquam præteritum alii. Vid. supra p. 442.

P. 413. l. 16. εἰς τοὺς χειμαζομένους] Videsis quæ ad voluminis calcem ponere mihi visum est ex *Notis* uberrimis ad undecimum canonem *Concilii Nicæni Beveregianis.* Diversas super hac re protulit opiniones Suicerus in *Thesauro Ecclesiast. voce* Χειμαζόμενοι; qui tamen Suicerus minus recte, ut opinor, favet statuentibus, τοὺς χειμαζομένους hoc loco non dæmoniacos esse, sed eos significari, qui *sub dio* pro templi foribus oraverint. Conferend. Bingham. *Orig. Eccl.* lib. iii. cap. 4. §. 6. et lib. xvi. cap. 11. §. 9. Cæterum obsessio dæmonis et lepra in Gallicani *Actis* conjunguntur: "Quicumque accedebat," refert ex iisdem Baronius *Annal.* tom. iv. an. 362. "ut prædiis vel domibus, "egenorum reditibus, fiscales affigeret titulos, vel exige-"ret pensiones, arripiebatur a dæmone, vel percussus lep-"ra, e vestigio recedebat." p. 98.

CANON XVIII.

P. 414. l. 2. μὴ δεχθέντες] Balsamo in *Comment.* Ὁ ιδʹ. κάνων τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ ὁ ιεʹ. καὶ ὁ λϛʹ. ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ ιζʹ. καὶ ὁ ιηʹ. κάνων τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου, πολλά τινα διαλαμβάνουσι περὶ τῶν χειροτονουμένων ἐπισκόπων, καὶ μὴ δεχομένων ὑπὸ τῶν παροικιῶν αὐτῶν, καὶ ἀνάγνωθι τούτους.

Ibid. l. 10. ἐκκήρυκτους] Balsamo:—καὶ γίνεσθαι ἐκκήρυκτον, μὴ νοήσῃς ἐκλαμβάνεσθαι εἰς καθαίρεσιν, ἀλλ' εἰς μόνην ὑπόπτωσιν τῆς τιμῆς τούτου, ἤγουν οὐδὲ μετὰ τῶν πρεσβυτέρων καθῆσθαι ἀξιωθήσονται. Aliter interpretatus Zonaras est—καὶ γίνεσθαι ἐκκηρύκτους, τουτέστι καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐκπτώτους. Pericopen similiter ac Zonaras exponunt Aristenus et Blastares; adhæc forsan, quod supra memoratur, τὸ ἀφορίζεσθαι, levior excommunicatio est, eodem Zonara, sed lenius fortasse, scribente, τούτους ὁ κάνων ἀφορίζεσθαι κελεύει, ὥστε μὴ συντιμᾶσθαι τοῖς ἐπισκόποις. Atque ita seditio contra prioris parœciæ episcopum majori pœna hic vindicaretur, ablato quoque presbyterali honore.

CANON XIX.

Ibid. l. 12. Ὅσοι παρθενίαν &c.] Zonaræ *Commentarius:* Οἱ παρθενεύειν ἐπαγγελλόμενοι κἂν ἄνδρες εἶεν, κἂν γυναῖκες, ἀθε-

τοῦντες τὰς ἐπαγγελλίας αὐτῶν, τῷ ἐπιτιμίῳ τῶν διγάμων ὑποβαλλέσθωσαν. ὅρον γὰρ τὸν τύπον καὶ τὸν κανόνα λέγει, ἤγουν ὅσα περὶ τῶν διγάμων κεκανόνισαι καὶ διατετύπωται, ταῦτα κρατήσει καὶ ἐπ' αὐτῶν, ὥστε μετ' ἐνιαυτὸν δέχεσθαι. κωλύει δὲ ὁ κανὼν τὰς παρθενίαν ἐπαγγελλομένας, συνέρχεσθαι ἀνδράσιν, ἀντὶ τοῦ συζῆν, συνοικεῖν, ἀδελφὰς ἑαυτὰς ὀνομαζούσας τῶν οἷς συνδιάγουσιν· ἵνα μηδὲ ὑποψία τὶς ᾖ κατ' αὐτῶν ἀπρεπής. ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν ὀκτωκαιδεκάτῳ κανόνι αὐτῷ τῷ κρίματι τῆς μοιχείας ὑποκεῖσθαι τὴν ὁμολογήσασαν παρθενεύειν, καὶ μὴ τὴν ὁμολογίαν φυλάξασαν, ἀπεφήνατο. Ad patrum legem quod attinet, recte monet hæc Balsamo; ἀθέτησιν δὲ ἐνταῦθα τῆς διὰ τὴν παρθενίαν ἐπαγγελίας μὴ εἴπῃς πορνείαν, ἀλλὰ τὸν νόμιμον γάμον· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὑπὸ μόνου ἐπιτιμίου διγάμων κολάζουσι τούτους· εἰ γὰρ ἐπόρνευσάν τινες ἐξ αὐτῶν, τιμωρηθήσονται διὰ ἐπιτιμίων τοὺς πόρνους κολαζόντων.

P. 414. l. 14. ὡς ἀδελφὰς] ὡς ἀδελφοῖς. Sic præter Bodleianum nostrum codicem (cod. 205.), Ætoniensis etiam legit, nec non Tilianus; nam Gentianus Hervetus vertit, *tanquam cum fratribus*. Sed MS. Amerbachianus legit ἀδελφούς. Joannes Antiochenus et Parisiensis Balsamonis pariter atque Zonaræ editio, ὡς ἀδελφάς. Et sic sane omnes Latini interpretes legerunt. Namque ultimam hanc præsentis canonis partem Isidorus Mercator sic vertit, *Virgines autem puellas, quæ tanquam sorores cum nonnullis viris habitare volunt, ab eorum consortio prohibemus*. Dionysius Exiguus, *Virgines autem quæ conveniunt cum aliquibus tanquam sorores, habitare prohibemus*. Vetus interpres, *cui* (l. quæ) *vero convenerint virgines aliquibus sicut sorores vetamus*. Sed sensus in utraque lectione idem est. Nam tantundem est virgines viros vocare fratres, atque viros istos eas vocare sorores. Mos enim, ut videtur, tum temporis obtinebat, ut virgines nonnullæ cum viris tanquam cum fratribus suis cohabitarent, quæque ab iis propterea *sorores* dictæ sunt, et nonnunquam ἀγαπηταὶ *dilectæ*, ut et viri isti ἀγαπητοὶ *dilecti* earum ab ipsis nuncupati sunt. Quod etiam a Justiniano Diaconissis ordinandis prohibetur edicente, *Volumus autem et ipsas, quæ ad ordinationem perducuntur, Diaconissas, sive ex viduitate, sive ex virginitate, non cum aliquo cohærentes, aut cognatorum, aut eorum, quos appellant dilectos* (*talibus enim nominibus utentes maligna suspicione suam replent vitam*) *sed aut solæ habitent, aut cum parentibus solis, et filiis, aut vere fratribus*. Justinian. Novel. vi. cap. 6. ubi ultima verba, *aut vere fratribus*, indigitant, eas cum aliquibus tanquam fratribus, qui tamen *vere* fratres non erant, cohabitare solitas. Et hujusmodi sane virgines eædem fuerunt, quæ a Concilio Nicæno primo συνείσακτοι dictæ sunt; utpote quas præsens

etiam canon vocat τὰς συνερχομένας παρθένους τισὶν, ὡς ἀδελφοῖς. De quibus in annotationibus ad tertium dicti Nicæni Concilii canonem fusius disseruimus. BEVEREGIUS. Lectionem ἀδελφὰς, quam postposuit Beveregius, servant non tantum libri, quos ille recensuit, sed et *Conciliorum Canonum*que editiones cum ipsa Tilii *Canonum* Græca editione quæ princeps est, *codices*que *Bodleiani omnes* præter *unum* illum 205. Alteri autem ἀδελφοῖς patrocinantur tres commentatores Balsamo, Aristenus, Blastares; Symeon itidem Magister in *Epitome Canonum* apud *Juris Canon. Vet. Bibliothecam*. Posuit eandem in *Synodico* suo Beveregius. Nec multum refert, utram harum malis. De voce autem συνερχομένας Hen. Dodwellus *Dissert.* Cyprian. iii. qui descriptis hujus Canonis verbis, τὰς μέντοι συνερχομένας παρθένους τισιν ὡς ἀδελφὰς ἐκωλύσαμεν, pergit scribere; "Plane "respondet vox συνερχομένας συνεισάκτοις, ut quas viri συνεισ-"ήγαγον, illæ consentientes συνεισέρχεσθαι dicerentur." §. iii. p. 23. Sed de damnati moris ortu nonnihil attuli ad Fragmenta CONCILII ANTIOCH. pag. 507. vol. ii. Denique de pœna digamorum (quos ad pœnitentiam redactos fuisse liquet etiam ex Canone VII. *Neocæsariensium* his Ancyranis τῶν συγχρόνων) statuit canon primus *Concilii Laodiceni*, adulto jam sæculo quarto celebrati, dandam illis esse ὀλίγου τοῦ χρόνου παρελθόντος communionem. Itidem S. Basilius M. in *Epist. Canonica* hæc habet, ἐνιαυτὸν μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν διγάμων (ὡρίσαμεν)· ἄλλοι δὲ δύο ἔτη. Canon. III. Nam ex imbecillitate hominum ortas secundas nuptias esse antiqui existimabant. Οὐ κεκώλυται πρὸς τοῦ νόμου, de digamo inquit Clemens Alex. *Strom.* iii. n. 12. οὐ πληροῖ δὲ τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον πολιτείας τὴν κατ' ἐπίτασιν τελειότητα. p. 548. ed. Potteri. Novatiani vero, ut constat tam ex Epiphanii *Hæres.* lix. quæ est *Catharorum*, quam ex Canone VIII. *Synodi Nicænæ*, cum bigamis communicare nolebant. De illis autem, qui πλείοσι γάμοις conjugati fuerint, agunt canonistæ ad *Concilii Neocæs.* canonem tertium, quem infra inspicere est. Haud nescius interea sum, litigare inter se et de sensu vocis δίγαμος, et quinam plectendi fuerint digami, utrum clerici solum, an item laici, homines eruditos; sed rem bene exposuit Binghamus *Antiq. Eccles.* lib. xvi. cap. 11. §. 7. Videsis notam infra ad Can. VII. CONCIL. NEOCÆS.

CANON XX.

P. 414. l. 16. Ἐάν τινος γυνὴ μοιχευθῇ] Canonistæ nullâ habitâ ratione, aut factâ vel mentione, difficultatis ex ver-

bis ortæ, de pœna quasi non in adulteræ maritum, sed contra adulteram uxorem atque adulterum sancita, legem interpretantur. Harduinus quoque ad canonem *Concilii Eliberitani* LXIII. qui agit de adultera, lectorem relegat. Solus, quod sciam, cl. Fleurius in *Hist. Eccl.* vol. ii. ubi hosce Canones breviter recenset ad pag. 24. Anglicæ Versionis, de uxore *conscio marito ejus* adultera facta principium Canonis ἐάν τινος γυνὴ μοιχευθῇ exponit. Et recte, ut opinor, ita enim se habet iisdem fere temporibus sancitus Concilii Eliberitani Canon LXX: *Si cum conscientia mariti uxor fuerit mœchata, placuit nec in fine ei dandam esse communionem;* hoc est, marito, ut ex clausula patet canonis. Interim vix cogitatione fingi potest, ad tam longam pœnitentiam damnandum esse virum, qui ipse omnino innocens fuerit, ob uxoris suæ flagitium; immo pariter multandum, atque si ipse fœdum adulterium patravisset; hoc est, ἢ μοιχεύσῃ τις. Viro ignoscendum, neque communione privandum esse, qui ab uxore sua præter rationem relictus fuerit, ait S. Basilius Canone suo tricesimo quinto. Et quamquam canon *Neocæsariensis* octavus laicum ministerio sacro repellendum jubet, cujus uxor adulterii convicta esset, Γυνή τινος μοιχευθεῖσα λαϊκοῦ ὄντος ἐὰν ἐλέγχθῃ φανερῶς, ὁ τοιοῦτος εἰς ὑπηρεσίαν ἐλθεῖν οὐ δύναται, ne fama, opinor, hominis ad sacrum ordinem promovendi labem ex gravi suorum delicto vel ex sua ipsius incuria contraxisset; virum tamen haud punit sacris ordinibus jam initiatum, nisi uxorem suam adulteram apud se retinere pergeret. Quod quidem marito etiam civiles leges prohibebant.

P. 415. l. 1. δεῖ] Hoc pro verbo δοκεῖ *Conciliorum Canonum*que lectione post Beveregium posui, cum patrocinentur ei tum *codices Bodleiani omnes* præter *duos* 158. et 715. tum *veteres Latini Interpretes,* Hervetusque in *Interpretatione* sua codicis Tiliani *Canonum,* et Joannes Antiochenus in *Canonum Digesto.*

Ibid. τοὺς βαθμοὺς τοὺς προάγοντας] Conferas Canones VIII. et IX. et XXI. et XXII. Balsamonemque in *Comment.* ad Canonem XXI. quem mox allaturus sum.

CANON XXI.

Ibid. l. 6. καὶ (for. αἳ) τούτῳ συντίθενται] Hæc verba neque *Latinæ* agnoscunt *Interpretationes,* neque *Græci* memorant *Commentatores;* præterquam quod *Prisca* Justelli *Versio* ita se habet, *et hoc definito humaniore aliquid consequentur, constituimus* &c. Sed interea eadem verba Græca

præstant *canonum codices Bodleiani omnes*, quorum nonnulli ipsis commentatoribus vetustiores sunt, nisi quod in *codicibus* illis 26. et 625. *Rawl.* καὶ τοῦτο συντίθεται exaratum est. S. Martinus Bracarensis in *Collectione* sua *Canonum* hæc, quæ sequuntur, posuit—*has tales mulieres in morte recipere communionem priores canones decreverunt, nos tamen pro misericordia sive tales mulieres, sive conscias scelerum ipsorum, decem annis agere pœnitentiam judicavimus.* Apud *Juris Canon. Vet. Biblioth.* ad pag. xxx. Itidem utrasque partes, et mulieres ipsas, et sceleris conscias, habet Can. xci. *Concilii in Trullo*, sive *Quinisexti* dicti. Τὰς τὰ ἀμβλωθρίδια διδούσας φάρμακα, καὶ τὰς δεχομένας τὰ ἐμβρυοκτόνα δηλητήρια, τῷ τοῦ φονέως ἐπιτιμίῳ καθυποβάλλομεν. Conscios quoque puniunt, una cum iis, qui deliquissent, Canon ultimus Ancyranus infra, Basiliique Canon lxxi. Immo severius punit dantem mulieri gravidæ potionem lex Visigothorum, lib. vi. tit. iii. leg. 1. quam ipsam mulierem. Itaque fieri potest, ut verbis αἳ τούτῳ συντίθενται, quæ velim hic reponere, atque in hunc modum interpretari, *quæ huic rei consentiunt*, concludantur sceleris participes. Cæterum contra τοὺς ἐμβρυοκτόνους habet nonnulla cl. Beveregius in nota, quam ad voluminis finem collocavi.

P. 415. l. 8. πληρῶσαι] Quod *vulgo* abest πληρῶσαι, neque olim fortasse inventum vel a *Latinis Interpretibus* vel a *Græcis Commentatoribus*, Beveregius addidit. Cumque in *tribus* extet *codicibus scriptis* 26, et 625, et 205, conveniens huic loco, æque atque Canoni XXIII. verbum istud, virum cl. in hac quidem re, quæ tamen in dubio esse videtur, secutus sum.

Ibid. πληρῶσαι] Balsamonis *Comment.* Ἀπὸ ὅρου ἀρχαιοτέρου ἐκκλησιαστικοῦ, κατὰ μόνας τὰς τελευταίας ἀναπνοὰς, τῆς τῶν θείων ἁγιασμάτων μεταλήψεως ἠξιοῦντο αἱ συλλαβοῦσαι λαθραίως, καὶ διὰ τὸ μὴ ἐπιγνωσθῆναι ἀναιροῦσαι τὰ ἔμβρυα αὐτῶν καθ' οἱονδήτινα λόγον. οἱ δὲ τῆς συνόδου ταύτης πατέρες φιλανθρωπευσάμενοι, ὥρισαν μετὰ δέκα ἐνιαυτοὺς μεριζομένους εἰς τοὺς τέσσαρας βαθμοὺς τῶν ἐπιτιμίων, ἤγουν εἰς τὸν τοῦ προσκλαίοντος, τὸν τοῦ ἀκροωμένου, τὸν τοῦ ὑποπίπτοντος, καὶ τὸν τοῦ συνεστῶτος, μεταλαμβάνειν αὐτάς· φθόριον δέ ἐστι ἅπαν φάρμακον φθεῖρον τὸ ἐγκυμονούμενον· ἀνάγνωθι τὸν β'. κάνονα τοῦ ἁγίου Βασιλείου, καὶ τὸν ϟα'. τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, καὶ τὴν ἑρμηνείαν αὐτῶν.

CANON XXII.

Ibid. l. 9. ΚΑΝΩΝ ΚΒ.] Commutatus est ordo Canonis hujus atque proxime sequentis a Beveregio in *Synodico.*

Versio itidem *Hervetiana Canonum cum Balsamone* junctorum, Blasteresque in *Syntagmate* Lit. φ. cap. v. pag. 254. eundem, quem Beveregius præfert, ordinem secuti fuerant; apud Blastarem enim in verbis τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδε κάνων κβ′. nomen Ancyrani concilii reponendum est. At seriei communi, quam ego retinui, *scripti* favent *Bodleiani omnes* præter *duos* illos 205. et 158.

P. 415. l. 10. τοῦ δὲ τελείου &c.] Nunc primum legem latam esse de admissione homicidarum in exitu vitæ ad ecclesiæ pacem, probare aggressus est Albaspinæus, *De Vet. Eccl. Ritibus Observatt.* lib. ii. §. 15. et 16. Sed, ne dicam amplius, quoniam priores constitutiones sive canones repetere et redintegrare moris erat, nulla interdum facta priorum conciliorum mentione, illud, putaverim, vix et ne vix quidem statuendum est, quod vult sibi colligere vir doctissimus. Moris exempla sint hi Canones XIV. et XXIV. Neocæsariensiumque Can. IX. nam alia præterea addere hic liceret. Cæterum habet in Canone XXXI. Concilium Epaonense, in Gallia Narbonensi anno 517. celebratum, verba quæ sequuntur: *De pœnitentia homicidarum,* qui sæculi leges evaserint, *hoc summa reverentia de eis inter nos placuit observari, quod Ancyratani canones decreverunt.*

Ibid. l. 11. καταξιέσθωσαν.] Zonaræ *Commentarius:* Οὗτος μὲν ὁ κανὼν, ἀκοινωνησίας ἐπιτιμίῳ κολάζει τὸν ἑκέσιον φόνον μὴ συγχωρῶν μετέχειν τῶν ἁγιασμάτων τὸν ἑκουσίως φονεύσαντα, εἰ μὴ ἐν τῷ τέλει τοῦ βίου· ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν πεντηκοςῷ ἕκτῳ κανόνι εἰκοσαετίαν ὁρίζει ἐπὶ τέτῳ, ὅτως αὐτὴν διαιρῶν, προσκλαίειν μὲν τετραετίαν, ἀκροᾶσθαι δὲ, πέντε ἔτη, ὑποπίπλειν δὲ, ἑπλὰ ἕτερα, ϗ συνίςασθαι τοῖς πιςοῖς ἐπὶ τετραετίαν, ϗ τέτων ἐκμετρουμένων μετέχειν τῶν ἁγιασμάτων.

CANON XXIII.

Ibid. l. 13. Ἐπὶ ἀκουσίων &c.] Zonaræ *Commentarius:* Τίνες εἰσὶν ἀκέσιοι φόνοι ϗ τίνες ἑκέσιοι ὁ μέγας Βασίλειος ἐν ὀγδόῳ αὐτἕ κανόνι ὁρίζεται, ἐν δὲ τῷ νζ. κανόνι ἐπὶ δεκαετίαν ἀκοινώνητον εἶναι τὸν ἀκεσίως φονεύσανλα διορίζεται. ὅτως δὲ τὴν δεκαετίαν καλαμερίζει εἰς τὲς τόπες τῶν ἐπιτιμίων· δύο μέν, φησιν, ἔτη προσκλαύσει ἔξω τοῦ ναοῦ ἑςώς· τρία δὲ ἔτη ἐν ἀκροάσει ἔςαι· τέσσαρα δὲ ἔτη ὑποπεσεῖται, ϗ ἐνιαυτὸν ςαθήσεται, καὶ τῷ ἑξῆς εἰς τὰ ἅγια δεχθήσεται.

CANON XXIV.

P. 416. l. 2. τῶν ἐθνῶν] Legendum ἐθνῶν (*Vulgo* χρόνων) ex Zonara et Latinis interpretibus. HARDUIN. Immo addo

omnes, quotquot inspexerim, *codices Bodleianos*, et *codicem Canonum Justellianum*, Gentiani Herveti *Canonum Versionem*, Joannem Antioch. S. Basilium in *Epistola Canonica*, Balsamonem Blastaremque. Ad marg. quoque editionis Labbeanæ *Conciliorum* positum est ἐθνῶν, receperatque vocem ante Harduini adnotationem Beveregius.

Ibid. l. 5. τὲς βαθμὲς τὲς ὡρισμένους] Addidi τοὺς ante ὡρισμένους ex *scriptis Bodl. omnibus* atque Joannis Antiocheni *Digesto* sumptum; neque aliter in Canone XXI. se verba habent. Cæterum voces jam inde ad Canonis finem omiserunt *Latini Interpretes*. Porro *Prisca Canonum Versio* ex *Justelli* bibliotheca edita ita repræsentavit illa, quæ post istoc, ἢ καὶ καθάρσει, sequuntur; *Si de clero sunt, abjiciantur, si vero sæculares, in canone jaceant quinquennii, secundum gradus definitos.*

Ibid. l. 6. χωρὶς προσφορᾶς.] Videsis not. ad Canon. V. p. 425. Zonaræ *Commentarius* est: Τὸ κεχρῆσθαι μαντεύμασι καὶ ταῖς ἐθνικαῖς ἢ καὶ Ἑλληνικαῖς ἀκολουθεῖν συνηθείαις τὲς Χριστιανὲς, καὶ γόητας προσδέχεσθαι ἐπὶ ἀνευρέσει φαρμακειῶν ἤτοι μαγειῶν, ὡς τάχα παρά τινων περιεργασθέντας, ἢ ἐπὶ καθάρσει τῶν γοητειῶν προσκαλεῖσθαι αὐτὲς, ἀπηγόρευται, καὶ τοὺς τέτοις χρωμένους ὁ κανὼν ὑπὸ ἐπιτίμιον ποιεῖται πενταετίας, ὡς τρία ἔτη ὑποπίπτειν, ϗ δύο ἔτη συνεύχεσθαι τοῖς πιςοῖς· μετὰ δὲ τὴν πενταετίαν, ἀξιοῦσθαι ϗ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ μεταλήψεως. ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν ὀγδοηκοςῷ τρίτῳ κανόνι, ἑξαετίας ἐπιτιμίῳ τὲς τοιέτους κολάζει. Jam vero, cum verba patrum Ancyranorum in rem suam converterit S. Basilius, hujus canonem huc afferam. Οἱ καταμαντευόμενοι, καὶ ταῖς συνηθείαις τῶν ἐθνῶν ἀκολεθῦντες, ἢ εἰσάγοντές τινας εἰς τὲς ἑαυτῶν οἴκους ἐπὶ ἀνερευνήσει φαρμακειῶν ϗ καθάρσει, ὑπὸ τὸν κανόνα πιπτέτωσαν τῆς ἑξαετίας, ἐνιαυτὸν προσκλαύσαντες, ϗ ἐνιαυτὸν ἀκροασάμενοι, ϗ ἐν τρισὶν ἔτεσιν ὑποπίπτοντες, καὶ ἐνιαυτὸν συςάντες τοῖς πιςοῖς, οὕτω δεχθήτωσαν. De magis autem, ut obiter id notem, vatibus astrologisque, quos maxime detestata est ecclesia vetus, deque eorum itidem incantamentis, veneficiis, præstigiis, multa neque ea vulgaria aut trita reperias apud Matthæum Blastarem super Canon. VI. *Concilii Trullani*, in *Syntagmate Alphabetico* Lit. M. cap. i. p. 173. in Beveregii *Synodico*.

CANON XXV.

P. 416. l. 10. ἐπιφορῆσαι] Sic pro ἐπιφορέσαι Beveregius; quem ego secutus sum, propterea quod ἐπιφορῆσαι exhibent plerique omnes *libri scripti*, *Codex Canonum Ecclesiæ Justellianus*, Zonaras et Balsamo, Joannesque Antioche-

mus. Posuit autem *φορέω* Æmilius Portus in *Lexico* suo *Ionico* in verborum numero, quæ futurum utroque modo formatum habent. Vid. et Phavorini *Lexic.* v. *ποιῶ.*

Ibid. l. 13. *βαθμὸς.*] Ait Balsamo: *Ἀπὸ φάκτου τινὸς οἱ πατέρες παρεκινήθησαν τὸν παρόντα κανόνα ἐκθέσθαι. προσηγγέλθη γὰρ αὐτοῖς, ὅτι ἄνθρωπός τις μνηστευσάμενος κόρην, συνεφθάρη μετὰ τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς, ὡς καὶ κατὰ γαστέρα ταύτην ἐκ τούτου συλλαβεῖν (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἐπιφορῆσαι), καὶ μετὰ τοῦτο κατὰ γάμου κοινωνίαν συνηρμόσθη τῇ οἰκείᾳ μνηστῇ. ἡ δὲ αὐταδελφὴ ταύτης σὺν τῷ ἁμαρτήματι τῆς αἱμομιξίας ἐφόνευσεν ἑαυτήν. ὥρισαν οὖν τοὺς συνειδότας ταῦτα τὰ κακὰ, μετὰ δεκαετίαν ὀφείλουσαν διὰ τῶν συνήθων βαθμῶν παρελθεῖν, δεχθῆναι εἰς τὴν μετὰ τῶν πιστῶν εὐχήν.* Canonem LXXVIII. S. Basilii M. memorare Commentatores pergunt, quo punitur per sex annos ille, qui duas sorores diversis licet temporibus in matrimonium duxerit. Conf. Can. II. *Concilii Neocæs.* qui ad p. 457. sequitur. Duo illa autem capitula hujusce synodi, Latine scripta, quæ in *Conciliorum* editiones ex *Libello Sexdecim Librorum Partialium* (sic loquuntur) advecta sunt, germana esse Ancyranorum decreta, quis est omnium, qui existimet? Et Damasi papæ eadem potius esse Binius post Baronium significavit.

EX Latinis Interpretibus nomina episcoporum nunc apponam, qui in hac synodo convenerunt. Extat autem qui sequitur patrum Catalogus post canones Ancyranos positus, tum in editione principe Dionysianæ Versionis anno 1525. Moguntiæ typis impressa, tum vero in illo ejusdem Versionis exemplari a Francisco Pithæo prius adornato, post autem Parisiis anno 1687. excuso.

"Et subscripserunt XVIII. Episcopi, qui in eodem concilio convenerunt.

Vitalis,	Antiochenus.	
Marcellus,	Ancyranus.	Is postea sedit cum Nicænis.
At(g)ricolaus,	Cæsariensis.	h. e. Cappadociæ, auctoribus Zonara, Balsamone, Blastare, Synodicoque Veteri Pappiano.
Lupus,	Tarsensis.	
(S.) Basilius,	Amen(Amasen)sis.	
Philadelphus,	Æliopolitanus.	*Juliopolis* recte Prisca Versio ex bibl. Ch. Justelli edita, et Catal. Isidori Versioni affixus. Is itidem Nicænus, ut constat ex subscriptionibus.
Eustolus,	Nicomediensis.	

Heraclius,	Zelonensis.	*Zenoniæ* Prisca Versio. Postea pater Neocæsariensis Nicænusque. Ἡρακλείος Ζόλων Theodorus Lector et P. V. in *Catalogo Nicænorum*, sed male, ut videtur.
Petrus,	Iconiensis.	
Nunechius,	Laodicensis.	Nunachius, P. V. Itidem Nicænus. Νουνέχιος Theodori *Catalogus Nicæn.*
Sergianus,	Antiochensis.	*Antiochiæ Pisid.* P. V.
Epidaurus,	Pisidiensis.	Hoc pertinet ad superiorem lineam, et *Pergensis* ad hunc episcopum. P. V. habet *Perges* ad hoc Epidauri nomen.
Narcissus,	Pergensis.	*Nerod(n)iadensis* infra, et Theodorit. *Hist. Eccl.* i. 7. *Merodiades* P. V. Itidem Nicænus. Cum hoc patre desinit P. V.
Leontius,	Nerod(n)ian(d)ensis.	Is in Catalogo Nicænorum Cæsareæ in Cappadocia episcopus dicitur, Nicæno quidem sedente concilio; quod et veteres testantur. Pater quoque Neocæsariensis.
Longinus,	Dicasionensis.	*Neocæsariensis* in Catalogo Nicænorum patrum dictus. Is apud patres quoque Neocæsarienses fuit. Λογγιανὸς nomen scriptum est cum ab Athanasio tum a Theodoro Lectore et *Prisca versione* in *Catalogo Nicænorum*. At vero potest fieri, ut *Dicasius* pater inter Neocæsarienses ultimo loco commemoratus sub isto *Dicasionensis* in hoc quoque Catalogo lateat; et sine sedium nominibus positi fuerint Leontius, et qui sequuntur.

Amphion,	Epiphaniæ Ciliciæ, in *Catalogo Isidoriano*, et in Nicænorum Catalogo. vid. et Sozomen. *Hist.* lib. i. cap. 10.
Alphios,	Apameensis in Cœlesyria episcopus, pater Nicænus, sicut et Neocæsariensis.
Selaus,	Theodorus Lector in *Nicænorum Catalogo* apud Cyprum insulam habet, Γελάσιος Σαλαμίνης. *Catalogus eorundem Nicænorum Latinus*, Selanos Selanonensis. *Neocæsariensium* autem *Catalogus*, Salaminus al. Salminus. At vero, nisi præstitisset *Neocæsariensium Catalogus*, idque secundo loco inter præsules, *Germanus*, dicerem, eo quod apud eandem Cœlesyriam *Theodori Nicænorum Catalogus* Σαλαμάνης Γερμανικείας habeat, ex his Græcis orta fuisse ista *Selaus Germanus*. Porro in *Catalogo* præsulum utriusque synodi Antenicænæ ad calcem Isidorianæ Versionis collocato extat, *Salamenus*, vel *Salaminus*, *Germaniciæ Cœles Syriæ*. Sed dubito, annon hæc, et similia, ibidem posita, ex *Nicænorum Catalogis* ducta fuerint.
Germanus,"	For. pater Nicænus, certe Neocæs.

Porro in Dionysiana Versione, seu codice Romano, *Alphios* ad *Amphion*, et *Germanus* ad *Selaus*, posita sunt, tanquam si sedes episcopales ipsorum fuissent; quum vero quatuor hæc nomina clare omnia probentur episcoporum fuisse ex Catalogo patrum Neocæsariensium, et Alphius Apameensis episcopus in Cœlesyria inter patres Nicænos sistatur, illos, tanquam si fuerint episcopi, isto ordine collocandos putavi, numero eorum XIX. pro XVIII. lemmatis lectione, vel XVII. quod *Dionys.* præfert, habito. Ex his autem præsulibus Ancyranis, si Catalogis fides adhibenda est, undecim Neocæsareæ convenerunt, *Vitalis*, *Lupus*, *S. Basilius*, *Heraclius*, *Narcissus*, *Leontius*, *Longinus*, *Amphion*, *Alphios*, *Selaus* (vel Salaminus), *Germanus*. Tot fere numero episcopi apud Nicæam circiter decem post annos in magna illa synodo consederunt. Addam, quæ Severinus Binius in Notis ad hoc Concilium Ancyranum posuit. "Hi qui subscripserunt, fere omnes concilio Nicæno interfuerunt. Vitalis Antiochenus, eo quod primo loco "positus sit, concilium hoc indixisse videtur. Agricolaus "Eusebii Cæsareensis in Palæstina antecessor fuit." (At vide quæ ad hoc nomen supra signavi, unde concideret unum ex argumentis, quæ contra subscriptiones istas at-

tulit Valesius.) " Marcellus Ancyranus episcopus, post-" quam adversus Arium in magno concilio egregie operam " navasset, ab Arianis magnopere exagitatus, ab orientali-" bus Sabellianismo notatus, a Julio Romano pontifice, et " a concilio Sardicensi absolutus, vixit ad annum Domini " 376. qui est Valentiniani et Valentis annus imperii deci-" mus. Epiphan. hæres. 48. et 77. Lupus Tarsensis epi-" scopus inter egregios catholicæ fidei propugnatores ab " Athanasio lib. i. contra Arianos recensetur. Basilius " episcopus Amasenus sub Licinio Christianorum perse-" cutore, anno Christi 316." (immo haud ante an. 319.) " illustre martyrium subiit. Hujus prædicto loco Atha-" nasius magna cum gloria et honore propugnatæ fidei " meminit. Eustolius Nicomediensis episcopus Anthimi " illius successor, quem Galerius ob Christi fidem neca-" verat atque igni tradiderat. Heraclius Zelenensis ma-" joris Armeniæ episcopus. Narcissus Neroniadis postea " defecit ad Arianos. Leontius Cæsareæ Cappadociæ epi-" scopus est ille insignis, qui veniens ad Nicænum conci-" lium, Nazianzum cum pervenisset, invisit et baptizavit " Gregorium patrem Gregorii Nazianzeni. Qui hic Lon-" ginus dicitur, inter coryphæos orthodoxæ fidei Nicæ-" næ ab Athanasio numeratur, et ab eodem Longianus " nominatur."

Hæc Binius. Nec magni ea æstimanda sunt, quæ diverse ab his subscriptionibus nonnulli tradiderunt de numero præsulum in concilio. Conspicitur quidem in ecclesia Nativitatis Domini apud Bethlehem vetus inscriptio, quæ sæculo undecimo posita esse censetur, duodecim tantum episcopos pro octodecim, seu pro viginti potius, synodo huic Ancyranæ assignans. Extat autem illa in Joannis Ciampini *De Sacris Ædificiis a Constantino M. Conditis Synopsi Historica*, c. xxiv. p. 153. post Quaresmium in *Peregrinat.* descripta; Ἡ ἅγια συνόδος ἡ ἐν Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλατίας τῶν ιβ'. ἐπισκόπων πρὸ τῆς ἐν Νικαίᾳ οἰκουμενίκης συνόδου γέγονεν. Cætera vero ibi mendosissime typis impressa fuerunt. Duodecim quoque præsules memoravit *Libellus*, cui titulus *Synodicus* a Joanne Pappo editus. Christiani vero Coptici, ut narrat Vanslebius, *Histoire de l'Eglise d'Alexandrie*, part. v. sect. 2. p. 279. triginta et tres episcopos Ancyræ convenisse perhibent. Tantum inter recensionem ac recensionem interest.

CONCILII NEOCÆSARIENSIS

CANONES.

CANONES
SYNODI NEOCÆSARIENSIS,
QUÆ NEOCÆSAREÆ IN PONTO
POST INITIUM SÆCULI QUARTI HABITA EST.

Κάνονες τῶν ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνελθόντων ἁγίων πατέρων, οἵτινες δεύτεροι μὲν εἰσι τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ, τῶν δὲ ἐν Νικαίᾳ προγενέστεροι· διὰ δὲ σεβασμιότητα προτέτακται αὐτῶν ἡ ἐν Νικαίᾳ.

ΚΑΝΩΝ Α.

ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΣ ἐὰν γήμῃ, τῆς τάξεως αὐτὸν μετατίθεσθαι· ἐὰν δὲ πορνεύσῃ ἢ μοιχεύσῃ, ἐξωθεῖσθαι αὐτὸν τέλεον, καὶ ἄγεσθαι αὐτὸν εἰς μετάνοιαν.

ΚΑΝΩΝ Β.

Γυνὴ, ἐὰν γήμηται δύο ἀδελφοῖς, ἐξωθείσθω μέχρι θανάτου. πλὴν ἐν τῷ θανάτῳ διὰ τὴν φιλανθρωπίαν,

Ex Vet. Interpretatione Dionysii Exigui.

[Canones Sanctorum Patrum, qui Neocæsareæ convenerunt, qui quidem posteriores sunt Ancyranis, antiquiores vero Nicænis. Præposita est autem dignitatis causâ eisdem Synodus Nicæna.]

CANON I.

Presbyter si uxorem acceperit, ab ordine deponatur. Si vero fornicatus fuerit, vel adulterium perpetraverit, amplius pelli debet, et ad pœnitentiam redigi.

CANON II.

Mulier si duobus fratribus nupserit, abjiciatur usque ad mortem. Verumtamen in exitu,

εἰποῦσα ὡς ὑγιάνασα λύσει τὸν γάμον, ἕξει τὴν μετάνοιαν. ἐὰν δὲ τελευτήσῃ ἡ γυνὴ ἐν τοιούτῳ γάμῳ οὖσα, ἤτοι ὁ ἀνὴρ, δυσχερὴς τῷ μείναντι ἡ μετάνοια.

ΚΑΝΩΝ Γ.

Περὶ τῶν πλείστοις γάμοις περιπιπτόντων, ὁ μὲν χρόνος σαφὴς ὁ ὡρισμένος, ἡ δὲ ἀναστροφὴ καὶ ἡ πίστις αὐτῶν συντέμνει τὸν χρόνον.

ΚΑΝΩΝ Δ.

Ἐὰν πρόθηταί τις, ἐπιθυμήσας γυναικὸς, συγκαθευδῆσαι αὐτῇ, μὴ ἔλθῃ δὲ εἰς ἔργον αὐτοῦ ἡ ἐνθύμησις, φαίνεται ὅτι ὑπὸ τῆς χάριτος ἐῤῥύσθη.

ΚΑΝΩΝ Ε.

Κατηχούμενος ἐὰν εἰσερχόμενος εἰς τὸ Κυριακὸν ἐν τῇ τῶν κατηχουμένων τάξει στήκῃ, οὗτος δὲ φανῇ ἁμαρτάνων· ἐὰν μὲν γόνυ κλίνων, ἀκροάσθω μηκέτι ἁμαρτάνων. ἐὰν δὲ καὶ ἀκροώμενος ἔτι ἁμαρτάνῃ, ἐξωθείσθω.

propter misericordiam, si promiserit, quod facta incolumis hujus conjunctionis vincula dissolvat, fructum pœnitentiæ consequatur. Quod si defecerit mulier aut vir in talibus nuptiis, difficilis erit pœnitentia in vita permanenti.

CANON III.

De his qui in plurimas nuptias inciderunt, tempus quidem præfinitum manifestum est: sed conversatio eorum et fides tempus abbreviat.

CANON IV.

Si quis mulierem concupiscens, proposuerit cum ea concumbere, et cogitatio ejus non perveniat ad effectum, apparet quod gratia Dei liberatus est.

CANON V.

Catechumenus si ingrediatur ecclesiam, et in ordine eorum qui instruuntur, assistat; hic autem deprehensus fuerit peccans: si quidem genuflectit, audiat, ut non delinquat ulterius: si vero et audiens peccaverit, expellatur.

ΚΑΝΩΝ ς'.

Περὶ κυοφορούσης, ὅτι δεῖ φωτίζεσθαι, ὁπότε βούλεται. οὐδὲν γὰρ ἐν τούτῳ κοινωνεῖ ἡ τίκτουσα τῷ τικτομένῳ· διὰ τὸ ἑκάστου ἰδίαν τὴν προαίρεσιν τὴν ἐπὶ τῇ ὁμολογίᾳ δείκνυσθαι.

ΚΑΝΩΝ Ζ.

Πρεσβύτερον εἰς γάμους διγαμοῦντος μὴ ἑστιᾶσθαι. ἐπεὶ μετάνοιαν αἰτοῦντος τοῦ διγάμου, τίς ἔσται ὁ πρεσβύτερος, ὁ διὰ τῆς ἑστιάσεως συγκατατιθέμενος τοῖς γάμοις;

ΚΑΝΩΝ Η.

Γυνή τινος μοιχευθεῖσα λαϊκοῦ ὄντος ἐὰν ἐλεγχθῇ φανερῶς, ὁ τοιοῦτος εἰς ὑπηρεσίαν ἐλθεῖν οὐ δύναται. ἐὰν δὲ καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν μοιχευθῇ, ὀφείλει ἀπολῦσαι αὐτήν. ἐὰν δὲ συζῇ, οὐ δύναται ἔχεσθαι τῆς ἐγχειρισθείσης αὐτῷ ὑπηρεσίας.

ΚΑΝΩΝ Θ.

Πρεσβύτερος, ἐὰν προημαρτηκὼς σώματι προαχθῇ, καὶ

CANON VI.

Gravidam oportet baptizari quando voluerit. Nihil enim in hoc quæ parit nascenti communicat, propterea quod uniuscujusque suum propositum in confessione declaretur.

CANON VII.

Presbyteris in nuptiis bigami prandere non convenit: quia cum pœnitentia bigamus egeat, quis erit presbyter, qui propter convivium talibus nuptiis possit præbere consensum?

CANON VIII.

Mulier cujusdam adulterata laici constituti, si evidenter arguatur, talis ad ministerium cleri venire non poterit. Si vero post ordinationem adulterata fuerit, dimittere eam convenit. Quod si cum illa convixerit, ministerium sibi commissum obtinere non poterit.

CANON IX.

Presbyter si præoccupatus corporali peccato provehatur, et confessus fuerit de se, quod

ὁμολογήσῃ, ὅτι ἥμαρτε πρὸ τῆς χειροτονίας, μὴ προσφερέτω· μένων ἐν τοῖς λοιποῖς, διὰ τὴν ἄλλην σπουδήν. τὰ γὰρ λοιπὰ ἁμαρτήματα ἔφασαν οἱ πολλοὶ καὶ τὴν χειροθεσίαν ἀφιέναι. ἐὰν δὲ αὐτὸς μὴ ὁμολογῇ, ἐλεγχθῆναι δὲ φανερῶς μὴ δυνηθῇ, ἐπ' αὐτῷ ἐκείνῳ ποιεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν.

ΚΑΝΩΝ Ι.

Ὁμοίως καὶ διάκονος ἐὰν τῷ αὐτῷ ἁμαρτήματι περιπέσῃ, τὴν τοῦ ὑπηρέτου τάξιν ἐχέτω.

ΚΑΝΩΝ ΙΑ.

Πρεσβύτερος πρὸ τῶν τριάκοντα ἐτῶν μὴ χειροτονείσθω· ἐὰν καὶ πάνυ ᾖ ὁ ἄνθρωπος ἄξιος, ἀλλ' ἀποτηρείσθω. ὁ γὰρ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῷ τριακοστῷ ἔτει ἐφωτίσθη, καὶ ἤρξατο διδάσκειν.

ΚΑΝΩΝ ΙΒ.

Ἐὰν νοσῶν τις φωτισθῇ, εἰς πρεσβύτερον ἄγεσθαι οὐ

ante ordinationem deliquerit, oblata non consecret, manens in reliquis officiis, propter studium bonum. Nam peccata reliqua plerique dixerunt per manus impositionem posse dimitti. Quod si de se non fuerit ipse confessus, et argui manifeste nequiverit, potestatis suæ judicio relinquatur.

CANON X.

Simili modo etiam diaconus si eodem peccato succubuerit, ab ordine ministerii subtrahatur.

CANON XI.

Presbyter ante tricesimum ætatis suæ annum nullatenus ordinetur, licet valde sit dignus, sed hoc tempus observet. Nam Dominus noster tricesimo ætatis suæ anno baptizatus est, et sic cœpit docere.

CANON XII.

Si quis in ægritudine fuerit baptizatus, ad honorem pres-

δύναται· οὐκ ἐκ προαιρέσεως γὰρ ἡ πίστις αὐτοῦ, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης. εἰ μὴ τάχα διὰ τὴν μετὰ ταῦτα αὐτοῦ σπουδὴν καὶ πίστιν, καὶ διὰ σπάνιν ἀνθρώπων.

ΚΑΝΩΝ ΙΓ.

Ἐπιχώριοι πρεσβύτεροι ἐν τῷ Κυριακῷ τῆς πόλεως προσφέρειν οὐ δύνανται, παρόντος ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρων πόλεως, οὔτε μὴν ἄρτον διδόναι ἐν εὐχῇ, οὐδὲ ποτήριον. ἐὰν δὲ ἀπῶσι, καὶ εἰς εὐχὴν κληθῇ, μόνος (for. κληθῶσι, μόνοι) δίδωσιν. Οἱ δὲ χωρεπίσκοποι εἰσὶ μὲν εἰς τύπον τῶν ἑβδομήκοντα· ὡς δὲ συλλειτουργοὶ διὰ τὴν σπουδὴν τὴν εἰς τοὺς πτωχοὺς, προσφέρουσι τιμώμενοι.

ΚΑΝΩΝ ΙΔ.

Διάκονοι ἑπτὰ ὀφείλουσιν εἶναι κατὰ τὸν κανόνα, κἂν πάνυ μεγάλη εἴη ἡ πόλις. πεισθήσῃ δὲ ἀπὸ τῆς βίβλου τῶν πράξεων.

byterii non potest promoveri; quod non ex proposito fides ejus, sed ex necessitate descendit: nisi forte propter sequens studium ejus et fidem, atque hominum raritatem, talis possit admitti.

CANON XIII.

Presbyteri ruris in ecclesia civitatis, episcopo præsente vel presbyteris urbis ipsius, offerre non possunt, nec panem sanctificatum dare, calicemque porrigere. Si vero absentes hi fuerint, et ad dandam orationem vocentur, soli dare debebunt. Chorepiscopi quoque ad exemplum quidem et formam Septuaginta videntur esse: ut comministri autem, propter studium quod erga pauperes exhibent, honorentur.

CANON XIV.

Diaconi septem debent esse juxta regulam, licet et valde magna sit civitas. Idipsum autem Actuum Apostolorum liber insinuat.

ANNOTATIONES

IN CONCILII NEOCÆS. CANONES.

P. 457. l. 5. Νεοκαισαρεία] Neocæsarea est urbs Cappadociæ in Ponto Polemoniaco, unde etiam ἡ κατὰ Πόντον a Balsamone et Zonara hoc in loco dicitur: de qua Plinius meminit Hist. Nat. lib. vi. cap. 3. et Ptolemæus in prima tabula Asiæ. Hic ergo celebrata fuit præsens synodus ab iisdem fere Patribus, a quibus Ancyrana, et eodem etiam anno, vel saltem sequenti, sive an. Dom. 315. Unde constat hanc ante Nicænam Synodum decem plus minus annis habitam fuisse. Et ea quidem antiquiorem esse Dionysius Exiguus etiam testatus est in præfatione ad hos canones, dicens, Et hæ regulæ post eas quidem probantur, quæ apud Ancyram expositæ sunt, sed Nicænis anteriores reperiuntur. Et vetus Latinus interpres in sua itidem ad hos canones præfatione, dicens, Isti canones secundi sunt Ancyrensium. qui (apud) Neocæsariam sunt expositi: et hi priores sunt Nicænis. Ab hoc Concilio in omnibus Græcis codicibus, Balsamonis præsertim et Zonaræ, quindecim canones editi perhibentur. Sed in nomocanone Arabico in Bibliotheca nostra Bodleiana quatuordecim tantum numerantur. Quippe in quo de præsenti Synodo hæc habemus (Latine) *Et sextus est liber canonum secundi Concilii in Cartagenâ* (sic), *denominata etiam Cæsarea, et numerus erat quinquaginta Episcopi, et ediderunt quatuordecim canones de conjugio et sacerdotibus.* Et sic etiam priscæ editionis latinæ autor, et Dionysius Exiguus, et Isidorus Mercator quatuordecim tantum canones huic Concilio adscribunt, decimum tertium, et decimum quartum in unum contrahentes. BEVEREG. Cum magis debeant duo hi canones inter se conjungi, Latinorum ego computationem amplexus sum; cui favet Usserius archiepiscopus in *Epistola* sua x. ad pag. 18. edit. Lond. simul vero Gangrensi concilio canones viginti pro novendecim adnumerans. Verum enimvero huic recensioni accedere possit vel Græca auctoritas, quoniam in *Codice Canonum*, quem vocat *Ecclesiæ Universæ* Ch. Justellus, se res similiter habet. Porro in *codd. duobus Bodleianis*, quorum alter sæculi un-

decimi est, XIV. tantum Canones Neocæsarienses recensentur. Is autem numero 196. signatus est. Simile præstant et *codex Vindobonensis bibliothecæ* XLIV. secund. numeros *Kollar.* qui est *Synodici* pars prior; Symeonisque *Epitome Canonum* in tomo ii. *Biblioth. Jur. Canon. Vet.* p. 724. Eundemque computum a Photio in *Nomocanone* servatum fuisse, ostendit Jacobus Leschasserius in *Consultatione* tomo primo præfixa ejusd. *Bibliothecæ* p. 13. quem infra attuli hac de re disserentem ad Canon. XIII. Porro hic Canon atque pars ejus posterior in unum coaluerant in Joannis Antiocheni *Canonum Collectione* seu *Digesto*, vicesimo primo Titulo Collectionis, etsi in Tit. XXIII. Canon ultimus per errorem, ut in erratis cl. editores *Juris Canon. Bibliothecæ* monuerunt, ιε΄. non ιδ΄. designatus est. Sed enim legitur ιδ΄. in Joannis *MSto Bodleiano* num. 86. signato, in quo quidem codice haud semel positum de his canonibus invenias, εἰσὶ δὲ τὰ κεφαλαῖα τέσσαρες καὶ δέκα. Cum vero præter morem canon penultimus bifariam divisus fuisset in *Epitome Canonum*, qui ab Hadriano I. Carolo M. Romæ oblati sunt, quindecim canones epitome illa recensuit, renitentibus aliis omnibus, ut dixi, Latinis. Vid. tom. vii. *Concil.* ex ed. Labbe et Cossart.

CANON I.

P. 457. l. 10. αὐτὸν μετατίθεσθαι] Posuisse se monuit Beveregius ex codd. Amerbachiano et Bodleiano (qui est numero 205. designatus) desumpta, αὐτοῦ μετατιθέσθω, et in sequentibus ἐξωθείσθω pro ἐξώθεισθαι αὐτὸν, et ἀγέσθω pro ἄγεσθαι αὐτόν. Sed verba recepta, quæ ex loquendi consuetudine legibus et canonibus solennia sunt, subaudito nimirum post modum infinitivum ἔδοξεν, ut in *Concilii Chalcedonensis* canone vicesimo suppletum est, præstant non modo cæteræ *Conciliorum* editiones, pariter atque illa Harduini, quam editionem, sed correctam, sequor, verum etiam *Codex Canonum Eccles. Justellianus, Joannes Antioch. Bodleiani*que *sex* saltem *canonum manuscripti*, nam in *codice* 196. ubi αὐτοῦ extat, μετατίθεσθαι tamen exaratum est. Corrigas interea ex Joannis Antiocheni *MSto Bodleiano* librum editum, in quo κατατίθεσθαι pro μετατίθεσθαι male positum est; verumtamen idem error etiam *codici MS.* 5571. inhæret, quæ quidem collectio canonum manca est, sed ejusdem fortasse Joannis.

Ibid. l. 12. μετάνοιαν.] Zonaræ *Commentarius*: Ἐὰν γάμον νομιμὸν τάχα ἑαυτῷ πρεσβύτερος συναλλάξῃ, μετατίθεται τῆς

τάξεως αὐτῦ, ἀντὶ τῦ, ἐκβάλλεται τῆς ἱερωσύνης. καθαιρεῖται γάρ. ἐὰν δὲ πορνεύσῃ ἢ μοιχεύσῃ, τελείως ἐξωθεῖται τῆς ἐκκλησίας, καὶ εἰς μετανοούντων ἄγεται τόπον, ὥςε προσκλαίειν, καὶ ἀκροᾶσθαι; καὶ τὰ λοιπὰ ἀναπληροῦν. Hunc vero posteriorem ad laicam communionem admitti a S. Basilio in Canone XXXII. et a Carthaginiensi Synodo in Canone XXVII. addit Zonaras. Similia habet Balsamo. Aristeni hæc sunt; Ὁ γυναῖκα λαβὼν πρεσβύτερος, τῆς μὲν ἱερωσύνης μεθακινεῖται· τῆς δὲ τιμῆς καὶ τῆς καθέδρας μετέχει. ὁ δὲ πορνεύσας, ἢ μοιχεύσας, τέλειον ἐξωθεῖται, καὶ εἰς μετάνοιαν ἄγεται. Diaconorum quoque jam ordinatorum nuptias, nisi ea de re diaconatum suscepturi cavissent, damnabant οἱ σύγχρονοι Ancyrani in Canone X. Tum quicquid interea de origine atque utilitate cœlibatus clericalis censeatur, quem quidem, auctor est Platina, liberum a legibus esse debere judicabat etiam pontifex Romanus Pius II. constabit hoc, ni fallor, veterum scripta legentibus; quamvis plurima extent exempla non tantum aliorum sacerdotum, verum etiam episcoporum, cum conjuge atque liberis vitam degentium, nullos tamen commemorari, durantibus primis istis ecclesiæ sæculis, vel episcopos, vel presbyteros, aut denique diaconos, nisi diaconi de hac re prius cavissent, qui post ordinationem uxores sibi conjunxerint.

CANON II.

P. 457. l. 14. μέχρι θανάτου] Sequitur istud in Beveregii *Synodico*, μὴ πειθομένη λῦσαι τὸν γάμον, quod cum ignorent omnes *editiones Græcæ atque Latinæ*, in uno *codice* 205. Bodleiano inventum, sed refragantibus *septem* aliis *canonum exemplaribus scriptis*, ne dicam *Joannem Antiochenum MStum*, idem ideo ex glossa tantum videtur profectum, sed tamen canonem vere exponens. Id vero extitisse dixerim etiam in *codicibus* Zonaræ ac Blastaris, qui in *commentariis* suis verba addunt. Mox τῷ præfigunt θανάτῳ libri cum *scripti* tum *editi* omnes exceptis *Conciliorum* editionibus, quas hic relinquendas duxi.

P. 458. l. 3. ἡ μετάνοια] Zonaræ *Commentarius :* Ἐὰν γυνὴ κατὰ γάμον δύο ἀδελφοῖς συνοικήσῃ, ἐξωθείσθω τῆς ἐκκλησίας μέχρι θανάτου μὴ πειθομένη λῦσαι τὸν γάμον· εἰ δὲ θνήσκουσα ἐπαγγέλληται, ὅτι ὑγιάνασα λύσει τὸν γάμον, τεύξεται τῆς ἁγίας μεταλήψεως τότε, καὶ ἀναῤῥωσθεῖσα, ἕξει μετάνοιαν, ἀντὶ τοῦ δεχθήσεται εἰς μετάνοιαν, ἐὰν δὲ τὸ ἓν τῶν προσώπων τέτων ἐν τῷ ἀθεμίτῳ γάμῳ τελευτήσῃ, δυσχερὴς ἡ μετάνοια τῷ περιλειφθέντι. ὁ γὰρ

μετανοῶν ἀφιςάμενος τῆς ἁμαρτίας πιςεύεται μετανοεῖν. εἰ δ' ἔτι τὸ κακὸν πράτlει, πῶς λογισθήσεται μεταμέλεσθαι, ἢ πῶς δεχθήσεται εἰς μετάνοιαν; ὁ δὲ μέχρι θανάτου τῆς γυναικὸς μὴ ἀποςὰς τῆς ἀθεμιτογαμίας, δείκνυσιν, ὅτι εἰ καὶ ἔτι περιῆν, οὐκ ἂν ἀπέςη τῆς ἁμαρτίας, ὡς γοῦν ὅσον τὸ ὑπ' ἐκείνῳ τῷ κακῷ ἐπιμένων, δυσχέρειαν ἕξει πρὸς τὴν μετάνοιαν, καὶ ὥσπερ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν λθ'. κανόνι φησίν· ἡ τῷ μοιχῷ συζῶσα, μοιχαλίς ἐςι πάντα τὸν χρόνον· οὕτω καὶ ὁ ἀθεμιτογαμῶν ἕως ἂν μὴ λύσῃ τὸν ἀθέμιτον γάμον, ἁμαρτάνει καὶ εἰς μετάνοιαν ἄδεκτος ἔςαι. Hujusmodi nuptias ubique damnatas fuisse, ostendit canon LXI. *Eliberitani in Hispania Concilii*, eodemque numero designatus canon *Concilii Agathensis*, XVIII. item *Aurelianensis primi*; quæ duo concilia ineunte sæculo sexto in Gallia celebrata sunt.

CANON III.

P. 458. l. 5. πλείςοις γάμοις] De illis hoc expositum est, qui plura duobus conciliaverint sibi matrimonia, cum ab aliis scholiastis Græcis, tum a Zonara, cujus hic commentarius est: Ἐν τετάρτῳ κανόνι ὁ μέγας Βασίλειος, τοὺς τριγάμους ἐπὶ πενταετίαν ἀφορίζεσθαι λέγει, καὶ τοῦτον τὸν χρόνον οὐκ ἀπὸ κανόνος εἶναι φησὶν, ἀλλ' ἐκ συνηθείας καὶ τῆς τῶν προειληφότων ἀκολουθίας, καὶ τὴν τριγαμίαν δὲ, εἰς πολυγαμίαν ἀνάγει. τίνα δὲ λέγει χρόνον ὡρισμένον· ὁ παρὼν κανὼν, ἠγνόηται, προγενεςέρα γάρ ἐςι πολλῷ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἡ σύνοδος αὕτη, καὶ παντελῶς εἰ ὥριςο πρὸ ταύτης χρόνος ἐπὶ τῶν τριγάμων, οὐκ ἂν ἠγνοήθη τῷ τὰ πάντα σοφῷ Βασιλείῳ. εἰ μή που λέγει καὶ αὕτη ἡ σύνοδος ὡρισμένον χρόνον, τὴν συνήθειαν. ὁ μὲν οὖν χρόνος, φησὶν, ὡρισμένος ἐςίν· ἡ δὲ τῶν ἐπὶ τῇ τριγαμίᾳ μεlανοούντων ἀναςροφὴ, καὶ ἡ πίςις ἡ πρὸς τὸν Θεὸν, συντέμνει τὸν χρόνον. εἰ γὰρ ὁ τούτους οἰκονομῶν, ὁρᾷ αὐτοὺς σπουδὴν ἐνδεικνυμένους, καὶ θερμότητα περὶ τὴν μετάνοιαν, καὶ οὐκ ἀπογινώσκοντας, ἀλλὰ πιςεύοντας, ὅτι διὰ τὴν πολλὴν ἀγαθότητα τοῦ θεοῦ ἀφεθήσεται αὐτοῖς τὸ ἁμάρτημα, συντεμεῖ τὸν χρόνον καὶ ἐλατlώσει αὐτόν. Confer Canon. VII. qui sequitur, et XIX. *Ancyrani Concilii.*

CANON IV.

Ibid. l. 9. ἐπιθυμήσας] Hoc pro ἐπιθυμῆσαι *vulgata Conciliorum lectione* habet Beveregius, prout *Codex Canonum Eccles. Justellianus* et *Joannes Antioch.* Neque aliud quid aut *scripti Bodleiani*, exceptis *tribus* 26. et 196. et 715. aut *Interpretes Latini* agnoscunt.

Ibid. l. 10. αὐτῇ] Hoc quoque pro μετ' αὐτῆς præbuit Beveregii *Synodicon* ex *codice*, ut videtur, *Bodleiano* 205.

desumptum, dum lectionem alteram *editi libri* exhibebant. Firmant autem mutationem *septem* præterea *codices scripti Bodleiani*, atque *Joannes Antiochenus MStus*.

P. 458. l. 11. ὑπὸ τῆς χάριτος ἐῤῥύσθη] Optime notat Joan. Johnsonus ad Anglicam suam *Canonum Versionem*, Canonem hunc magis ad doctrinam, ut loquuntur, quam ad disciplinam pertinere; nisi cautum illud eo fuisse existimemus, ut ne quis fornicationi patrandæ cogitatione intentus, ab illa tamen servatus, ad pœnitentiam ecclesiasticam compelleretur, etiamsi vel actu aliquo, vel sua ipsius confessione, notum esset consilium ejus. Sic ille. Zonaras autem in *Comment.* ad hunc Canonem S. Basilium M. affert vel incipienti peccato debitas pœnas in canone suo LXXX. irrogantem. Ita est, at certe nemo unquam tam severus fuit, ut hujusmodi peccatum tantummodo animo propositum eadem pœna vindicandum censeret, qua reipsa admissum. Interea nonnulla ad initia peccandi spectantia, iterum atque iterum animo volvenda, admonuit Matthæus Blastares in *Syntagmate* Lit. Π. cap. xvi. p. 224. apud Beveregium. Harduinus denique in marg. edit. suæ *Conciliorum* lectorem relegat ad S. Augustinum Serm. xliii. *De Verbis Domini*, cap. 12.

CANON V.

Ibid. l. 13. τὸ Κυριακὸν] Articulum addidi ex *tribus scriptis* 26. et 158. et 205. Zonaræque interpretatione ad Basilii M. *Epist. Canonicæ* Canonem XX. ubi hæc Neocæsariensium Zonaras attulit.

Ibid. l. 14. φανῇ] *Vulgo* abest φανῇ, quod legisse tamen *Joannem Antioch.* notavit ad marg. Harduinus. Cum vero extaret verbum in *Bodleianis codicibus omnibus* præter *duos* illos 158. et 205. agnoscereturque ab *Interpretibus Latinis*, idem in textum recepi. Ut duo illi codd. sic Zonaras ad S. Basilium habet ἁμαρτάνῃ pro participio ἁμαρτάνων.

Ibid. ἁμαρτάνων] Ἁμάρτημα de peccato carnis intelligitur. Nicæn. II. IX. XIV. HARDUIN. In canone illo XIV. ita patres Nicæni: Περὶ τῶν κατηχουμένων καὶ παραπεσόντων, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ὥστε τριῶν ἐτῶν αὐτοὺς ἀκροωμένους μόνον, μετὰ ταῦτα εὔχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων. Contra illos autem disputans, qui cum veteribus scholiastis putant duos ordines fuisse in ecclesia catechumenorum nominibus distinctos, quorum alii dicerentur *genuflectentes*, alii *audientes* sive ἀκροώμενοι, utrumque canonem aliter exposuit Salmasius. " Canon Neocæsariensis (inquit ille)

"eum qui ex catechumenorum est ordine, et *in ecclesia* "*orantium de geniculis*, (quos distinguit ab illis qui domi "instruebantur ac discebant ea quæ sunt fidei, necdum "recepti in ordinem catechumenorum in ecclesia pub-"lice orantium) si peccet, ad ἀκροωμένους relegat, id est, "ad secundum ordinem pœnitentium, qui stantes scrip-"turam sacram audiebant. Hoc est quod dicit canon, "γόνυ κλίνων, ἀκροάσθω, id est, cum de geniculis oraret, "verbum stans audiat, et pro catechumeno fiat pœnitens "secundi gradus. Nam statim adjicit, ἐὰν δὲ καὶ ἀκροώ-"μενος ἔτι ἁμαρτάνῃ, ἐξωθείσθω. *Si audiens adhuc peccare* "*perseveret*, id est, in audientium pœnitentium ordine "stans, *ab ecclesia ejiciatur.*" Hæc vir magnus, sub nomine *Simplicii Verini* latens, in Tractatu *Adversus Grotii Librum postumum*, p. 116—119. Denique de illis qui ante baptismum peccavissent, quærendum ad p. 430. CONCILII ANCYRANI, ubi ad Can. XII. agit de iisdem Zonaras; is vero, ut obiter hoc notem, in interpretatione sua canonis XX. S. Basilii, in eo versatur, ut asserentem patrem illum in judicium non vocari catechumenorum mores, hoc est post peractum baptismum, cum Neocæsariensi hoc canone conciliet.

CANON VI.

P. 459. l. 2. Περὶ κυοφορούσης, ὅτι δεῖ φωτίζεσθαι &c.] Canonis synopsin, magis quam ipsa canonis verba, hoc sapere videtur.

Ibid l. 3. διὰ τὸ ἑκάστου ἰδίαν &c.] Ad literam vertas, *Nihil enim in hac quidem re commune habet illa quæ parit cum partu suo, quoniam proprium cujusque declaratur propositum illud apud professionem.* Etenim articulum τὴν ante ἐπὶ præstant cum *editi*, tum vero *Bodleiani omnes* præter *duos* illos 205. et 158. Conferas cl. Gul. Wall. *Hist. Pædobaptismi* Anglica lingua conscriptam, vol. i. p. 63. a Johnsono ad hunc canonem laudatam.

Ibid. l. 4. τὴν ἐπὶ τῇ ὁμολογίᾳ] Joannes Antioch. tit. xxxvi. habet τὴν ἐπὶ τῇ μετανοίᾳ, ἤτοι ὁμολογίᾳ. HARDUIN. Albaspinæus, in *Notis in quosdam Canones Conciliorum Asiæ*, ad fin. *Observatt. in Vet. Eccles. Ritus:* "*Quia proprium* "*uniuscujusque propositum*, de fide interrogabantur cate-"chumeni antequam baptisarentur; neque aliter ad fon-"tem lavacri admissos reperies, nisi ejus rationem ali-"quam reddidissent; *interrogant eos nostræ fidei sacerdo-*"*tes; et si præviderint in Patre et Filio, et Spiritu Sancto*

" *eos baptisatos*, &c. Arelatense primum can. 8. Præterea " paulo antequam mergerentur, baptismum se optare, se " baptisari velle, magna voce contestabantur: quæ cum " ab iis qui parentum utero includerentur, non possent " fieri, ad eosdem baptismi vis et gratia pervenire et pe- " netrare non poterat. Hunc ipsum canonem ita interpre- " tatur Martinus Bracarensis, *nam nihil in hoc participat* " *mater infanti qui nascitur; propterea quod unicuique* " *propria voluntas in confessione monstretur*." p. 371. ed. Helmestad.

P. 459. l. 4. δείκνυσθαι] Balsamonis *Comment*. Τινὲς ἔλεγον, μὴ ὀφείλειν βαπτίζεσθαι τὰς ἐξ ἀπίστων τῇ ἐκκλησίᾳ προσερχομένας κυοφορούσας, ἀλλ' ἀναμένειν τὴν εἰς τὸ φῶς τοῦ τοκέτου ἐξέλευσιν, ἵνα μὴ ταύτης βαπτιζομένης, δόξῃ συμβαπτίζεσθαι, καὶ τὸ ἐγκυμονούμενον ὡς ἡνωμένον διόλου αὐτῇ. κἀντεῦθεν μετὰ τὸ γεννηθῆναι, ἢ ἀφώτιστον καταλειφθῇ, ἢ βαπτιζόμενον λογισθῇ, καὶ αὖθις βαπτίζεσθαι, οἱ γοῦν πατέρες τὴν ἀντίθεσιν ταύτην μὴ παραδεξάμενοι, ὥρισαν ἀποκριματίστως βαπτίζεσθαι τὰς κυοφορούσας, ὅτι βούλοιντο, διὰ τὸ μηδεμίαν κοινωνίαν ὑπεῖναι τῇ τικτούσῃ μετὰ τοῦ τικτομένου, ὅσον εἰς τὸν λόγον τοῦ φωτίσματος. ἄλλως τέ, φασιν, ἀναγκαία ἐστὶν ἡ ἑκάστου ὁμολογία ἐν τῷ βαπτίζεσθαι· τὸ δὲ ἔμβρυον ἐστερημένον διαθέσεως οὐ δύναται τὰς ἐπὶ τῷ βαπτίσματι ὁμολογίας ποιῆσαι. προσετέθη δὲ τῷ κανόνι τὸ, ὅτε βούλοιντο, διὰ τοὺς λέγοντας πρὸ μὲν τοῦ εἰδοποιηθῆναι τὸ ἔμβρυον εἰς ἄνθρωπον ἀκινδύνως βαπτίζεσθαι τὴν μητέρα ἐγκυμονοῦσαν, μετὰ δὲ τοῦτο μὴ κάλως αὐτὴν βαπτίζεσθαι· διὰ τὸ εἶναι τοιαύτης διαθέσεως τὸ ἐγκυμονούμενον, οἵας εἰσὶ καὶ ἀρτιγέννητα νήπια, τὰ μὴ δυνάμενα ὁμολογεῖν. διό τοι καὶ εἶπον οἱ πατέρες, ἐπ' ἀδείας ἔχειν τὴν ἐγκυμονοῦσαν, ὅτε θέλει βαπτίζεσθαι, τὰ μὲν γὰρ ἔμβρυα, ὅπως ἔχουσι διαθέσεως, οὐδεὶς περιεργάσασθαι δύναται, ἢ ἀναδέξασθαι· τὰ δὲ νήπια διὰ τῶν ἀναδεχομένων αὐτὰ κατατίθενται, καὶ πραγματικῶς φωτιζόμενα θείας καταξιοῦνται ἐλλάμψεως. ἀνάγνωθι καὶ τὰ ἐν τῷ ι'. κεφαλ. τοῦ δ'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος παρ' ἡμῶν γραφέντα.

CANON VII.

Ibid. l. 6. γάμους διγαμοῦντος] Vulgo γάμους διγαμούντων. Prætuli ego *codicum quatuor MStorum* lectionem, quam exhibet Joannes quoque Antiochenus *impressus* una cum *codice* 5771. superius memorato. Habet autem γάμον διγαμοῦντος Beveregii *Synodicon*, quam quidem lectionem in codicibus multis reperi. Sed præferendum est γάμους, propterea quod sequitur forma eadem ad Canonis finem. Cum vero de usu pluralis γάμους pro singulari dubitasset quispiam, mutatum fuisse ab eo putaverim γάμους in γάμον.

In *Glossario Latino-Græco* Car. Labbæi habes, *Nuptiæ.* γάμοι, γάμος, et in *S. Matthæi* cap. xxii. similiter plurale cum hac significatione quater positum videtur, ubi ejus frequentissimum apud auctores usum critici ostendunt.

P. 459. l. 7. μετάνοιαν αἰτοῦντος τοῦ διγάμου] Ex his verbis facile est colligere, quales digami hic intelligendi sint; tales nimirum, qui duas habent eodem tempore uxores. Laicis enim, qui post mortem unius aliam uxorem ducunt, pœna a nullo unquam canone imposita fuit, nec publica ab iis exacta pœnitentia. Sed de hac re alibi fusius agemus. BEVEREG. Recte hac de re dissentit a Beveregio cl. Johnsonus, in testimonium adductis *Concilii Laodiceni* Can. I. et *S. Basilii* Can. IV. atque etiam Canone III. *hujusce Concilii.* Et supra notatum aliquid est de his nuptiis ad Canonem XIX. ANCYRANI CONCIL. Sed vero haud ubique terrarum sancitum fuisse τὸ τοῦ διγάμου ἐπιτίμιον, cl. Binghamus lib. xvi. *Antiquit. Eccles.* cap. 11. §. 7. se opinari ait. Atque pœnam infligi durante ipso conjugio regula universali interdictum fuisse vult Balsamo in *Commentario,* quem nunc subjungam. Ὁ διγαμήσας λαϊκὸς οὐ παραχωρεῖται μετασχεῖν τῶν θείων ἁγιασμάτων ἀπεντεῦθεν, ἀλλὰ μετὰ ἐνιαυτόν· φησὶ γοῦν ὁ κανὼν, ὡς ἐπεὶ τὸ ἐπιτίμιον τοῦτο παρὰ τοῦ ἱερέως ἐπάγεται τῷ διγαμήσαντι, οὐκ ὀφείλει οὗτος συνεστιᾶσθαι αὐτῷ εἰς τὸν γάμον. δοκεῖ γὰρ ὥσπερ διὰ τῆς παρουσίας συναίνειν, καὶ οὐ δυνήσεται ἐπιτιμῆσαι τὸν διγαμήσαντα. καλῶς δὲ διωρίσαντο συνεστιᾶσθαι (for. μὴ σ.) τούτῳ τὸν ἱερέα μετὰ (for. κατὰ) τὸν καιρὸν τοῦ γάμου. μετὰ γὰρ τὸν γάμον οὐ κωλυθήσεται συνανακεῖσθαι αὐτῷ, ὡς μηδὲ ἀκοινωνήτῳ ὄντι. εἰπὼν δέ τις ποτὲ ὀφείλειν τὸν διγαμήσαντα μετὰ τὴν ἀπόστασιν τῆς διγαμίας δέχεσθαι εἰς μετάνοιαν, καὶ ἐπιτιμᾶσθαι, (ἔτι γὰρ τοῦ γάμου συνισταμένου, ταῦτα χώραν οὐκ ἔχουσι κατὰ τὸν καθόλου κανόνα) ἤκουσε μὴ εἶναι γάμον, ἀθέμιτον, ὥστε διασπᾶσθαι. καὶ διὰ τοῦτο ἔῤῥωται μέν· ἐπιτιμᾶται δὲ μετρίως, ὡς εἴρηται.

Ibid. τίς ἔσται ὁ πρεσβύτερος] Anne interpretandum, τίς ἔσται *qualis erit presbyter?* scil. *cum dari sibi pœnitentiam petat digamus, qua conditione erit,* h. e. nonne ipse pœnitentia egens erit *presbyter, qui præsentia sua in convivio nuptiali hasce nuptias confirmasset?* Ita ad *Synopsin,* quæ sequitur, Οὐχ ἑστιᾶται πρεσβύτερος ἐπὶ διγάμοις. ἐκείνου γὰρ συγγνώμης δεομένου, τίς ἐκεῖνον ἀξιώσει συγγνώμης; Aristenus hæc commentatus est: Ὁ ἱερεὺς εὐλογήσας τὸν δίγαμον, τῆς τραπέζης ὀφείλει ὑπαναχωρεῖν, καὶ μὴ συνεστιαθῆναι αὐτῷ· εἰ γὰρ ὑπὸ ἐπιτίμιόν ἐστιν ὁ δίγαμος, ποία ἔσται τῷ πρεσβυτέρῳ συγγνώμη, τῷ διὰ ἑστιάσεως τοῖς τοιούτοις συγκατατιθεμένῳ γάμοις. Zonaras autem ait: Ἡ διγαμία ὑπὸ ἐπιτίμιόν ἐστιν. ἐνιαυτὸν γὰρ τῆς ἁγίας μετα-

λήψεως εἴργεται, τὸ δὲ ἐπιτίμιον οἱ ἱερεῖς ἐπάγουσιν, εἰς μετάνοιαν ἐρχομένου τοῦ διγαμήσαντος. ὁ γοῦν διὰ τῆς παρουσίας αὐτοῦ συναινεῖν δοκῶν τῷ δευτέρῳ γάμῳ ἱερεὺς, τίς ἐστι, φησὶν ὁ κανὼν, τουτέστι, πῶς οὐκ αἰδεσθήσεται ἐπιτιμῶν τῷ δευτερογαμοῦντι ὁ διὰ τῆς παρουσίας αὐτοῦ συνευδοκῶν τῇ δευτερογαμίᾳ; ἀλλὰ ταῦτα ἐν γράμμασιν· ἡμῖν δὲ καὶ πατριάρχης ὤφθη, καὶ μητροπολῖται διάφοροι συνεστιώμενοι δευτερογαμήσαντι βασιλεῖ. Gentianus interea Hervetus in *Interpretatione* sua *Latina* ita vertit; *Presbyterne convivetur. Cum enim requirat pœnitentiam digamus, quis erit presbyter, qui eo quod sit convivio acceptus, nuptiis assentiatur?* Sed minus lucide, ut opinor.

CANON VIII.

P. 459. l. 10. Γυνή τινος] Ἐὰν γυνή τινος (ita edidit Beveregius). Joannes Antiochenus in collect. can. tit. 41. legit, Γυνή τινος μοιχευθεῖσα λαϊκοῦ ὄντος, ἐὰν ἐλέγχθῃ φανερῶς. Sic etiam legit Dionysius Exiguus; vertit enim, *Mulier cujusdam adulterata laici constituti, si evidenter arguatur.* Et vetus interpres, *Mulier cujusque adulterata laico constituto, si doceatur.* Sic etiam legitur in Parisiensi Balsamonis editione: sed codex Amerbachianus cum Tiliano nostræ lectioni adstipulatur. BEVEREGIUS. Lectionem *Conciliorum* atque *Canonum*, Γυνή τινος, tuentur *Bodleiani codices omnes* præter illum, quo usus est Beveregius, *cod.* 205. Tilianus autem qui ab eo memoratur codex, Latina *Interpretatio* est Gentiani Herveti, quæ ex *codice Joan. Tilii Balsamonis commentariis cincto* facta est, dum tamen *editio Græca* ipsius Tilii, hæc est, ut dixi, canonum editio princeps, aliter se habet.

Ibid. l. 11. ἐλθεῖν οὐ δύναται] Relegat lectorem Johnsonus ad *Canon. Apost.* XVIII. Ὁ χήραν λαβὼν, ἢ ἐκβεβλημένην, ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ τῶν ἐπὶ σκηνῆς, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ. Ab isto quoque erudito viro verba *Levitici* cap. xxi. comm. 14. indicantur, ubi fere eadem summo pontifici prohibentur conjugia. Cæterum mox addere Joannem Antiochenum post οὐ verba δι' αὐτὴν Beveregius notavit; hæc tamen abesse video a *Joanne scripto Bodl. cod.* 86.

Ibid. l. 14. ὑπηρεσίας] Vocem mutavit cum altera διακονίας ex *codice suo*, ut videtur, accepta Beveregius. Reliqui *Bodleiani* refragantur, Zonarasque in *Scholio*, quod sequitur; Ἀνδρὸς λαϊκοῦ γυνὴ μοιχευθεῖσα, καὶ φανερῶς ἐλεγχθεῖσα, κωλύει τὸν ἄνδρα αὐτῆς εἰς ὑπηρεσίαν ἐλθεῖν, τουτέστιν εἰς βαθμὸν ἱερατικόν τινα, πλὴν ἡ φανερῶς ἐλεγχθεῖσα, οὐχ ἡ ἐν ὑποψίᾳ

γενομένη, ἢ ᾗ κατηγορηθεῖσα παρά τινος τῶν κατηγορεῖν οὐ δυναμένων αὐτῆς προσώπων. οὐ γὰρ τῷ βουλομένῳ ἐφεῖται περὶ μοιχείας κατηγορεῖν, ἀλλὰ ῥητοῖς προσώποις. ἐὰν δὲ καὶ ἱερωμένου γυνὴ μοιχευθῇ, ἀπολῦσαι αὐτὴν ὀφείλει, τουτέστι, διαζυγῆναι αὐτῆς· εἰ δὲ συζῆν αὐτῇ βούλεται, κωλύεται τῆς ἐγχειρισθείσης αὐτῷ διακονίας· ἤτοι τοῦ βαθμοῦ εἰς ὃν κατετάχθη. ἡ γὰρ μοιχευθεῖσα μεμίανται, ὁ δὲ ταύτῃ μιγνύμενος ἓν σῶμα γίνεται, καὶ λοιπὸν μετέχει κἀκεῖνος τοῦ μιάσματος, ὁ δὲ μεμιασμένος πῶς δεχθήσεται εἴς τι θεῖον λειτούργημα. Christoph. Justellus ad *Codicem Canonum Eccles. Univ.* hæc notavit. "Concilium Eliberit. Tertullianus lib. iv. contra Marcion. *Quid facit apud te maritus, si uxor ejus commisit adulterium, habebitne illam? nuptias nec separari vult Christus prohibendo repudium; nec cum macula haberi, tunc permittendo divortium.* Chrysostomus, *Sicut crudelis et iniquus est, qui castam dimittit uxorem; sic fatuus impiusque est, qui retinet meretricem.* Innocent. III. cap. qui vir. de adulter." Civilibus quoque legibus punitos esse viros adulteras uxores non repudiantes, ad Ancyrani Concil. Canon. XX. jam adnotatum est.

CANON IX.

P. 460. l. 2. *διὰ τὴν ἄλλην σπουδήν*] Exposuit Zonaras, *Cum sit σπουδαῖος*, h. e. *cæteroquin bonus.*

Ibid. *τὰ γὰρ λοιπὰ ἁμαρτήματα*] Exponunt Græci interpretes de rebus cum stupro conjunctis. Alia præterea delicta, sed ea minora, vulgus quidem hominum censebant vel ordinatione deleri; ecclesiæ vero, teste Blastari in *Syntagmate* Lit. X. cap. xxv. p. 216. haud tantum valere visum sacerdotium est, ut solveret, quod nonnulli putabant, delicta quæ jam antecessissent, etsi sacrum quidem lavacrum novum reddere posset hominem, qui baptizatus esset; canonem enim nonum Nicænum jubere presbyteros, qui aut citra probationem sint ordinati, aut examinati quidem confessi fuerint priora peccata, præter regulam tamen ordinati sint, nequaquam admitti, *τὸ γὰρ ἀνεπίληπτον*, inquiunt patres, *ἐκδικεῖ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία.*

Ibid. l. 6. *ἐξουσίαν.*] Aristeni *Commentarius: Τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἁμαρτήματα ἡ χειροθεσία λύει· μονῆς δὲ τῆς σωματικῆς ἁμαρτίας ἡττᾶται. ἐὰν οὖν τὶς, πορνείαν προημαρτηκὼς, εἰς ἱερωσύνην παραδέχθῃ, καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν ὁμολόγησε τὰ ἁμαρτήματα· τῆς μὲν καθέδρας ᾗ τιμῆς τῶν πρεσβυτέρων μεθέξει. ἱερατικὸν δέ τι οὐκ ἐνεργήσει, εἰ δὲ μήτε αὐτὸς ὁμολογοίη, μήτε παρ' ἄλλου ἐλέγχοιτο φανερῶς, παρὰ τῇ αὐτοῦ ἐξουσίᾳ κείσεται τῆς ἱερωσύνης*

παυθῆναι, εἴτε καὶ μή. Porro cum hoc Canone conferendus est vicesimus secundus *Concilii in Trullo*, seu *Quinisexti*, qui idem est atque Canon XXVII. S. Basilii Magni.

CANON X.

P. 460. l. 8. ἐὰν τῷ αὐτῷ] *Vulgo* ἐὰν ἐν τῷ αὐτῷ, dum omittitur ἐὰν in edit. *Canonum* Tiliana, quæ princeps est. Præpositionem vero ἐν expunxi fide nixus *sex MStorum*, Joannisque Antiocheni cum *editi* tum *scripti*, tum vero *codicis* superius memorati 5771.

Ibid. l. 9. τοῦ ὑπηρέτου] *Subdiaconi*, ut monuit Anglicus interpres Johnsonus, testibus citatis *Concilii Laodiceni* canonibus XX. et XXI. aliisque mox sequentibus. Ad canon. ejusd. *Concil.* XXII. ait Zonaras: Τοῖς γοῦν ὑπηρέταις, ἤτοι τοῖς ὑποδιακόνοις, οὐκ ἐφεῖται φορεῖν ὠράριον· τοῦτο γὰρ τῶν διακόνων ἐστί. Hæc interea Balsamonis sunt ad Canonem hunc Neocæsariensium—εἰς ὑπηρέτου δὲ τάξιν καταβιβασθήσονται, ἤτοι ἀχειροτονήτου ὑποδιακόνου ἢ ἀναγνώστου. Sed vero inter τοὺς ἀχειροτονήτους subdiaconum haud recenset *Constitutionum Apost.* Auctor lib. viii. capp. 21. et 22. qui scribit, ὑποδιάκονον χειροτονῶν, ὦ ἐπίσκοπε, ἐπιθήσεις ἐπ' αὐτοῦ τὰς χεῖρας, ac de lectore similiter. Super exorcistas vero, aliosque nonnullos, simul vetitum est fieri manuum impositionem in illis *Constitutionum* capitibus, quæ proxime sequuntur. Ita interim loquuntur hi patres Neocæsarienses in Canone suo VIII. ut fere putes omnes, ad quamcunque ὑπηρεσίαν ecclesiasticam accesserint, prius χειροτονηθέντας fuisse; quod tamen fieri haud consuetum esse, cum multi alii ostendunt, tum vero S. Basilius M. in *Canone* LI.

CANON XI.

Ibid. l. 13. ἐφωτίσθη] Ἐβαπτίσθη, quod Beveregius recepit, ego inveni in *quatuor codd. Bodleianis*, itidem in canone XIV. *Concilii Trullani*, ubi patres illi Canonem hunc Neocæsariensem adduxerunt, nam extat ibidem vox ἐβαπτίσθη tum in omnibus *MStis* meis, tum in *impressis*. Cum vero *tres codices canonum scripti*, simul atque *edita Concilia* et *Canones*, Joannesque Antiochenus in *Canonum Digesto* alteram scripturam hic quidem in hoc Canone præstent, eademque extet in canone proxime sequente, retinenda ea videtur, neque cum patrum Trullanorum lectione commutanda. Habet τριακονταέτης ἐβαπτίσατο *cod.* 158.

P. 460. l. 14. διδάσκειν] Zonaras: Τοῦτον τὸν κανόνα ἡ ἕκτη σύνοδος οὕτως τίθησι, καὶ ἐξηγήθη ἐκεῖ ιδ΄. ὤν. Canonem apponam; Ὁ τῶν ἁγίων καὶ θεοφόρων ἡμῶν πατέρων κρατείτω κανὼν καὶ ἐν τούτοις, ὥστε πρεσβύτερον πρὸ τῶν τριάκοντα ἐτῶν μὴ χειροτονεῖσθαι, κἂν πάνυ ᾖ ὁ ἄνθρωπος ἄξιος, ἀλλ᾽ ἀποστερεῖσθαι. ὁ γὰρ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῷ τριακοστῷ ἔτει ἐβαπτίσθη, καὶ ἤρξατο διδάσκειν· ὁμοίως, μήτε διάκονον, πρὸ τῶν εἰκοσιπέντε χρόνων, ἢ διακόνισσαν πρὸ τῶν τεσσαράκοντα ἐτῶν χειροτονεῖσθαι. De re ipsa conferas tam Justelli Beveregiique notas ad finem horum Conciliorum a me collocatas, quam Binghami *Antiquit. Eccles*. lib. ii. cap. 10.

CANON XII.

P. 461. l. 3. ἀνθρώπων] Zonaræ *Commentarius*: Ὃς ὑγιαίνων μὲν ὑπερετίθετο βαπτισθῆναι, νοσήσας δὲ, καὶ κίνδυνον περὶ τὴν ζωὴν ὑφορώμενος ἐβαπτίσθη, οὗτος εἰς ἱερωσύνην οὐ προαχθήσεται. δοκεῖ γὰρ ἀναβάλλεσθαι τὸ φώτισμα διὰ τὸ φιλήδονον καὶ φιλόσαρκον, καὶ τὸ θέλειν ἀνέτως ζῆν, καὶ μὴ ὑπαχθῆναι τῷ ζυγῷ τοῦ εὐαγγελίου, καὶ ἐξ ἀνάγκης ἡ πίστις αὐτοῦ, ἀλλ᾽ οὐκ ἐκ προαιρέσεως γενέσθαι φαίνεται. εἰ δὲ σπουδαῖος μετὰ τὸ βάπτισμα φανῇ περὶ τὴν τῶν θείων ἐντολῶν φυλακὴν, καὶ περὶ τὴν πίστιν βέβαιος, καὶ σπάνις εἴη ἀνθρώπων πρὸς ἱερωσύνην ἐπιτηδείων, τότε γενήσεται. Porro inter alia Balsamo: σημείωσαι οὖν, ὅτι καὶ ἀμφότερα ὀφείλουσι συνδραμεῖν, ἡ περὶ τὴν ἀρετὴν σπουδὴ, καὶ ἡ σπάνις τῶν ἀνθρώπων. Albaspinæus autem in Notis in quosdam Canones, *Observatt*. ejus subjunctis, hæc scribit; "De hujus "canonis sententia dubitari video, et eam aliter a quibus-"dam accipi, quam a Patribus concepta sit: nimirum "hoc canone a sacerdotio eos penitus arceri, qui in obi-"tum usque baptismum prorogassent, quod insania qua-"dam notarentur. Verum hallucinantur egregie: nam "in hoc canone non agitur de his qui in mortem baptis-"mum distulissent, sed de his, quos mors (for. morbus), "in ipso Catechumenatu, et antequam ad ejus temporis "exitum potuissent pervenire, occupasset. Neque a sa-"cerdotio propterea arcentur, quod ea de causa essent in-"fames, aut male audirent, sed ordinari nequaquam pote-"rant, (ut in quodam canone habetur) quod docere, fidei "arcana tradere, exponere, et cætera Sacerdotii officia "implere non posse viderentur, quos valetudo prima fidei "elementa non sivisset ediscere, et rerum omnium igna-"ros et rudes baptisari coëgisset. Hæc est ratio quam-"obrem ad ordines non adlegerentur.—*Fides enim ejus* "*non est ex proposito*, metu mortis potius, quam quod

"fidei suæ rationem reddere possit, profitetur se in Deum "et Christum credere." p. 372. edit. Helmestad. Conferas Valesii notam ad CORNELII Fragmenta Eusebiana vi. 43. supra ad pag. 47. vol. hujus, et Justelli Beveregiique adnotationes, quæ infra sitæ sunt. Sed in Albaspinæi argumentum regeri hoc potest, sacris religionis erudiri atque institui posse clinicos post baptismum, immo oportere id fieri ex jussu saltem canonis XLVII. *Concilii Laodiceni* præcipientis; *Ὅτι δεῖ τὺς ἐν νόσῳ παραλαμβάνοντας τὸ βάπτισμα, εἶτα ἀναςάντας, ἐκμανθάνειν τὴν πίςιν, καὶ γινώσκειν ὅτι θείας δωρεᾶς κατηξιώθησαν.*

CANON XIII.

P. 461. l. 4. ΚΑΝΩΝ ΙΓ.] Apud *edita Concilia*, quibus addas plerosque omnes *codices manu scriptos Bodleianos*, interpretesque Græcos, Zonaram, Balsamonem, Blastarem, excepto tantum altero interprete Aristeno, in duos hic unus Canon divisus est, qua de re ad horum Canonum Titulum jam dixi p. 462. Sed de eo, quod in hac re Photius olim fecerat, nunc audiendus est vir doctiss. Jac. Leschasserius in *Consultatione*, cujus particula *Bibliothecæ Juris Canon. Vet.* præmissa est: "Concilium Neocæsariense (inquit "ille) tot Canones habet in Codice Orientali, quot et in "Codice Tiliano, nempe quindecim. At in Codice Mo-"guntino, qui vetus Romanus est, quatuordecim Cano-"nes habet. Hæc vero differentia ex eo nata est, quod "tertius et decimus Canon Codicis Orientis Tiliani, qui "incipit ἐπιχώριοι; item quartus et decimus incipiens, οἱ δὲ "χωρεπίσκοποι, pro unico Canone duabus partibus sive pe-"riodis constante citantur in Photii Nomocanone. Ambo "citantur ab eo pro unico decimo tertio, scilicet prior "pars ejus Canonis titulo tertio capite quarto, et poste-"rior titulo primo capite vigesimo nono." Hæc ille ad p. 13. quibus hoc addas, appellari eum a Photio decimum quartum canonem, qui ultimus sit, in capite proxime sequente illud a Leschasserio commemoratum. Pars porro posterior hujusce Canonis in tituli tertii capite octavo tanquam decimus tertius canon allatus est.

Ibid. l. 5. Ἐπιχώριοι πρεσβύτεροι] Joannes Antioch. tit. xxi. legit ἐπιχώριοι ἐπίσκοποι ἢ πρεσβύτεροι, et mox, καὶ εἰς εὐχὴν κληθῇ ἐπιχώριος μόνος. HARDUIN. A *Joanne scripto* in bibliotheca Bodl. rectius absunt voces ἐπίσκοποι ἤ.

Ibid. Ἐπιχώριοι πρεσβύτεροι] Hoc est, *Presbyteri ruris*, ut Dionysius Exiguus recte vertit. In hoc enim et se-

quenti canone (vel potius hoc solo, siquidem in plerisque editionibus is huic conjungitur) de Episcopis et Presbyteris ruris agitur, quatenus ab iis distinguuntur, qui in urbibus constituti sunt; et tales quidem Presbyteri, ἐπιχώριοι πρεσβύτεροι, et Episcopi χωρεπίσκοποι appellantur. Et illis in urbis Dominico, præsente Episcopo aut Presbyteris urbis, offerre prohibetur; his autem permittitur. Adeo ut si nullum aliud suppeteret argumentum, hinc saltem clare satis evincatur, Chorepiscopos non fuisse ἐπιχωρίους πρεσβυτέρους, utpote a quibus hic apertissime distinguuntur. Neque sane ulla reddi potest ratio, quare illi χωρεπίσκοποι, hi ἐπιχώριοι πρεσβύτεροι dicerentur: nisi quod illi vere Episcopi, et hi vere Presbyteri in rure constituti essent. Sed de Chorepiscopis videsis, quæ fusius commentati sumus in annotationibus ad decimum tertium Synodi præcedentis sive Ancyranæ canonem. Bevereg.

P. 461. l. 5. προσφέρειν] Ita sensu usitato hoc vocabulo adhibito Canon incipit *Synodi Nicænæ* XVIII. Ἦλθεν εἰς τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην σύνοδον, ὅτι ἔν τισι τόποις καὶ πόλεσι τοῖς πρεσβυτέροις τὴν εὐχαριστίαν οἱ διάκονοι διδόασιν· ὅπερ οὔτε ὁ κανὼν, οὔτε ἡ συνήθεια παρέδωκε, τοὺς ἐξουσίαν μὴ ἔχοντας προσφέρειν, τοῖς προσφέρουσι διδόναι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ.

Ibid. l. 6. παρόντος ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρων πόλεως] Hæc verba in MS. Amerbachiano desiderantur. Sed omnes alii codices Græci, una cum Joanne Antiocheno, legunt, παρόντος ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου πόλεως. Adeo ut noster solus Bodleianus πρεσβυτέρων legat. Sed veteres Latinos interpretes ita etiam legisse ex eorum versionibus patet. Namque vetus interpres vertit, *præsente Episcopo aut Presbyteris civitatis*. Dionysius Exiguus *Episcopo præsente, vel presbyteris urbis ipsius*. Sic etiam Hervetus ex codice Tiliano, *præsente Episcopo vel urbis Presbyteris*. Sed Isidorus Mercator, *præsentibus Episcopis vel Presbyteris civitatis*, ac si ἐπισκόπων æque ac πρεσβυτέρων legisset. Et hæc quidem verba necessaria esse, ex sequentibus patet, ubi dicitur, ἐὰν δὲ ἀπῶσι. Bevereg. Vocem πρεσβυτέρων agnoscunt non tantum *codices scripti Bodleiani omnes*, exceptis duobus illis Joannis Antioch. sed etiam *edita Concilia* atque *Canones*, Zonarasque, Balsamo, et Aristenus.

Ibid. l. 7. ἐν εὐχῇ] Zonaras ἐν εὐχῇ, ἤτοι ἐν ἱερουργίας καιρῷ, dum res sacra peragitur. Harduin.

Ibid. l. 8. κληθῇ μόνος] Immo κληθῶσι μόνοι, quemadmodum legisse videntur Dionysius Exiguus et Isidorus *Vet. Latini Interpretes*, quorum ille habet—*et ad dandam orationem* vocentur, soli *dare debebunt*, Isidorus autem—*et*

fuerint invitati *ad dandam orationem*, soli *poterunt dare*. Similiter S. Martinus Bracarensis in *Canonum Collectione Quorundam*. Adhæc in illo libro scripto Bodleiano, quem memorare solet Beveregius, exaratum inveni κληρωθῶσι μόνοι. Habet κληθεὶς μόνος *cod*. 158. κληθῆναι μόνος *cod*. 3385. Cæteri in vulgata lectione cum *libri scripti* tum *editi* conveniunt, quibus addendi commentatores sunt; ἐὰν δὲ ἀπῶσιν, inquit Zonaras, ὁ τῆς πόλεως ἐπίσκοπος, καὶ οἱ ἐν αὐτῇ ἱερεῖς, καὶ κληθῇ χωρίου ἢ κώμης ἱερεὸς εἰς εὐχὴν, τότε καὶ τῶν ἁγιασμάτων μεταδίδωσιν. Si vulgata vera scriptura sit, necesse est, ut vox ἐπιχώριος saltem subaudiatur. Et supra notante Harduino, revera supplevit eam *Joannes Antioch*. sicut *cod*. *Bodl*. numero 5771. designatus, qui tamen, ut dixi, ad Joannem pertinet. *Prisca* quoque *Versio* ex Ch. Justelli bibliotheca edita ita reddit locum, quasi ab interprete inventum esset, καὶ εἰς εὐχὴν κληθῇ ὁ ἐπιχώριος ἐπίσκοπος,—*si autem absentes sint, et in oratione vocatus fuerit qui de eo loco est corepiscopus* (sic), *solus dat*. Videoque Fr. Brokesby in *Hist*. *Regim*. *Eccles*. *Prim*. cap. xiii. pag. 205. Anglica lingua conscripta, fide versionis hujusce nixum vocabulum χωρεπίσκοπος inserere voluisse. Sed minus bene, nam inferius, ubi agitur de chorepiscopis, ibi innuitur, chorepiscopum, etiam præsente episcopo, tanquam collegam ejus, προσφέρειν, seu ἱερουργεῖν. Cum vero in aliena ecclesia peregre agebat urbis cujusvis episcopus, mos fuit, ut sacra facere ei concederetur ab altero antistite. Idemque faciendum jubet *Arelatensis Concilii* canon XIX. *De episcopis peregrinis, qui in urbem solent venire, placuit eis locum dari ut offerant*. Quod diu antea Anicetus S. Polycarpo Romæ commoranti concessit, teste Irenæo apud Eusebium. Atque agi in priore Canonis Neocæsariensis parte de ruris tantum presbyteris, satis ostendere videtur pars ista posterior de chorepiscopis. Distinguit itidem, ut obiter hoc notem, inter chorepiscopum et quemvis presbyterum et diaconum *Concilii Chalcedonensis* Canon II.

P. 461. l. 9. εἰς τύπον τῶν ἑβδομήκοντα] Propter comparationem hoc loco factam chorepiscoporum cum septuaginta discipulis, probare conantur Zonaras, Balsamo, Matthæusque Blastares, nullam iisdem fuisse potestatem vel signandi, sive, ut nunc loquimur, confirmandi baptizatos, vel ordines sacros conferendi, ex eo quod in *Actis Apostolorum* capite octavo Petrus et Joannes ex duodecim, quibus soli postea suffecti sunt episcopi, Hierosolyma missi fuerint ab apostolis Samariam, ut manus imponerent

illis, qui a Philippo baptizati essent. Ante verò hos commentatores, sæculo adhuc nono existente, pro chorepiscoporum dignitate et officio calumniatoribus eorum respondens Rhabanus Maurus archiepiscopus Moguntinus in *Libro de Chorepiscopis*, huic argumento, aureis his verbis usus, obviam iverat. *Apparet*, inquit, *quod iste Philippus non fuit episcopus, neque chorepiscopus, sed tantum diaconus et evangelista. Si enim chorepiscopus esset, nequaquam scriptor historiæ hoc tacuisset. Necdum enim apostoli ab invicem discesserant, ut in singulis provinciis sive civitatibus episcopos aut chorepiscopos ordinarent; sed in Hierosolymis tantum manentes prædicabant verbum Dei, donec Spiritus sancti dispositione cogente ad prædicandum gentibus per orbem directi sunt; sicque omnis ordo ecclesiasticus in singulis locis juxta eorum distributionem distributus, hactenus in ecclesia catholica servatur.* Sic ille in libello a Baluzio operi Petri de Marca *De Concordia Sacerdotii et Imperii* adjuncto, p. 1364. Porro hoc animadvertendum est, concedere ipsos, quos dixi, interpretes Græcos, dum ad *Ancyrani Concilii* canonem celebrem illum XIII. commentantur, chorepiscopis licere, ut presbyteros et diaconos permittente urbis episcopo ordinarent. De chorepiscopis autem optime egerunt, opere tamen Rhabani, quod dolendum est, haud usi, Beveregius ad *Canones Ancyranos*, Gul. Cavius, libro *De Christianismo Primævo* lingua nostra conscripto, Binghamusque. *Orig. Ecclesiast.* lib. ii. cap. 14. Dum vero ait Cavius, part. I. cap. viii. pag. 224. satis superque constare, περιοδευτὰς a concilio postea Laodiceno in canone LVII. loco chorepiscoporum constitutos, eosdem fuisse atque ἐπιχωρίους πρεσβυτέρους, qui in hoc Canone memorantur, hoc in dubio esse mihi quidem videtur; qui enim diu ante hæc tempora presbyteri in vicis atque regionibus constituti essent, ibidem residere, si ita loqui fas est, haud circuire, soliti sunt. Περιοδευταὶ δὲ λέγονται, ait Zonaras, διὰ τὸ περιέρχεσθαι καὶ καταρτίζειν τοὺς πιστοὺς, μὴ ἔχοντες καθέδραν οἰκείαν. Certe diu antea Dionysius Alexandrinus ad se vocasse ait apud Arsenoetam, quæ Ægypti est, τοὺς πρεσβυτέρους καὶ διδασκάλους τῶν ἐν ταῖς κώμαις ἀδελφῶν. lib. ii. *De Promiss.* apud Euseb. *H. E.* vii. 24. Immo, quod vel apertius est, in Archelai et Manetis Disputatione, cum Manes fugiens advenisset ad quendam vicum, longe ab urbe positum, qui appellabatur Diodori, (κώμην εὐτελεστάτην hanc vocat Cyrillus Hieros. *Catech.* vi. p. 65. ed. Morel.) extitit presbyter illius loci, nomine et ipse Diodorus, cap. xxxix. p. 176. edit. Fabricii apud *Op. S. Hippolyti.* Confer

et supra *Concil. Antioch. Epist.* apud Euseb. vii. 30. ad p. 481. vol. nostri II. Itaque dicendum, si fuerint οἱ περιοδευταὶ, qui chorepiscoporum loco postea constituti sunt, presbyteri ἐπιχώριοι, contra vero non omnes presbyteros ἐπιχωρίους fuisse περιοδευτὰς, sed nonnullos tantum, quos quidem ἐξάρχους nominant Aristenus et Balsamo in *Scholiis*.

P. 461. l. 10. διὰ τὴν σπουδὴν τὴν εἰς τοὺς πτωχοὺς] Τὴν ante εἰς, quod ab *editis Conciliis* atque *Canonibus* abest, post Beveregium posui, præstantibus illud tam *scriptis Bodleianis omnibus*, exceptô *uno* 715, quam Joanne Antiocheno in *Canonum Digesto* Zonaraque interprete. Legisse interea videbuntur ἣν εἰς τοὺς πτωχοὺς προσφέρουσι pro τὴν &c. Dionysius atque Isidorus, si Latinæ ipsorum Versiones inspiciantur, aliter vero se *Prisca Versio Justelliana* habet. Zonaras interpres ait——προσφέρειν δὲ οὐ κωλύονται διὰ τὴν σπουδὴν τὴν εἰς τοὺς πτωχοὺς τιμώμενοι. τὰς γὰρ τῶν ἐκκλησιῶν, ἃν προΐσταντο, προσόδους εἰς πτωχοὺς ἀναλίσκειν ὤφειλον, ϗ προνοεῖσθαι αὐτῶν, καὶ τοῦτο ποιοῦντες, ἐτιμῶντο. εἰ δὲ τοῖς χωρεπισκόποις ὀφείλημα ἦν τὰ κυριακὰ χρήματα εἰς πτωχοὺς δαπανᾷν, πόσῳ μᾶλλον τοῦτο τοῖς ἐπισκόποις ὀφείλεται; Vult autem Johnsonus, nec male forsan, voce τοὺς πτωχοὺς hoc loco intelligendos esse rusticos, qui præ civibus fere sunt pauperes.

Ibid. l. 11. τιμώμενοι] Optime vetus *Canonum Synopsis*, atque interpres ejus Aristenus. Ἐπιχώριος πρεσβύτερος εἰς ναὸν πόλεως οὐ προσφέρει, εἰ μὴ ἄπεστιν ὁ ἐπίσκοπος, ϗ τὸ πρεσβυτέριον ὅλον. ἐὰν δὲ ἀπῶσι, καὶ καλοῖτο, προσάγει. Οἱ μέντοι χωρεπίσκοποι ὡς συλλειτουργοὶ προσφέρουσι, τῶν ἑβδομήκοντα τὸν τόπον ἐπέχοντες. Hæc habet *Synopsis*, *interpretatio* autem Aristeni sequentia: Οἱ χειροτονούμενοι πρεσβύτεροι ἐν παροικίαις παρὰ τῶν ἐπισκόπων, λειτουργεῖν οὐ συγχωροῦνται εἰς ναὸν πόλεως, παρόντος ἐπισκόπου καὶ τῶν πρεσβυτέρων τῆς πόλεως· ἐὰν δὲ πάντες ἀπῶσι καὶ καλοῖτό τις τῶν ἐπιχωρίων πρεσβυτέρων εἰς εὐχὴν, προσφέρειν τότε καὶ λειτουργεῖν οὐ κεκώλυται. οἱ μέντοι χωρεπίσκοποι, ὡς συλλειτουργοὶ τῶν ἐπισκόπων, καὶ τιμώμενοι διὰ τὸ ἐπέχειν ϗ τὸν τύπον (sic) τῶν ἑβδομήκοντα, κἂν ἐνδημῇ ὁ ἐπίσκοπος τῆς πόλεως, καὶ οἱ πρεσβύτεροι, κἂν μὴ, λειτουργήσουσιν ἀκωλύτως ἐν τῷ ναῷ τῆς πόλεως.

CANON XIV.

Ibid. l. 13. Διάκονοι ἑπτὰ] Si qua fides Abrahamo Ecchelensi habeatur, Severus Alexandrinus, qui vitas Patriarcharum Alexandrinorum collegit, septem solos Diaconos Alexandriæ a D. Marco constitutos asserit his verbis. (*Latine*) *Cum rescivisset sanctus Marcus consilium eorum, con-*

stituit Anianum Episcopum Alexandriæ et tres Presbyteros, et septem Diaconos. Totidem certe ab apostolis primi constituti sunt. Act. Apost. vi. 5. Totidem etiam Romæ Sozomeni diebus, non plures fuisse, ipse testatur dicens, Διάκονοι δὲ παρὰ Ῥωμαίοις εἰσέτι νῦν οὐ πλέους εἰσὶν ἑπλὰ, καθ᾽ ὁμοιότητα τῶν ὑπὸ τῶν ἀποσόλων χειροτονηθέντων, ὧν ἦν Στέφανος ὁ πρῶτος μαρτυρήσας. Sed addit, apud alios numerum Diaconorum haud quaquam definitum esse, παρὰ δὲ τοῖς ἄλλοις ἀδιάφορος ὁ τούτων ἀριθμός. Sozom. Hist. Eccles. lib. vii. c. 19. BEVEREG. Cons. auctores, quos ad CORNELII Fragmenta indicavi supra ad pag. 43.

P. 461. l. 13. κατὰ τὸν κάνονα] Monuit contra Whistonum Robertus Turner V. D. in Tractatu Anglica lingua conscripto *De Constitutionibus Apostolorum*, cap. xvi. pag. 140. vocem κάνονα haud semper significare constitutum aliquod synodicum, sed interdum ecclesiasticum morem et consuetudinem; atque hinc fieri posse, ut patres Neocæsarienses, qui regulam de diaconorum numero κάνονα appellaverint, nihil aliud præter veterem morem, qui ex longo usu invaluisset, in mente habuisse. Neque alio spectat, opinor, CORNELIANÆ EPIST. ad Fabium locus. Scilicet Novatianus post susceptum clinicum illum baptismum, ut scribit Cornelius, οὐ μὴν οὐδὲ τῶν λοιπῶν ἔτυχε, διαφυγὼν τὴν νόσον, ὧν χρὴ μεταλαμβάνειν κατὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας ΚΑΝΟΝΑ, hoc est vertente Valesio, juxta ecclesiasticam regulam. pag. 13. hujus vol. Beveregius quoque in *Cod. Canon. Illustrat.* lib. I. cap. xi. §. 5. referente eodem Turnero, negat istud κατὰ κάνονα apud Neocæsarienses de canone aliquo ecclesiastico intelligi debere, sed tamen id censet interpretandum de *sacræ scripturæ canone, de canone vere apostolico ab ipsis nimirum Domini nostri apostolis constituto,* ad quem spectare hos patres putat. Canonem quidem veritatis sacram scripturam appellatam a veteribus fuisse notum est; sed melior tamen, me judice, Turneri est explicatio.

Ibid. l. 15. πράξεων] Zonaræ *Commentarius:* Ὁ ἑξεκαιδέκατος κανὼν τῆς ἕκτης συνόδου, περὶ τούτου τοῦ κανόνος διαλαμβάνει. εἴρηται οὖν ἐκεῖ, ὅπως οὐκ εὐςόχως οἱ τῆς συνόδου ταύτης τὸ ἐν ταῖς πράξεσι τῶν διακόνων ὄνομα ἐξειλήφασι. τὰ αὐτὰ οὖν καὶ πάλιν λέγειν ἢ γράφειν οὐκ ἀναγκαῖον. Canon autem *Concilii Trullani* incipit, Ἐπειδὴ ἡ τῶν πράξεων βίβλος ἑπλὰ διακόνους ὑπὸ τῶν ἀποσόλων καλαςῆναι παραδίδωσιν· ἡ δὲ κατὰ Νεοκαισαρείαν σύνοδος οὕτως ἐν τοῖς ἐκτεθεῖσι παρ᾽ αὐτῶν κανόσι σαφῶς διεξῆλθον, ὅτι διάκονοι ἑπλὰ ὀφείλουσιν εἶναι κατὰ τὸν κανόνα, κἂν πάνυ μεγάλη ἡ πόλις ᾖ· πειθήσῃ δὲ ἐκ τῆς βίβλου τῶν πράξεων· ἡμεῖς τῷ ἀπο-

στολικῷ ῥήτῳ τὸν νοῦν ἐφαρμόσαντες τῶν πατέρων, εὕρομεν ὡς ὁ λόγος αὐτοῖς οὐ περὶ τῶν τοῖς μυστηρίοις διακονουμένων ἀνδρῶν ἦν, ἀλλὰ περὶ τῆς ἐν ταῖς χρείαις τῶν τραπεζῶν ὑπουργίας, τῆς τῶν πράξεων βίβλου οὕτως ἐχούσης, ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις πληθυνόντων τῶν μαθητῶν &c. At vero, quamvis deinceps hanc suam muniverint expositionem Trullani patres auctoritate S. Joannis Chrysostomi, eam tamen sententiæ Cypriani atque Hilarii adversari, videre licet apud cl. Binghamum, *Antiquit. Eccles.* lib. ii. cap. 20. §§. 1. et 2.

Hosce canones Catalogus claudit patrum Neocæsariensium in *Codice Canonum Vetere Ecclesiæ Romanæ*, seu *Dionysiana Canonum Græcorum Versione*, repositus; quem quidem indicem, pro eo quod feci ad Ancyræ Concilium, una cum lectionibus variis *Priscæ* illius *Versionis* ex bibliotheca Ch. Justelli editæ, hîc præstabo.

"Convenerunt autem in unum sancti et venerabiles Episcopi in urbe Cæsariensi." (Ita in Vet. cod. ut notat editio codicis Rom. Parisiensis, *Cæsarea.* Et Concilium habitum esse ait *Synodici* auctor ἐν Καισαρείᾳ τοῦ Πόντου. Prisca autem Versio Justelliana habet, *Et subscripserunt qui convenerant in Synodo Neocæsariæ.*) "id est,

Vitalis.	(Pater Ancyranus.)
Germanus.	(Pater Ancyranus.)
Gregorius.	
Alphius.	(Prisca Versio *Alphion.* Pater Ancyranus, et postea Nicænus.)
Heraclius.	(Pater Ancyranus et Nicænus.)
(S.) Basilius.	(P. V. habet *Basileus.* Utriusque concilii Antenicæni pater, testibus Zonara, Balsamone, Matthæoque Blastare, qui monet eum sub Licinio martyrii coronam accepisse. Vid. et hujus *Acta* apud Bollandum.)
Leontius.	(Pater Ancyranus et Nicænus.)
Amphion.	(P. V. *Amphition.* Pater Ancyranus et Nicænus.)
Stephanus.	(Chorepiscopus Cappadociæ in *Catal. Isidori* dictus.)
Eretius.	(P. V. *Erytrius.* Fortasse pater Nicænus. Saltem inter patres commemorantur duo episcopi apud provincias Bithyniam et Armeniam Minorem dicti *Evethios* seu *Ebetius,* qui est in *Theodori Catalogo* Εὐήθιος.)
Lupus.	(De eo silet P. V. Pater Ancyranus.)
Valentinus.	

Gerontius.	(Fortasse pater Nicænus.)
Longinus.	(Pater Ancyranus et Nicænus. Urbis ipsius Neocæsareæ episcopus; sed Λογγιανὸς in Theodori *Catalogo Nicænorum*, ut supra dixi, nominatus.)
Sanctus.	(P. V. *Xantulus.*)
Salaminus al. Salminus.	(P. V. *Phalminon*. For. pater Ancyranus et Nicænus. Vid. supra ad *Concil. Ancyran*. p. 453.
Rudus al. Redus.	(De eo silet P. V.)
Dicasius.	(Pater Nicænus.)

Et ceteri, qui statuerunt superius scripta."

Haud extat istud ultimum in Prisca Versione, ubi pro duobus illis patribus *Lupus* et *Rudus* duorum aliorum præsulum nomina *Pauli* et *Sebii*, sed alio ordine, posita sunt. Interea decem saltem ex decem et novem hîc nominatis Ancyrani fuerunt, novem autem et fortasse plures ex illis Nicæni, haud tamen eodem ordine in istac Versione, quo in *Codice Romano* collocati. Post Versionis autem ejusdem Justellianæ Catalogum, quem una cum alteris duobus indicibus in editione sua addidit Harduinus, hæc ille notavit, "Alios (patres) habent alii MSti mirifice omnes "interpolati." Hujus autem editionis *Conciliorum* copia mihi non omnibus temporibus facta est; nam mutuo acceptam a collegio Exoniensi diu ante reddideram, quam catalogos episcoporum utriusque synodi hic et supra subjeci; in eandem vero nunc video ex Isidoriana Collectione sumptum ab editore fuisse catalogum episcoporum, qui in hoc quidem Concilio Neocæsariensi sederunt, pariter atque duos alteros Codicis Romani ac Priscæ Versionis Catalogos; nihil vero ab Harduino additum uspiam invenies, vel de collatione nominum illorum patrum, qui in tribus Conciliis Ancyræ, Neocæsareæ, Niceæ habitis comparuerunt, vel de numero eorum, qui Ancyræ collecti sunt. Pro decem autem et novem patribus donat tres et viginti huic Neocæsariensi Concilio *Synodicon Vetus* a Joanne Pappo editum, capite xxxii. pag. 14. ed. Argentorat. Immo quinquaginta episcopos adscribit ei, sed fabulosius fortasse, Arabicus Nomocanon, quem memoravit Beveregius supra ad pag. 462.

RELIQUÆ ANNOTATIONES
CHRISTOPH. JUSTELLI ET GUL. BEVEREGII
IN
CANONES CONCILIORUM ANCYRANI ET NEOCÆSARIENSIS.

SEQUUNTUR hic commodius positæ, utpote quæ longiusculæ sunt, reliquæ Christophori Justelli Notæ in hæc duo Concilia ad *Codicem Canonum Ecclesiæ Univ.* conscriptæ; tum vero cæteræ fere omnes Gul. Beveregii in *Synodico* suo in eadem Concilia Annotationes; ut ne desideraretur quid faciens ad antiquitatis canonicæ illustrationem.

CONCIL. ANCYRAN.
CANON I.

P. 408. l. 5. *ὑποπεσόντες*] Olim in ecclesia plures erant animadversionis gradus, *πρόσκλαυσις* videlicet, *ἀκρόασις*, *ὑπόπτωσις*, et *σύστασις*. Omnium istorum meminit Gregorius Thaumaturgus epist. can. 11. et Basilius in epistola canonica 3. ad Amphilochium can. 58. *ὁ μοιχεύσας, πεντεκαιδεκαετίαν. τέσσαρα μὲν ἔτη, προσκλαίων· πέντε δὲ, ἀκροώμενος. τέσσαρα, ὑποπίπτων· καὶ ἑνὶ, συνεστώς.* Est autem *πρόσκλαυσις*, cum quis admisso peccato extra ecclesiam stans, cum luctu et lacrymis eos qui ingrediuntur orat ut pro se misericordiam Dei elicerent. Græcus scholiastes Harmenopuli in epitome canonum sect. v. tit. 3. *προσκλαίων, ἤγουν ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἱστάμενος, καὶ τῶν εἰσιόντων δεόμενος, ὑπὲρ αὐτοῦ εὔχεσθαι.* Hinc eleganter Tertullianus dixit, *Fratribus legationes deprecationis suæ injungere.* et Cyprianus lib. iv. epist. 2. *Pœnitentia deprecationis errorem pristinum confiteri.* *προσκλαύσεως* exemplum extat apud Eusebium lib. v. cap. 28. ubi de Natali quodam agitur, *μετὰ πολλῆς σπουδῆς καὶ δακρύων προσπεσεῖν Ζεφυρίνῳ τῷ ἐπισκόπῳ, κυλιόμενον ὑπὸ τοὺς πόδας, οὐ μόνον τῶν ἐν τῷ κλήρῳ, ἀλλὰ καὶ τῶν λαϊκῶν. συγχέαι τε τοῖς δάκρυσι τὴν εὔσπλαγχνον ἐκκλησίαν τοῦ ἐλεήμονος Χριστοῦ.* hoc est, interprete Ruffino, *Multis lacrymis, errorem suum deflens ante pedes Zephyrini episcopi prosternit, et vestigiis omnium, non modo clericorum, sed etiam laïcorum, multa cum lamentatione provolutus, in lacrymas et miserationes omnem provocavit ecclesiam, ut indulgentiam sibi a Christo continuis et jugibus pro ipso precibus implorarent.* et Synesius epist. 67. ad Theophilum Alexandrinum epi-

scopum: *Λαρισσαῖοι*, inquit, *'Ιάσων εἶλεν ἀδικίας. ὁ δὲ φθάσας ὁμολογίᾳ τὸν ἔλεγχον, ἔχει τὴν δίκην, ἐκκλησιαστικῶν συνόδων εἰργόμενος· καὶ τοι καὶ δακρύων ἐκ μετανοίας ἀφῆκε, καὶ δῆμος ἱκέτης αὐτὸν ἐξῃτήσατο. ἀλλ' ἐγὼ τοῖς δεδογμένοις ἐνεκαρτέρησα. τοῦ δὲ λῦσαι τὴν αὐθεντίαν εἰς τὴν ἱερατικὴν καθέδραν ἀνέπεμψα.* *ἀκρόασις* autem est, cum quis extra ecclesiam stans, divinas scripturas audit usque ad lectionem sancti evangelii. Scholiastes Græcus loco citato, *οἱ ἀκροώμενοι ἐκτὸς ἑστῶτες τῆς ἐκκλησίας, μέχρι τῆς ἀναγνώσεως τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου.* Item, *ἀκροώμενος, ἤγουν ἔξω ἱστάμενος ἐν τῷ νάρθηκι.* *Audiens, hoc est stans foris in narthece*, hoc est, prodromo sive porticu templi. vide annot. ad can. 50. infra. *ὑπόπτωσις*, cum quis intra ecclesiæ septa post suggestum stat, et cum catechumenis egreditur. Idem Scholiastes: *ὑποπίπτων, ἤγουν ἐντὸς τῆς ἐκκλησίας ἱστάμενος, ὄπισθεν τοῦ ἄμβωνος, καὶ ἐξερχόμενος μετὰ τῶν κατηχουμένων.* *Succumbens, hoc est stans intra ecclesiam, post suggestum et cum catechumenis exiens.* *συστάσεως* meminit canon 45. hujus codicis. est autem *σύστασις*, cum quis cum fidelibus orat, necdum tamen ad sacramenta admittitur. *συνεστὼς*, ait idem Scholiastes, *ἤγουν τοῖς πιστοῖς συνευχόμενος, τῶν ἁγιασμάτων μήπω ἀξιούμενος.* CH. JUSTELLUS.

CANON XIII.

P. 411. l. 13. *Χωρεπισκόποις μὴ ἐξεῖναι* &c.] Id confirmat can. 98. hujus codicis, et Damasus P. R. in epistola ad episcopos Numidiæ tom. i. Concil. *Chorepiscopis*, inquit, *non liceat sacerdotes consecrare nec diaconos.* Leo I. P. R. epist. 88. ad Episcopos Galliæ et Germaniæ de Chorepiscopis loquens: *Nam quamvis*, inquit, *cum episcopis plurima illis ministeriorum communis sit dispensatio, quædam tamen ecclesiasticis regulis sibi prohibita noverint, sicut presbyterorum et diaconorum consecratio.* Chorepiscopi autem dicuntur qui in regionibus, agris aut pagis præpositi, officio episcopi fungerentur, veluti vicarii episcopi. Horum frequens mentio est apud scriptores ecclesiasticos, et in subscriptionibus Conciliorum. JUSTELL. Chorepiscoporum in hoc opere frequens occurrit mentio. Præsertim in antiquioribus hisce conciliis; ut extra dubium sit eos passim in ecclesia tunc dierum constitutos fuisse: sed nihilominus valde perplexa est et intricata de iis disputatio. Nos veram eorum constitutionem atque officium ex hoc aliisque canonibus elicere moliemur: quibus etiam conficere non dubitamus, veteres chorepiscopos, contra ac pluribus visum est, revera episcopos fuisse, etiamsi episcopalium quarundam functionum exercitia iis a canonibus denegentur. Primo enim episcopalem ordinationem habuerunt. Hoc ex Syn. Antioch. canone x. colligimus, qui sic incipit, *τοὺς ἐν ταῖς κώμαις καὶ ταῖς χώραις, καὶ τοὺς καλουμένους χωρεπισκόπους, εἰ καὶ χειροθεσίαν εἶεν ἐπισκόπου εἰληφότες.* quæ verba Dionysius Exiguus sic vertit, *Qui in vicis et possessionibus chorepiscopi nominantur, quamvis manus*

impositionem episcoporum perceperint, et explicationis gratia addit, *et ut episcopi consecrati sunt*. Et hanc sane veram esse istorum verborum interpretationem ex iis, quæ in isto canone sequuntur, palam est: statim enim cautum est, quod etiamsi chorepiscopi episcopalem istiusmodi ordinationem haberent, suum tamen modum scire, et ecclesias sibi subjectas administrare, et iis regendis contentos esse debent, εἰ καὶ χειροθεσίαν εἶεν ἐπισκόπων εἰληφότες, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ εἰδέναι τὰ ἑαυτῶν μέτρα, καὶ διοικεῖν τὰς ὑποκειμένας αὐτοῖς ἐκκλησίας καὶ τῇ τούτων ἀρκεῖσθαι φροντίδι, καὶ κηδεμονίᾳ. Hinc enim constat eos subjectas sibi ecclesias habuisse, et earundem curam iis commissam esse; quæ quidem nemini attribui possunt, nisi qui episcopalem χειροθεσίαν accepit. Hac autem chorepiscopi freti alia etiam tentare ausi sunt: sed ab hoc canone prohibentur, edicente, quod etiamsi tanquam episcopi consecrati fuerint, intra suos tamen limites se continere debent. Et quod ad ordines ab iis conferendos spectat, proximis ibidem verbis cautum est, ut isti Lectores, Hypodiaconos, et Exorcistas constituant, καθιστᾷν δὲ ἀναγνώστας καὶ ὑποδιακόνους καὶ ἐφορκιστάς. Verum omnium clericorum, ac propterea horum etiam ordinationes ad episcopos solos pertinere ex secundo apostolico canone manifestum est, dicente, Πρεσβύτερος ὑπὸ ἑνὸς ἐπισκόπου χειροτονείσθω, καὶ διάκονος, καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί. Sed dicat forsitan nonnemo, quod plures sane dixerunt, penes episcopos esse ordinare etiam presbyteros et diaconos, quod tamen in isto Antiocheno canone chorepiscopis diserte interdicitur, utpote ubi præcipitur, eos μήτε πρεσβύτερον μήτε διάκονον χειροτονεῖν τολμᾷν. Fateor equidem, non in eo tantum, sed et in præsenti canone, hoc iis prohiberi, dicente itidem, χωρεπισκόποις μὴ ἐξεῖναι πρεσβυτέρους ἢ διακόνους χειροτονεῖν. Hoc autem sententiam nostram non modo non destruit, sed et abunde confirmat. Ex eo enim quod chorepiscopis vetetur in hisce canonibus presbyteros et diaconos ordinare, palam consequitur eos hoc fecisse, vel saltem tentasse; quod quidem nunquam fecissent, nisi ipsi reipsa episcopi fuissent. Et præterea etiam observetur, quod iis presbyteros et diaconos non ordinare non absolute decernitur; sed ne illud faciant sine permissione episcopi civitatis, cui ipsorum regio subest, δίχα τοῦ ἐν τῇ πόλει ἐπισκόπου, ut loquitur canon Antiochenus, vel ut præsens, χωρὶς τοῦ ἐπιτραπῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου μετὰ γραμμάτων. Verum enimvero si chorepiscopi presbyteri tantum, non etiam episcopi fuissent, presbyteros aut diaconos ordinare non poterant, etiamsi ab episcopo quovis vel omnibus permitteretur. Namque episcopi permissio, sine consecratione episcopali, presbyteros aut diaconos ordinandi potestatem dare nequit. Adhæc Synodus Neocæsariensis statuit quidem canone XIII. Vicanos presbyteros ἐπιχωρίους πρεσβυτέρους in urbis dominico offerre non debere, si urbis episcopus aut presbyter præsens sit: sed proximo canone subjungit, chorepiscopos ut συλλειτουργοὺς offerre honoratos, οἱ δὲ

χωρεπίσκοποι εἰσὶ μὲν εἰς τύπον τῶν ἑβδομήκοντα, ὡς δὲ συλλειτουργοὶ διὰ τὴν σπουδὴν τὴν εἰς τοὺς πτωχοὺς προσφέρουσι τιμώμενοι. Ubi observes primo, hunc canonem sensu saltem cum præcedenti conjungendum esse; ut ex particula δὲ constat, (et quidem Joannes Antiochenus, Alexius Aristenus, et Dionysius Exiguus hos duos canones in unum contrahunt) quæ etiam indigitat canonem hunc XIV. esse exceptionem quandam a præcedenti; ac proinde, ut ibi vicanos presbyteros isto casu offerre prohibetur, sic chorepiscopis id indulgetur; utpote qui inter ἐπιχωρίους πρεσβυτέρους non recensendi sunt, ideoque nec inter presbyteros. Dicitur autem ibidem chorepiscopos quidem ad typum 70. constitutos esse, sed tamen συλλειτουργοὺς, episcopis nimirum comministros esse. Sic etiam in Syn. Antioch. can. 8. quascunque canonicas epistolas dare presbyteris prohibetur; sed chorepiscopis pacificas concedere permittitur, non minus quam episcopis. Ut autem prætercam chorepiscopos distincte a presbyteris etiam commemorari a Synodo Nicæna prima, can. 8. et a Synodo Chalcedonensi can. 2. Concilium Laodicenum rem extra controversiam ponit, in quo constituitur, *non oportere in vicis et regionibus episcopos constitui, sed* περιοδευτάς· *eos autem, qui prius constituti fuerunt, nihil agere sine consensu episcopi civitatis,* ὅτι οὐ δεῖ ἐν ταῖς κώμαις καὶ ἐν ταῖς χώραις καθίστασθαι ἐπισκόπους, ἀλλὰ περιοδευτάς· τοὺς μέντοι ἤδη προκατασταθέντας μηδὲν πράττειν ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου ἐν τῇ πόλει. Syn. Laod. can. 57. Sane χωρεπίσκοπος nihil aliud est, quam ἐπίσκοπος ἐν χώρᾳ. Quod etiam Josephus Ægyptius in Synodi Nicænæ can. VIII. observat, dicens خوري ابسكوبس اي اسقف القرى *Chorepiscopus, sive episcopus regionis, seu villarum,* ut distinguantur nimirum illi ab episcopis, qui in civitatibus constituuntur. Et hujusmodi quidem episcopos ἐν ταῖς χώραις constitutos esse, dictus Synodi Laodicenæ canon egregie confirmat, addens, iis non licere quippiam facere ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου ἐν τῇ πόλει, *sine sententia episcopi qui est in urbe.* Unde etiam S. Basilius in Epistola canonica ad Chorepiscopos, quæ in hoc opere est canon ejus XC. eos reprehendit, quod contra canones ipso inscio clericos quosdam ordinassent, statuitque eum in posterum pro laico haberi, sive deponi, qui sine ipsius sententia in ministerium admissus fuerit, γινώσκετε ὅτι λαϊκὸς ἔσται ὁ ἄνευ ἡμετέρας γνώμης εἰς ὑπηρεσίαν παραδεχθείς. Enimvero cum episcopi in civitatibus solum antiquitus ordinati fuerint; quævis autem civitas, juxta laterculum Imperii, ampla sæpe territoria sibi annexa habuerit, quæ tota peragrare et debita cura administrare uni civitatis episcopo haud possibile fuit, summe visum est necessarium, ut qui hujusmodi urbibus, et regionibus ad eas pertinentibus præerant episcopi, coadjutorem unum vel plures, prout amplitudo episcopatus postulabat, in regione aliqua extra urbem haberent, ut aliqua saltem episcopalis functionis parte levarentur. Hoc autem fieri non potuit, nisi aliquis consecratus episcopus

eo mitteretur; quo proin factum est, ut nonnulli episcopi majoribus præfecti urbibus, chorepiscopos suos, sive vere episcopos in regionibus sibi subjectis constituerent, sub ea tamen cautione, ut hi nihil momenti facerent citra ipsorum urbium episcoporum sententiam, utpote quorum curæ ac sollicitudini intæ etiam regiones commissæ sunt. Hoc e superius citato, decimo puta, Concilii Antiocheni canone discimus, ubi diserte sancitur, ne quis chorepiscopus presbyterum aut diaconum ordinet sine urbis episcopo, cui ipse et regio ejus subjicitur, ἄνευ τοῦ ἐν τῇ πόλει ἐπισκόπου, ᾗ ὑπόκειται αὐτός τε καὶ ἡ χώρα. Et hinc etiam in ultimis istius canonis verbis constituitur, ut chorepiscopus fiat ab episcopo civitatis, cui subjicitur, χωρεπίσκοπον δὲ γίνεσθαι ὑπὸ τοῦ τῆς πόλεως, ᾗ ὑπόκειται ἐπισκόπου. Non quod ipse solus chorepiscopum consecrare solitus sit; sed quod ille necessario consecrationi interesse, atque etiam præesse debeat: non secus atque Metropolitanus omnes episcopos suos ordinare dicitur, quoniam nullus sine eo ordinari potest; etiamsi ordinationes episcopales ab uno episcopo peractæ validæ satis habitæ sint, ut alibi probatum dedimus. Et quidem plurimos hujusmodi chorepiscopos antiquitus constitutos fuisse, ex Actis Conciliorum patet; utpote quibus ipsi æque ac alii episcopi, non interfuerunt modo, sed et subscripserunt. Exempli gratia, Synodo Nicænæ primæ subscripserunt ex Provincia Cœlesyriæ, Palladius Chorepiscopus, et Seleucius Chorepiscopus; ex Provincia Ciliciæ, Eudæmon Chorepiscopus; ex Provincia Cappadociæ, Gorgonius, Stephanus, Euphronius, Rhodon, et Theophanes, omnes Chorepiscopi; ex Provincia Isauriæ, Hesychius, Theodorus, Anatolius, Quintus, et Aquila, singuli itidem Chorepiscopi; et ex Provincia Bithyniæ, Theustinus Chorepiscopus, et Eulalius Chorepiscopus. Sic etiam Synodo Neocæsariensi subscripsit Stephanus Chorepiscopus Cappadociæ. Et sic in aliis Conciliis chorepiscopi ipsos inter episcopos subscripserunt; idque non ut aliorum episcoporum locum tenentes, sed pro seipsis. Qui enim aliorum vices gerunt, illud in subscriptionibus significare solent; quod a chorepiscopis nuspiam fit. Hoc autem de eorum subscriptionibus observare licet, quod cum alii episcopi urbes, quibus præsunt, perpetuo nominant; chorepiscopi, in subscriptionibus supra notatis, significant tantum in genere se chorepiscopos esse, ut Palladius Chorepiscopus, Seleucius Chorepiscopus; regionis, qua numeribus suis functi sunt, nomine non adjecto. Nimirum etiamsi episcopi revera fuerint, nulli tamen urbi episcopali præfuerunt; sed urbis potius episcopo, intra cujus limites regio ipsorum sita est subjecti sunt: ac propterea etiamsi, quatenus episcopalem ordinationem accepissent, vere episcopi essent; quatenus tamen sub alio episcopo episcopalia sua munera exercere coacti sunt, et nullam sibi urbem, sed tantum regionem urbi alicui subjectam, assignatam haberent, tantum chorepiscopi erant,

vel *vicarii episcoporum;* quemadmodum Ferrandus Diaconus, necnon Cresconius in canonum breviario eos vocat. Et quidem vices episcoporum usque adeo gesserunt, ut omni eos episcopali curæ nonnunquam levarent. Unde in Caroli Magni capitularibus observatum est, chorepiscopos aliquando constitutos esse ab indoctis episcopis, qui *suis quietibus et delectationibus inhærent.* Capitul. lib. vi. cap. 119. Et sic quidem Sidonius lib. iv. ep. 11. de Claudiano Marci Viennensis episcopi fratre hæc olim cecinit

Antistes fuit ordine in secundo,
Fratrem fasce levans episcopali.
Nam de pontificis tenore summi,
Ille insignia sumpsit, hic laborem.

Ubi ut videre est, Claudianus Antistes quidem dicitur, sed ordine in secundo Antistes esse non potuit nisi episcopus esset; neque enim presbyter unquam Antistes dicitur: sed Antistes ordine secundo appellatur, quoniam non ipsius urbis episcopus fuit, sed tantum chorepiscopus; ita tamen, ut fratrem fasce levaret episcopali, et de summi pontificis tenore laborem sumeret; quod ei haud possibile esset, nisi ipse etiam episcopus fuisset. Et sic quidem Gennadius in catalogo Virorum illustrium, ubi de Salviano disserit, dictum Claudianum *episcopum Viennensem* appellat: non immerito quidem, cum tota episcopatus illius cura ei incubuerit. Cum hoc autem postea nimis commune fuerit et usitatum, ut episcopi otio suo et voluptatibus, magis quam ecclesiis sibi commissis, consulentes, chorepiscopos sub se constituerent, qui vices suas in omni episcopali administratione supplerent, hoc a Concilio Meldensi an. D. 845. habito, prohibitum est, cautumque ut, *si episcopus civitatis propter desidiam, aut secularem pervagationem, vel propter infirmitatem modum suum chorepiscopis transcendere consenserit, sententiam canonicam debet ostendere, qua decretum est, ut qui contra dicta canonum fecerit, gradus sui periculo sine retractatione subjaceat.* Concil. Meld. cap. 44. sed non omittendum est, chorepiscoporum officium saltem, etiamsi non nomen in Anglia etiam ab antiquo obtinuisse: dicti sunt enim episcopi suffraganei. Non me latet, omnes etiam episcopos *suffraganeos dictos esse, quod archiepiscopo suffragari et assistere tenentur. Vocati sunt enim in partem sollicitudinis archiepiscopi, non in plenitudinem potestatis,* ut ait Lyndwodus noster in Provinc. lib. i. de Constitutionibus fol. vii. sed nihilominus suffraganei etiam dicti sunt episcopi, qui aliis episcopis provincialibus astiterunt; de quibus editum est statutum vicesimo sexto anno Henrici octavi; quo etiam decretum est, ut in viginti tribus locis ibidem nominatis, iisque solis, suffraganei episcopi constituantur, utque illi ab archiepiscopo et duobus episcopis consecrentur; ita tamen, ut nullus eorum aliquid vel habeat vel faciat proprie episcopale, nisi quod ei concessum fuerit ab episcopo urbis, in cujus parœcia, vel, ut vulgo

loquimur, diœcesi constitutus est. Et hujus sane generis episcopos veteres chorepiscopos fuisse contendimus: qui nimirum non secus ac alii episcopi consecrati sunt, et omnem episcopalem potestatem sibi concreditam habuerunt; quam tamen exercere non potuerunt, nisi in quantum episcopus diœceseos, qua constituti sunt, iis permiserit. Etiamsi enim una cum episcopali consecratione universam etiam episcopalibus fungendi muneribus autoritatem accepissent; eo tamen, quod nulla diœcesis iis assignata est, sed in aliena agere coacti sunt, rationi consentaneum est et canonibus sancitum, ut exercitium istius autoritatis ad arbitrium istius episcopi restringeretur, cujus solius curæ et sollicitudini ista diœcesis commissa est. Verum si qui eorum presbyteros etiam et diaconos, inconsulto diœceseos episcopo, ordinare tentaverint; ipsi quidem pœnas luant, sed ordinatio nihilominus valida perpetuo habita fuit; siquidem potestas ordinandi, non ex diœceseos assignatione, sed ex episcopali ordinatione ab iis suscepta dependet. Ac proinde etiamsi chorepiscopi in præsenti canone alibique presbyteros et diaconos citra urbis episcopi permissionem ordinare prohibeantur: quos tamen ordinarunt, presbyteros aut diaconos non esse, nec hic nec alibi dicitur; sed quicunque ab iis ordinati sunt, inter vere ordinatos perpetuo reputati fuerunt. BEVEREGIUS.

CANON XV.

P. 412. l. 8. Περὶ τῶν διαφερόντων τῷ κυριακῷ &c.] Vox κυριακὸν, hoc in loco Templum Domino Deoque nostro consecratum significat. Sic etiam usurpatur a Concilio Neocæsariensi, Κατηχούμενος ἐὰν εἰσερχόμενος εἰς κυριακόν. can. 5. Sic etiam Synodus Laodicena, ἐν τοῖς κυριακοῖς ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις. Syn. Laod. can. 28. Et Trullan. can. 74. Sic et apud Eusebium legimus, καὶ τὰ κυριακὰ δὲ τὰ οἰκεῖα ὅπως κατασκευάζοιεν, συγχωρεῖται. Euseb. Eccl. Hist. lib. ix. cap. 10. Qui alibi etiam rationem hujus nominis his verbis reddit, ἱερὰ καὶ τεμένη ἑνὶ τῷ πάντων βασιλεῖ Θεῷ τῷ δὴ καὶ τῶν ὅλων δεσπότῃ καθιερῶσθαι· ἔνθεν καὶ τῆς τοῦ δεσπότου προσηγορίας ἠξιῶται τὰ καθιερωμένα· οὐκ ἐξ ἀνθρώπων τυχόντα τῆς ἐπικλήσεως, ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ τῶν ὅλων κυρίου, παρὸ καὶ κυριακῶν ἠξίωνται τῆς ἐπωνυμιῶν. Id. de Laud. Constant. cap. 17. Hinc Latini *Dominicum* appellarunt: ut apud Ruffinum, *Surge, et sequere me ad Dominicum, et hujus fidei signaculum suscipe.* Ruffin. Hist. lib. i. cap. 3. Et apud Hieronymum in Chronico, ad annum tertium Olymp. 276. *In Antiochia Dominicum, quod appellatur Aureum, ædificari cœptum;* et ad secundum Olymp. 280. *Antiochiæ Dominicum Aureum dedicatur.* De isto Dominico sic etiam Cedrenus ex Theophane τοῦ κγ΄. καὶ δ΄. καὶ ε΄. ἔτει τὸ ἐν Ἀντιοχείᾳ ὀκτάγωνον κυριακὸν ἤρξατο οἰκοδομεῖσθαι. Ab eodem autem et Κυριακαὶ appellantur, ubi dicit, τότε καθιστᾷ Κωνσταντῖνος τοὺς ἰδίους παῖδας Καίσαρας, καὶ κυριακὰς πρὸς ἐπιστροφὰς τῶν ἐθ-

νῶν κατὰ τόπους εἰς τιμὴν τῦ Θεῦ ποιεῖν. Et quidem loca Dei cultui et sacris mysteriis celebrandis dedicata, a summa antiquitate κυριακὰ, sive *Dominica* nominata fuisse, ex D. Cypriano colligimus, dicente, *Et Dominicum celebrare te credis, quæ corbonam omnino respicis: quæ in Dominicum sine sacrificio venis.* Cyprian. de opere et elemosyn. ubi vox dominicum in priori loco *Dominicam cœnam*, in posteriori, *Dominicam domum* aperte significat. Quæ etiam in veteri Testamento בית יהוה *Domus Domini* passim appellatur. A Latinis Germani basilicam quamvis aut cathedralem ecclesiam *Dom* vocant, et canonicos earum *Domherren*. Et quidem κυριακὸν talem ecclesiam proprie denotare videtur decimo tertio Synodi Neocæsariensis canone, quo cautum est, ne vicani presbyteri Ἐν τῷ κυριακῷ τῆς πόλεως offerant, si episcopus aut presbyteri civitatis adsint. Hanc saltem vocem ut *ecclesiam* in genere significantem alii Germani a Græcis mutuati sunt, ut docet Walafridus Strabo de Reb. Eccles. cap 7. Sic etiam antiqui Saxones ecclesiam quamlibet Cyric *Kyrik* vocarunt. Unde in Scotia et Septentrionalibus Angliæ partibus Kyrk, nobis vulgo, sed magis corrupto nomine *Church*, duplici aspiratione nuncupatur. Cum autem hæc communis fuerit majoribus nostris ecclesiæ cujuslibet templive denominatio, veri nobis simillimum videtur, prima Christianæ religionis semina a Græcis hic dispersa fuisse. Neque enim existimandum est, quod Latini Græcum nomen ecclesiis imponerent. BEVEREG.

CANON XVI.

P. 412. l. 15. Περὶ τῶν ἀλογευσαμένων, ἢ καὶ ἀλογευομένων] Dionysius Exiguus hæc verba interpretatur, *De his qui irrationabiliter versati sunt, sive versantur*. Vetus interpres in titulo hujus canonis, *De his qui in animalibus coierunt.* In ipso canone, *Qui animaliter in animalibus tale aliquid committunt.* Et hic sane genuinus est horum verborum sensus. Nam ἀλογευόμενοι hoc in loco ii dicuntur, qui cum ἀλόγοις, brutis nimirum, ut equabus, aliisve bestiis rem habent; vel qui ἐν ἀλόγοις τὴν ἑαυτῶν ἀσέβειαν ἐξαγορεύωσι, ut eos describit S. Basilius, can. 63. Qui alibi etiam eos ζωοφθόρυς vocat, can. 7. unde et ipse ille nefarius actus ζωοφθορία audit, Greg. Nyssen. can. 4. Dicti sunt autem et κτηνοβάται. In Basilicis enim legimus οἱ ἀλογευόμενοι ἤτοι κτηνοβάται καυλοπείσθωσαν. Basilic. I. lx. cap. tit. 37. cap. ult. nonnunquam etiam ἱπποπόρνοι dicuntur. Et in hac quidem canonis hujus interpretatione omnes Scholiastes consentiunt. Quinetiam in canonibus sub Edgaro Rege Angliæ editis, eadem fere, quæ hoc canone sic intellecto, constituta sunt, his nimirum verbis, Gif hwa hyne wiþ nýtenu besmýteþ. oþþe wæpnedman wið oþerne. gif he biþ xx. wintra fæste xv. winter. ⁊ gif se man his gemæccan habbe. ⁊ he beo XL. wintra. ⁊ swilce þinge begæð geswice ⁊ fæste ða hwile ðe

his lif heo. ⁊ ne geþristlæce þ he drihtenes lichaman underfo. ær his ende timan. Geongum ⁊ andgitleasum man sceal ðearle swingan ðe swilce ðinge begæð. *Si quis* XX. *annos natus se cum bestia coinquinaverit, vel masculus cum masculo, jejunet annos* XV. *Et si uxorem habeat, sitque ipse* XL. *annorum ætatis, et tale quid fecerit, abstineat jam et jejunet totius vitæ spatio, nec præsumat donec moriturus sit, Corpus Domini suscipere: Juvenis et insipiens acriter flagellabuntur, qui simile quippiam perpetraverint.* Et paulo post, Gif hwa wiþ nytenu hæme. fæste XV. gear. ealra on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ ða VII. ælce geare III. XL. ⁊ on wodnesdæg. ⁊ on frigedæg ða hwile ðe he libbe. ⁊ weorpige æfre þa misdæde. *Si quis cum bestia coierit, jejunet* XV. *annos, scilicet* VIII. *pane et aqua; et in* VII. *reliquis* III. *quadragesimas quolibet anno; diebus etiam Mercurii et Veneris, usque dum vixerit, et semper defleat iniquitatem istam.* Extant hi canones inter priscas Anglorum leges a Gulielmo Lambardo editas pag. 77. et 80. edit. Cantabrig. an. 1644. item in Henrici Spelmanni Concil. tom. i. pag. 462. et 466. edit. Lond. an. 1639. Bevereg.

CANON XVII.

P. 413. l. 16. εἰς τοὺς χειμαζομένους] De his fusius commentati sumus in annotationibus ad undecimum canonem primæ Synodi Œcumenicæ, Nicææ habitæ, quas consulas: hic interim observamus, Balsamonem inter et Zonaram convenire, nonnullos asseverasse χειμαζομένους hoc in loco eosdem esse atque δαιμονῶντας. Quod cum Alexius Aristenus asseruerit, veri saltem simile est, eum unum ex iis esse, quos illi ita dixisse scribunt: atque ejus proinde scholia iis lecta fuisse. Bevereg.——Hic etiam in Narthece, prope catechumenos, χειμαζόμενοι antiquitus stationem suam habuisse videntur. Synodus enim Ancyrana eos, qui rationis expertia animalia inierunt, et leprosi sunt, pœnæ loco jussit, εἰς τοὺς χειμαζομένους εὔχεσθαι, *inter Hybernantes orare*. Syn. Ancyr. can. 17. Unde nemini sit dubium, quin isti χειμαζόμενοι extra ecclesiam proprie sic dictam, ac proinde in Narthece steterint. Quinam autem ibi χειμαζόμενοι nominentur, inter doctos nondum convenit. Balsamon omnes, qui in Narthece stant, χειμαζομένους ibi vocatos contendit, χειμαζόμενοι τοίνυν κληθήσονται κυρίως οἱ ἐν τῷ νάρθηκι ἱστάμενοι, καὶ ἀκροώμενοι τῶν θείων γραφῶν, τόπον ἐπέχοντες τῶν χειμαζομένων, καὶ εἰς τὸν ἐκκλησιαστικὸν λιμένα τῆς σωτηρίας εἰσελθεῖν μὴ παραχωρούμενοι. Nimirum ac si χειμαζόμενοι hic Metaphorice idem significaret ac ἀκροωμένοι. Nonnulli autem, ut Balsamon et Zonaras ibidem observarunt, χειμαζομένους ibi eosdem esse ac δαιμονῶντας, asseruerunt: quæ quidem opinio eis non placet, sed nobis maxime; sic enim Aristenus, χειμαζόμενοι δέ εἰσι, κατὰ τὸν μέγαν Διονύσιον, οἱ ὑπὸ πνεύματος πονηροῦ κατεχόμενοι. Sic enim et Maximus in Scholiis ad librum de Ecclesiastica Hierar-

chia Dionysio Areopagitæ falso adscriptum, ἐνεργουμένους sæpe explicat per χειμαζομένους. Et Scholiastes Harmenopuli ad dictum Syn. Ancyranæ Canonem ait, χειμαζομένους δὲ τοὺς δαιμονῶντας λέγει, ὥς τινες φασίν. Harmen. epit. can. sect. v. tit. 3. Et sic quidem Dæmoniaci sive Energumeni in ipso Euchologio vocantur, ὑπὸ τῶν πνευμάτων ἀκαθάρτων χειμαζόμενοι. Ut non mirum sit eos contractius nonnunquam vocari χειμαζομένους, reliquis nimirum subintellectis; quemadmodum in vocibus etiam ἐνεργούμενοι et *Arreptitii*. Et sic quidem χειμαζομένους in dicto Canone Dionysius Exiguus vertit, *Qui spiritu periclitantur immundo*; et Isidorus Mercator, *Qui tempestate jactantur, qui a nobis Energumeni appellantur.* Et ne ejusmodi viri una cum fidelibus orarent, a Canone Apost. 79. cautum est, dicente, Ἐάν τις δαίμονα ἔχῃ, κληρικὸς μὴ γινέσθω, ἀλλὰ μηδὲ τοῖς πιστοῖς συνευχέσθω. Cum igitur iis una cum fidelibus orare non permissum est, alius iis locus, quo orare possunt, in ecclesia assignetur necesse est. At in ecclesia proprie sic dicta fideles orant: dæmoniaci itaque nullibi præterquam in Narthece stationem habere poterant. In Narthece autem, ad magnas quidem portas catechumeni, ad speciosas, de quibus postea, audientes stabant. Nullus igitur alius in Narthece locus χειμαζομένοις sive dæmoniacis, præter medium inter catechumenos et audientes relinquitur, ubi itaque στάσιν τῶν χειμαζομένων in Ichnographia jure merito posuimus. Et hæc quidem nostra de χειμαζομένων sive ἐνεργουμένων in Narthece statione sententia eximie confirmatur, ab autore libri Ecclesiasticæ Hierarchiæ dicti; quicunque demum ille fuit. Librum enim istum hujus Concilii temporibus, vel statim postea editum fuisse, æque certum est, ac eum a Dionysio Areopagita cui non minus falso, quam vulgo attribuitur, non conscriptum esse: in eo enim tria eorum genera, qui ad sacra mysteria participanda non admittuntur, et in eodem quidem perpetuo ordine, recensentur, catechumeni, energumeni, et pœnitentes, τοὺς δὲ κατηχουμένους, ἐνεργουμένους τε καὶ τοὺς ἐν μετανοίᾳ ὄντας ὁ τῆς ἁγίας ἱεραρχίας θεσμὸς ἐφίησι μὲν ἐπακοῦσαι τῆς ψαλμικῆς ἱερολογίας, καὶ τῆς ἐνθέου τῶν πανιέρων γραφῶν ἀναγνώσεως, εἰς δὲ τὰς ἑξῆς ἱερουργίας καὶ θεωρίας οὐ συγκαλεῖται τούτους, ἀλλὰ τοὺς τελείους τῶν τελεσιουργῶν ὀφθαλμούς. "Catechumenos autem et "energumenos, quique in pœnitentia sunt, sanctæ hierarchiæ "mos patitur quidem audire sacram psalmorum modulationem, "divinamque sacrarum scripturarum recitationem, ad sacra au-"tem opera, quæ deinceps sequuntur, atque mysteria spectanda, "non eos convocat, sed perfectos oculos eorum qui digni sunt." Eccles. Hierarch. c. 3. et paulo ante cum dixisset in sacramento collectionis sive communionis sacrorum librorum lectionem a ministris recitatam esse, addit, καὶ μετὰ ταύτας ἔξω γίνονται τῆς ἱερᾶς περιοχῆς οἱ κατηχούμενοι, καὶ πρὸς αὐτοῖς οἱ ἐνεργούμενοι, καὶ οἱ ἐν μετανοίᾳ ὄντες· μένουσι δὲ οἱ τῆς τῶν θείων ἐποψίας καὶ κοινωνίας ἄξιοι. *Post eam sacro ambitu ejiciuntur catechumeni, et post eos energumeni, et ii*

qui sunt in pœnitentia, manent autem qui divinarum rerum aspectu et communione digni sunt. ibid. E quibus non modo colligimus tria hominum genera, cum mysteria celebrari cœperint, narthece exterminata esse, catechumenos, energumenos, et pœnitentes; verum etiam, quo ordine egrediebantur, primo scilicet catechumeni, deinde energumeni, et ultimo pœnitentes, at eodem haud dubie ordine egrediebantur, quo collocati sunt, itaque catechumeni portis proximi, atque ideo primi egressi sunt, quos sequebantur energumeni, et hos pœnitentes, ut a portis remotiores. Ubi igitur Synodus Ancyrana leprosos inter χειμαζομένους orare jubet, eos in medio narthecis inter pœnitentes et catechumenos collocat. Hic enim locus τοῖς χειμαζομένοις sive ἐνεργουμένοις proprius fuit; et idcirco iis a nobis in Ichnographia adscribitur; eamque τάσιν τῶν χειμαζομένων potius quam τῶν ἐνεργουμένων vocamus; quoniam nulla fit in hoc operé, quantum memini, horum in ecclesia stationis mentio, præterquam in dicto Canone Ancyrano, quo χειμαζόμενοι appellantur; ubi etiamsi non diserte commemoretur, aperte tamen indigitatur extra ecclesiam proprie sic dictam esse, alioquin enim nulla fuisset pœna ibi commorari, et precari: quanam autem narthecis parte fuit, e supra dictis constat. BEVEREG. ad Can. XI. Concil. Nicæn.

CANON XVIII.

P. 414. l. 6. πρεσβυτέριον] Presbyterium hic accipitur pro consessu presbyterorum, cui præerat episcopus: sic in Epist. I. ad Timoth. cap. iv. 14. μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη σοι διὰ προφητείας μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου. *Ne negligito donum quod in te est, quod datum est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterii.* Ignatius in Epist. ad Antiochenses salutat τὸ ἅγιον πρεσβυτέριον, et ἱερὸν σύστημα: et in Epist. ad Trallianos quid sit presbyterium indicat his verbis: τί δὲ πρεσβυτέριόν ἐστιν· ἀλλὰ ἢ σύστημα ἱερὸν σύμβουλοι καὶ συνεδρευταὶ τοῦ ἐπισκόπου; *Quid vero est presbyterium, nisi cœtus sacer consiliarii et consessores episcopi?* Cornelius urbis Romæ episcopus apud Cyprianum lib. iii. epist. 11. *Omni actu,* inquit, *ad me perlato placuit contrahi presbyterium.* Pius I. P. R. hoc nomen Latine exprimens, Senatum dixit, in Epist. ad Justum Viennensem episcopum tom. i. Concil. *Salutat te,* inquit, *Senatus pauper Christi apud Romam constitutus:* et Hieronymus Epist. ad Rusticum, *Ecclesia habet Senatum, cœtum presbyterorum.* JUSTELL.

CANON XIX.

Ibid. l. 14. ὡς ἀδελφὰς] Honorius et Theodosius Impp. lib. xix. C. de Episc. et Cler. *Eum qui probabilem sæculo disciplinam agit, decolorari consortio sororiæ appellationis non decet.* Ita solebant quidam clerici propudia sua, sorores appellare, et sub hoc pie-

tatis nomine vitia sua obtegere: ut non male in eos jactaretur illud Martialis,

Quare non habeat Fabulla quæris
Uxorem, Themison, habet sorores.

Sic et ea notione fratrum appellatio. Interpres Lycophronis: τοὺς ξένους ἀδελφοὺς τὰ ἐρωτικὰ ποιοῦσιν· οἱ γὰρ ἐρῶντες φωραθῆναι (ed. Potteri φωραθέντες ad v. 403.), λέγουσιν ἀδελφός μου, ἢ συγγενής μού ἐστιν. Et Martialis:

O quam blandus es Amiane matri!
Quam blanda est tibi mater Amiane!
Fratrem te vocat, et soror vocatur.
Cur vos nomina nequiora tangunt?
Lusum creditis hoc jocumque.

Justinian. Imp. nov. vi. cap. 6. βουλόμεθα δὲ καὶ αὐτὰς τὰς ἐπὶ τὴν χειροτονίαν ἀγομένας διακόνους, εἴτε ἐκ χηρείας, εἴτε ἐκ παρθενίας, μή τινας συνόντας ἔχειν, ἐν τάξει δῆθεν ἀδελφῶν, ἢ συγγενῶν, ἢ τῶν καλουμένων ἀγαπητῶν (τοῖς γὰρ τοιούτοις ὀνόμασι χρώμεναι, πάσης πονηρᾶς ὑποψίας τὸν ἑαυτῶν πληροῦσι βίον) ἀλλ' ἢ καθ' ἑαυτὰς οἰκεῖν, ἢ γονεῦσι μόνοις καὶ παισὶν, ἢ ταῖς ἀληθείαις ἀδελφοῖς ἢ θείοις συνεῖναι. Hujusmodi erant συνείσακτοι et ἀγαπηταὶ, hoc est virgines, quæ, ut ait Hieronymus in Epist. ad Ocean. a caritate nomen trahentes quasi spiritali amore conjunctæ, sic dicebantur ab illis penes quos habitabant ecclesiasticis, quorum sine nuptiis sub alio nomine uxores erant, concubinæ, meretrices. vide annot. ad can. 3. supra. (h. e. Codicis.) JUSTELL.

CANON XXI.

P. 415. l. 4. ἀναιρούσων τὰ γινόμενα] Fœtum in utero necare Tertullianus olim interdictum asserit, dicens, *Nobis vero homicidio semel interdicto, etiam conceptum utero, dum adhuc sanguis in hominem deliberatur, dissolvere non licet. Homicidii festinatio est, prohibere nasci: nec refert natam quis eripiat animam, an nascentem disturbet: homo est et qui est futurus, et fructus omnis jam in semine est.* Tertull. Apol. c. 9. De hoc atroci flagitio intelligendus est Lactantius, ubi ait, *Verum homines, ne quid sit facinus, quo manus suas non polluant, rudibus adhuc et simplicibus animis abnegant lucem non a se datam.* Lactant. lib. vi. cap. 20. Hoc autem per medicamenta quædam a mulierculis impense improbis epota perpetrari solet. De quibus Juvenalis Satyr. 6. ait

Tantum artes hujus, tantum medicamina possunt,
Quæ steriles facit, atque homines in ventre necandos.

Et Minutius Fœlix in Octavio, dicens, *Vos enim video procreatos filios nunc feris et avibus exponere, nunc adstrangulatos misero mortis genere elidere: sunt quæ in ipsis visceribus medicaminibus epotis originem futuri hominis extinguant, et parricidium faciant, antequam pariant.* De hoc facinore jus civile sic statuit, *Qui abortionis aut amatorium poculum dant, etsi dolo non faciant, ta-*

men quia mali exempli res est, humiliores in metallum, honestiores in insulam amissa parte bonorum relegantur. Quod si eo mulier aut homo perierit, summo supplicio adficiuntur. lib. xxxviii. sect. 5. *de Pœnis.* Hujusmodi medicamenta, a præsenti quidem canone φθόρια dicuntur; sed a Synodo Trullana, can. 91. ἀμβλωθρίδια appellantur. Quæ vox eodem sensu ab Athenagora quoque usurpatur, dicente, Καὶ οἱ τὰς τοῖς ἀμβλωθριδίοις χρωμένας, ἀνδροφονεῖν τι, καὶ λόγον ὑφέξειν τῆς ἐξαμβλώσεως τῷ Θεῷ φαμεν, κατὰ ποῖον ἀνδροφονοῦμεν λόγον. Athenag. leg. pro Christian. In scholiis ad Basilic. lib. lx. tit. 39. Ἀμβλωτρίδια scribitur. Ubi etiam legimus, καὶ αἱ ἀμβλωτρίδια διδοῦσαι φάρμακα φονεύτριαί εἰσι, καὶ αὐταὶ καὶ αἱ δεχόμεναι τὰ ἐμβρυοκτόνα δηλητήρια. Quæ ex nonagesimo primo Synodi Trullianæ canone desumpta sunt. Suidas autem de voce Ἀμβλωθρίδιον ait, quod sit, αὐτό τε τὸ φθόριον φάρμακον, καὶ δὴ καὶ τὸ διαφθαρέν. BEVEREG.

CANON. XXII.

P. 415. l. 11. ὑποπεπτωκέτωσαν μὲν] Quid sit proprie [illegible] pœnitentiæ gradus, in annotationibus ad duodecimum primæ œcumenicæ Synodi canonem edocuimus. Hic insuper observetur, omnes istos gradus præter τῶν ἀφωρισμένων, in Scholiis ad Basilica, juxta quæ ibi diximus, sic describi, [illegible] ῥύσεως τῆς θείας λειτουργίας σὺν τοῖς πιστοῖς στάσις. Μετοχὴ τῶν ἁγιασμάτων, ἡ τοῦ ζωοποιοῦ ἄρτου κοινωνία. πρόσκλαυσις τὸ ἵστασθαι ἔξω τοῦ προπύλου τῆς ἐκκλησίας τὸν ἁμαρτήσαντα, καὶ ἑκάστῳ τῶν εἰσιόντων ἐπιλέγειν μετὰ κλαυθμοῦ, εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ, προσπίπτοντα καὶ τοῖς ποσὶν αὐτοῦ. Quæ verba ab interprete male intellecta, sic interpretor, ὑπόπτωσις *Substratio est intra ambitum ecclesiæ in postica ambonis parte statio, cum ipse etiam* (qui ibi stat) *una cum catechumenorum exclamatione egreditur.* Σύστασις *sive consistentia est statio cum fidelibus usque ad expletam divinam lyturgiam. Participatio Sacramentorum est vivificantis panis communio.* πρόσκλαυσις *sive fletus, est consistere delinquentem extra ecclesiæ ambitum, et singulis, qui ingrediuntur, dicere cum fletu, ut pro ipso orarent, ad pedes etiam eorum procidentem.* Schol. ad Basil. lib. lx. cap. 39. initio. Quid autem sibi velit vox ὑποπεπτωκέτωσαν hoc in loco, non adeo certum est. Vel ita enim intelligatur, ut voluntariæ cædis rei inter substratos perpetuo usque ad vitæ exitum maneant: vel ita ut ὑπόπτωσιν, nisi moribundi, nunquam transiliant. Sed prius nobis non arridet, propterea quod, qui tanto crimine tenentur, humiliores haud dubie gradus peragrare debent, priusquam ad substratos veniant: adeo ut sensus huc potius redire nobis videatur, ut qui tantum scelus admiserint, aliis peragratis pœnitentium gradibus, ὑποπεπτωκέτωσαν μὲν, inter substratos quidem admittantur, sed ita ut communionis non sint participes, usquedum morituri fuerint. BEVEREG.

CONCIL. NEOCÆSARIENSE.

P. 457. l. 5. Κανόνες τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου] Hæc est Bodleiana hujus Concilii inscriptio; a qua Amerbachiana non multum differt, quæ est, κανόνες τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου δεκαπέντε, *Canones Synodi Neocæsariensis quindecim.* Sed in Parisiensi Zonaræ editione, titulus sic se habet, Κανόνες τῶν ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνελθόντων ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων, οἵτινες δεύτεροι μέν εἰσι τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ, τῶν δὲ ἐν Νικαίᾳ προγενέστεροι. διὰ δὲ σεβασμιότητα προτέτακται αὐτῶν οἱ (ἐν) ἐν Νικαίᾳ. *Canones sanctorum et beatorum Patrum, qui Neocæsariæ congregati sunt, posteriores quidem illis, qui Ancyræ convenerunt, antiquiores vero Nicænis. Sed propter dignitatem Nicæni his antepositi sunt.* In Parisiensi Balsamonis editione, duplex est inscriptio; una hic ante præfationem, vid. ἡ ἐν Νεοκαισαρείᾳ σύνοδος. Altera ante canones, his verbis concepta, Κανόνες τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνελθόντων, *Canones sanctorum Patrum qui Neocæsariæ congregati sunt.* BEVEREG. Conf. notam ad ANCYRANUM CONCIL. in meis secundo loco positam, p. 418.

CANON I.

Ibid. l. 10. Πρεσβύτερος ἐὰν γήμῃ] Presbyteris matrimonio contrahendo hic interdictum est. Ex quo interdicto constare potest, nonnullos tunc dierum presbyteros feminas sibi matrimonio conjunxisse: aliter enim non opus fuisset, ut hoc prohiberetur. Sed observandum est præterea, hoc canone non cautum esse, ne presbyteri uxores suas ante ordinationem ductas haberent, vel iis uterentur; sed tantum ne postea ducant. Dicunt enim, πρεσβύτερος ἐὰν γάμῃ. Ergo de presbyteris jam ordinatis, et matrimonium postea ineuntibus agunt. De hac re Paphnutius etiam in Nicæno Concilio docte pieque disseruit. Cum nonnullis enim ibi congregatis episcopis visum esset, novam legem in ecclesiam introducere, ut episcopi, presbyteri, et diaconi ab uxorum, quas cum laici essent matrimonio sibi sociaverant, concubitu abstinerent; Paphnutius in medio concilio surgens, admonebat, grave hoc jugum sacerdotibus non imponendum esse, addens, honorabiles esse nuptias et torum immaculatum, in clericis nimirum æque ac laicis, (de iis enim controversia agebatur) omnes etiam non posse tam severæ continentiæ disciplinam ferre; et eventurum esse forsitan, ut uxoris cujusque castitas in periculum veniret. Castitatem enim esse congressum viri cum legitima uxore. Et deinde synodum commonefaciebat, *Satis esse ut qui in clerum fuissent adscripti, juxta veterem ecclesiæ traditionem, jam non amplius uxores ducerent; non tamen quemquam sejungendum esse ab ea, quam antehac cum esset laicus, legitime duxisset,* Ἀρκεῖσθαι τὸ τὸν φθάσαντα κλήρου τυχεῖν, μηκέτι ἐπὶ γάμον ἔρχ-

χωσθαι, κατὰ τὴν τῆς ἐκκλησίας ἀρχαίαν παράδοσιν· μήτε μὴν ἀποζεύγνυσθαι ταύτης, ἣν ἅπαξ ἤδη πρότερον λαϊκὸς ὢν ἠγάγετο. Socrat. Hist. Eccles. lib. i. cap. 11. Sozom. lib. i. cap. 23. Gelaz. Cyzic. Act. Concil. Nic. lib. ii. cap. 32. Hæc a Paphnutio conjugio ex parte dicta, tota synodus suo suffragio comprobavit; ut ex loco citatis constat. Quod Paphnutius igitur veteri traditioni adscribit, in præsenti canone constituitur, et nihil amplius: neque enim in hoc nec alio quovis antiquo canone decretum invenimus, quo presbyteris aliisque clericis legitimo uxorum suarum consortio interdicitur. Tentatum sane a nonnullis in Synodo Nicæna fuit; sed ut e supradictis patet, a tota synodo explosum. Adeo ut Siricius papa Romanus nobis primus videatur, qui talem legem ecclesiæ Christianæ obtrudere ausus est. Is autem in Epistola Decretali, ait quidem, *Plurimos enim sacerdotes Christi atque levitas post longa consecrationis suæ tempora, tam de conjugibus propriis, quam etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse, et crimen suum hac præscriptione defendere, qua in veteri Testamento sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa.* Et postea decernit, *Hi vero, qui illicita privilegii excusatione nituntur, et sibi asserunt veteri hoc lege concessum, noverint se ab omni ecclesiastico honore, quo indigne usi sunt, apostolicæ sedis authoritate dejectos, nec unquam posse veneranda attrectari mysteria, a quibus se ipsi, dum obscœnis cupiditatibus inhiant, privaverunt. Et quia exempla præsentia cavere nos præmonent in futurum, quilibet episcopus, presbyter, atque diaconus (quod non optamus) si deinceps fuerit talis inventus, jam nunc sibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat obseratum; quia ferro necesse est excindantur vulnera, quæ fomentorum non senserint medicinam.* Siric. Decret. cap. 8. Hoc Siricii decretum Innocentius I. renovatum confirmavit, Decret. cap. 21. et post eum alii. Adeo ut ab eo usque tempore omnes ecclesiæ Romanæ propugnatores pro istius decreti justitia et æquitate, tanquam pro aris et focis dimicârint. BEVEREG.

CANON IV.

P. 458. l. 11. ὑπὸ τῆς χάριτος ἐρρύσθη] Gratia servatus, id est divino beneficio potius quam proposito, et animi destinatione. Id etiam profani scriptores de fato et vi numinum usurparunt. Sic Plato lib. ix. de Legibus, quo loco pœnam ejus qui cum hominem vellet occidere vulneraverit tantum, mitigandam hac ratione censet, quod dæmonis beneficio potius habenda sit gratia, qui et illum mortis periculo, et hunc imminentis supplicii gravitate liberarit. Sic IC. l. 32. ff. ad leg. Jul. de Adult. *Licet interempto adultero mulier supervixerit, post tam gravia vulnera, quæ ei pater inflixerat, magis fato quam voluntate ejus servata est.* Vide Fornerium lib. vi. Rer. Quot. cap. 9. JUSTELL.

CANON V.

P. 458. l. 13. Κατηχούμενος ἐὰν εἰσερχόμενος] In codice Amerbachiano ad præsentem canonem hoc scholium apponitur, Κατηχουμένους λέγει πιστοὺς βαπτίζεσθαι μέλλοντας. δύο δὲ τούτων εἴδη· οἱ μὲν γὰρ ἄρτι προσέρχονται, διὸ καὶ ὡς ἀτελέστεροι μετὰ τὴν ἀκρόασιν τῶν γραφῶν καὶ τῶν θείων εὐαγγελίων εὐθὺς ἐξίασιν· οἱ δὲ ἤδη προσῆλθον, καὶ γεγόνασι τελειότεροι τῶν ἄρτι προσερχομένων, ὅθεν καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς κατηχουμένοις εὐχὴν ἀναμένοντες, τὸ γόνυ κλίνουσιν ἐν ταύτῃ. *Catechumenos vocat fideles, qui baptismum suscepturi sunt. Eorum autem duæ sunt species. Nonnulli enim modo accedunt; quapropter ut imperfectiores post scripturarum et divinorum evangeliorum auditionem protinus egrediuntur: alii autem antehac venerunt, et perfectiores iis, qui modo accedunt, facti sunt; quare etiam illi ad orationem usque pro catechumenis factam manentes, in ea peragenda genuflectunt.* Simile huic Scholium in Harmenopuli epitomen hujus canonis extat, his verbis, Δύο τῶν κατηχουμένων ἦσαν τάξεις, ἡ μὲν τῶν γονυκλινόντων, ἡ τελειοτέρα, ἡ δὲ τῶν ἀκροωμένων, ἡ ἀτελεστέρα. λέγει γοῦν, εἰ τῶν γονυκλινόντων εἴη, καὶ ἁμάρτοι, παυσάμενος τοῦ ἁμαρτάνειν γενέσθω τῶν ἀκροωμένων· εἰ δὲ τῶν ἀκροωμένων, ἔξω στήτω τῆς ἐκκλησίας. καὶ οἱ ἀκροώμενοι γὰρ ἐκτὸς ἵσταντο τῆς ἐκκλησίας μέχρι τῆς ἀναγνώσεως τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου. *Duo catechumenorum ordines erant; unus eorum qui genu flectebant, perfectior scilicet; alter imperfectior eorum, qui audiebant. Vult ergo dicere, si sit ex ordine flectentium genu, et peccet, quod peccare desinens in ordinem audientium referri debeat: sin ex audientibus sit, consistat extra ecclesiam. Nam et audientes extra ecclesiam stabant usque ad lectionem sancti evangelii.* Harmenop. Epit. Can. sect. v. tit. 3. Hæc duo scholia juxta se posita præsentem canonem, satis in se obscurum, perspicuum reddunt et apertum. Vide etiam quæ de catechumenis diximus in annotationibus ad decimum quartum primæ Synodi Nicænæ canonem. BeveREG.

CANON VII.

P. 459. l. 6. Πρεσβύτερον εἰς γάμους διγαμοῦντος] Cautum est hoc canone, ne quis presbyter in ejus, qui digamiam init, nuptiis convivetur. Hinc cum Constantinus quidam episcopus ad Nicetam Metropolitanum Heracleæ hanc quæstionem proposuisset, τοὺς εἰς δεύτερον συνοικέσιον ἐρχομένους εἰ δεῖ λαβεῖν τὴν τοῦ διγάμου εὐχὴν παρὰ τοῦ κατὰ χώραν ἀρχιερέως; *An qui ad secundas convolant nuptias accipere possint bigami precationem a regionis antistite?* Respondit ille juris canonici peritissimus, Ἡ μὲν ἀκρίβεια τοὺς διγάμους οὐκ οἶδε στεφανοῦν· ἡ δὲ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ συνήθεια τὰ τοιαῦτα οὐ παρατηρεῖται· ἀλλὰ καὶ τοῖς διγάμοις τοὺς νυμφικοὺς στεφάνους ἐπιτίθησι, καὶ οὐδεὶς οὐδέποτε διὰ τοῦτο ἐνεκλήθη, ὥστε οὐδέ τις φοβηθήσεται τὸ ἐπίκλημα, τοὺς τοιούτους στεφανώσας· πλὴν ὀφείλουσιν ἕνα ἢ καὶ δεύτερον ἐνιαυτὸν κωλυθῆναι τῆς τῶν ἁγίων μυστηρίων μεταλήψεως, καὶ οὐδὲ τὸν ἱερολογήσαντα χρὴ συνεστιαθῆναι

τούτοις. *Accurata sane disciplina bigamos coronare non nocuit. Magna autem ecclesiæ consuetudo hæc non observat; sed bigamis etiam sponsalitias coronas imponit; nec ullus unquam propter eam causam accusatus est: ideoque calumniam non formidabit quisquam, qui tales coronavit. Illi autem annum unum aut alterum a mysteriorum communione arceri debent: nec eum, qui precationem concepit, simul cum iis convivari oportet.* In Jur. Gr. Rom. lib. v. pag. 310. Extat hoc responsum etiam in Euchologio, ubi ultima ejus pars his verbis concipitur, Ἀλλὰ καὶ τὸν ἱερολογήσαντα τούτους πρεσβύτερον συνδειπνεῖν αὐτοῖς οὐ νενόμισται, κατὰ τὸν ζ'. κανόνα τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου. *Sed neque fas est presbyterum benedictionem iis impertientem, sive pro iis precantem, simul cum iis convivari, juxta septimum canonem Neocæsariensis Synodi.* Ex hoc etiam canone desumpta videntur, quæ Ælfricus in Saxonicos ad Wulfinum episcopum canones de hac re retulit, ubi statuit, Ne nan Preost ne mot beon æt ðam brydlacum ahwær ðær man eft wifað oþþe wif eft ceorlað nene gædere ne ne to gædere bletsian swilce man bicge him swa, *Ne liceat sacerdoti ulli iis interesse nuptiarum celebritatibus, in quibus aut secundæ vir uxori jungitur, aut secundo viro fœmina; nec vel iisdem benedicere, ut sic admoneat eos:* et paulo post, ac ða canones forbeodað ða bletsunge ðærto. 7 ge-setton dædbote swilcum mannum to donne, *Canónes autem jam tum prohibent benedictionem, et ejusmodi connubentibus imponunt etiam pœnitentiam.* Ælfric. can. 9. Bevereg.

CANON XI.

P. 460. l. 11. Πρεσβύτερος πρὸ τῶν τριάκοντα ἐτῶν.] Id confirmat Synodus vi. in Trullo, can. 14. et Agathensis can. 17. *Presbyterum vel episcopum ante trigesimum annum, id est antequam ad viri perfecti ætatem perveniat, nullus ordinare præsumat.* Justinianus Novel. cxxiii. cap. 13. triginta quinque annos requirit. Apud Judæos in ordinandis sive initiandis sacerdotibus ætas triginta annorum definita est. 1. Num. cap. iv. 3. et 1 Chron. cap. xxiii. 3. *A nato triginta annos et deinceps usque ad natum quinquaginta annos,* sic habet editio Hebraïca, et Chaldaïca paraphrasis. Græca vero editio LXX. quam sequutus est Philo Hellenista Alexandrinus, in libro cujus est titulus, de eo quod deterius potiori insidiari soleat: et Theodoretus Quæst. 13. in Numer. ἀπὸ εἴκοσι καὶ πέντε ἐτῶν καὶ ἐπάνω, ἕως πεντήκοντα ἐτῶν. *A viginti quinque annis et supra ad quinquaginta annos.* Sed temeratus est ille locus, atque omnino pro εἴκοσι πέντε, legendum est τριάκοντα, ut jam docti viri observarunt. Hieronymus in Epist. ad Theophilum Alexand. advers. errorem Joannis Hierosolym. *Recordetur legis antiquæ, et post 25. annos a Levitica tribu, eligi in sacerdotium pervidebit: aut si in hoc testimonio solo Hebraïcam sequitur veritatem, noverit 30. annorum fieri sacerdotem.* Postea viginti annorum numerus a

Davide præscriptus est. Quum enim animadverteret filios Levi tam sacerdotes quam levitas propter multitudinem sacrificiorum quotidie augescentem, non posse functionibus templi superesse, si trigesimus annus in illis expectandus esset, quod plures essent infra ætatem illam, legem annalem sacerdotum breviori gyro contraxit, eamque vigesimo anno definivit, ut testatur 1 Chron. cap. xxiii. 27. *In actis Davidis posterioribus numerus Levitarum fuit, horum nempe a nato viginti annos, et deinceps:* et 1 Chron. cap. xxxi. 17. et Esdræ cap. iii. 8. *Constituerunt Levitas a nato viginti annos et deinceps, ut præessent operi domus Dei.* Sed ne usque adeo de ætate solicitos fuisse apostolos, si cætera convenirent, vel inde colligere licet, quod juvenis fuerit Timotheus, nec voluerit Paulus Apostolus juvenilem ejus ætatem contemni, 1 ad Timoth. cap. iv. 12. μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω. et Ignatius ad Magnesianos: καὶ ὑμῖν δὲ πρέπει μὴ καταφρονεῖν τῆς ἡλικίας τοῦ ἐπισκόπου. Sic Eleutherius, propter insignem virtutem et pietatem, vigesimum tantum annum agens, Illyrici episcopus ordinatus est, ut refert Nicephorus lib. iii. Hist. Eccl. cap. 29. Χριστὸς ἐν τῷ τριακοστῷ ἔτει.] D. Lucas cap. iii. 23. de baptismo Christi loquens, καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος. *Ipse autem Jesus erat quasi triginta annorum incipiens.* Hæc autem dictio ὡσεὶ duplicis est notionis, eaque Græci utuntur nunc affirmanter nunc dubitanter. Ac priori quidem notione accipienda est d. cap. 3. et Joan. cap. i. 14. ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός. *Spectavimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a patre:* ubi μονογενῆ affirmanter vocat, ut de eo dubitari minime debeat. Huic sententiæ adstipulatur Ignatius epistola ad Trallianos: καὶ τρεῖς δεκάδας, inquit, ἐτῶν πολιτευσάμενος ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου. Idem tradit Chrysostomus et Euthymius in Matth. cap. iii. Auctor sermonis de jejunio qui Cypriano tribuitur: *Anno trigesimo carnis assumptæ baptisato Domino.* Hieronymus in Epist. ad Theophilum Alexand. Episcop. adversus errorem Jo. Hierosolym. de ætate cujusque presbyteri loquens: *Cum ad 30. annorum spatia jam pervenerit, puto eam in hoc non esse reprehendendam, quæ juxta mysterium assumpti hominis in Christo perfecta est:* et Bernardus serm. 4. de Epiph. *Jam triginta annorum ad baptismum ipse perrexit.* Discrepat Irenæus lib. ii. cap. 39. *Ad baptismum,* inquit, *venit qui nondum triginta annos suppleverat, sed qui incipiebat esse tanquam triginta annorum:* et Epiphanius hæresi 51. ἦν γὰρ τῷ μὲν ὄντι εἰκοσιεννέα ἐτῶν, καὶ μηνῶν δέκα, ὅτε ἐπὶ τὸ βάπτισμα ἧκε, τριάκοντα μὲν ἐτῶν, ἀλλ' οὐ πλήρης. Adde quæ de ea re illustrissimus Scaliger olim observavit lib. vi. de Emendat. Temp. Certe ætas triginta annorum solidæ ac perfectæ prudentiæ est, et majore tam animi quam corporis robore prædita: eamque rationem reddit Euthymius loco citato, quare post trigesimum ann. Christus ad baptismum venerit. Sic can. 17. Concilii Agathensis, perfecti viri ætas dicitur:

et perfecta ætas in legibus Wisigothorum lib. x. tit. 2. ætas legitima, Theophilo lib. i. Instit. Tit. de Libert. §. 4. ἔννομος, inquit, ἡλικία, ἡ ὑπὲρ τῶν λ'. ἐνιαυτῶν. *Legitima ætas est, quæ trigesimum annum excedit:* quia scilicet eam ætatem in manumisso olim desideraret lex Ælia Sentia, qua cautum refert Ulpianus in frag. tit. 1. *ut minorem* xxx. *annorum servum manumittere non liceret.* Justell. Lege Mosaica præscriptum fuit, ut Levitæ recenserentur מב׳ שלשים שנה ומעלה ועד בן חמשים שנה *A filio triginta annorum, et supra, usque ad filium quinquaginta annorum,* Num. iv. 3. Sic etiam in textu Hebræo-Samaritano legitur, et eodem sensu a Chaldæo, Syro, et Arabe locus iste vertitur. Sed septuaginta interpretes juxta Romanum quidem exemplar interpretati sunt, ἀπὸ εἴκοσι καὶ πέντε ἐτῶν, juxta Complutensem editionem, ἀπὸ εἰκοσιετοῦς καὶ πέντε ἐτῶν. Sed juxta codicem Alexandrinum ἀπὸ εἰκοσαετοῦς, καὶ ἐπάνω: adeo ut nonnulla ex his exemplaribus corrupta sint, necesse est; vel potius omnia: cum nec unum Hebraicæ veritati respondeat. Sed facilior est emendatio codicis Alexandrini, quam aliorum, ubi εἰκοσαετοῦς scriptori forsitan incuria scribitur pro τριακονταετοῦς. Et sic quidem omnia septuaginta interpretum exemplaria legunt, 1 Corinth. xxiii. 3. ubi verba Hebraica ויספרו הלוים מבן שלשים שנה ומעלה Græce vertuntur, Καὶ ἠρίθμησαν οἱ Λευῖται ἀπὸ τριακονταετοῦς καὶ ἐπάνω. *Et numerati sunt Levitæ a tricesimo anno et supra.* Ac proinde etiamsi nonnulli etiam e Patribus, ut Origenes, Theodoretus, Cyrillus, aliique in supra dicto numerorum loco, juxta corrupta septuaginta interpretum exemplaria ἀπὸ εἴκοσι καὶ πέντε ἐτῶν legerint, primo haud dubie scriptum fuit ἀπὸ τριακονταετοῦς. Secundum hanc igitur ætatem, Levitis ordinandis a lege præscriptam, Dominus noster a Joanne baptizatus prædicare cœpit, cum esset annorum plus minus triginta, Καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος. Luc. iii. 23. Non opus est hic disputemus, utrum juxta hæc verba, currente aut expleto tricesimo ipsius anno, baptizatus fuerit. Neque video quid certi solidique ex istis verbis deduci possit, plusquam Dominum nostrum triginta plus minus annos tunc temporis natum esse. Quo quidem sensu Justinus Martyr verba illa intellexit, quippe qui de Domino nostro loquens, ait, τρεφόμενος τὰς πάσας τροφὰς, καὶ τριάκοντα ἔτη ἢ πλείονα ἢ καὶ ἐλάσσονα μείνας, μέχρις οὗ προελήλυθεν Ἰωάννης κήρυξ αὐτοῦ τῆς παρουσίας. Justin. Dial. cum Tryph. pag. 246. edit. Sylb. an. 1593. adeo ut si undetricesimus vel etiam tricesimus primus ætatis ejus annus tunc currebat, ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα nihilominus dici potuit. Ut cum Matt. xvii. 1. Servator noster transfiguratus dicitur μεθ' ἡμέρας ἓξ a sermone discipulis habito. Sed Luc. ix. 28. id factum dicitur μετὰ τοὺς λόγους τούτους ὡσεὶ ἡμέρας ὀκτώ. ubi, ut videre est, idem Lucas, qui supradicta de Christi baptismo verba scripsit ὡσεὶ ὀκτὼ dicit, cum revera sex tantum dies erant. Verum in præsenti canone diserte asseritur Christum in tricesimo ætatis

anno, adhuc nimirum currente, baptizatum esse, ὁ γὰρ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῷ τριακοστῷ ἔτει ἐβαπτίσθη. Et sic quidem Arabs supra citata D. Lucæ verba intellexit, vertit enim وكان يسوع قد بدا يصير في ثلثين سنة *Et Jesus cœperat ingredi in tricesimum annum.* Item Irenæus, *Ad baptismum enim venit nondum qui triginta annos suppleverat, sed qui inciperet esse tanquam triginta annorum. Ita enim qui ejus annos significavit Lucas posuit, Jesus autem erat quasi incipiens triginta annorum cum veniret ad baptismum, et a baptismo uno tantum anno prædicavit, complens trigesimum annum.* Iren. Adv. Hær. lib. ii. cap. 39. Sic et autor sermonis de jejunio Cypriano adscripti, *Anno trigesimo carnis assumptæ baptizato Domino.* Ut alios præteream, Epiphanius ea D. Lucæ verba ita interpretatus est, ut Christum non nisi undetriginta annorum et decem mensium esse statuerit, cum baptizatus est, ἦν γὰρ τῷ μὲν ὄντι εἰκοσιεννέα ἐτῶν καὶ μηνῶν δέκα, ὅτε ἐπὶ τὸ βάπτισμα ἧκε, τριάκοντα μὲν ἐτῶν, ἀλλ᾽ οὐ πλήρης, διὸ λέγει ἀρχόμενος ὡς ἐτῶν τριάκοντα. Epiphan. Hær. li. num. 16. Porro ex hac Sospitatoris nostri ætate, cum ministerium in se susceptum exequi cœperit, D. Hieronymus fratris sui ordinationem in presbyterum defendit, in Epistola ad Theophilum adversus errores Joannis Hierosolymitani, dicens, *Porro ætas ejus et beatitudini tuæ nota est; et cum ad triginta annorum spatia jam pervenerit, puto eam in hoc non esse reprehendendam, quæ juxta mysterium assumpti hominis in Christo perfecta est.* Hieron. ad Theoph. tom. ii. pag. 67. edit. Paris. an. 1533. Eadem hac ratione ducti Patres Neocæsarienses etiam in præsenti canone, ut ipsi testantur, decreverunt, ne quis presbyter ante triginta annos, a nativitate sua computandos, ordinetur. Cui simile decretum a Concilio Agathensi anno D. 506. editum est, his verbis, *Presbyterum vero vel episcopum ante triginta annos, id est, antequam ad viri perfecti ætatem perveniat, et diaconos ante viginti quinque, nullus metropolitanorum ordinare præsumat. Ne per ætatem* (*quod aliquoties evenit*) *aliquo errore culpentur.* Concil. Agath. can. 17. Ubi etiam observare licet, aliam hujus decreti rationem reddi, nimirum quod hæc perfecta sit viri ætas, quemadmodum etiam in legibus Wisigothorum vocatur, lib. x. tit. 2. Sic etiam Theophylactus, Αὕτη ἡ ἡλικία ἐστὶ τελειοτάτη, Theophyl. in Luc. cap. iii. et alibi, Ἀνὴρ δὲ λέγεται ὁ Κύριος· τάχα μὲν καὶ διὰ τὸ τῆς ἡλικίας τέλειον, τριακονταετὴς γὰρ ἐβαπτίσατο. Id. in Joan. cap. i. Et ante eum Gregorius Nazianzenus, Ἀνεδείχθη μὲν γὰρ τριακοστὸν γεγονὼς ἔτος, οὐ πρότερον, τοῦτε μὴ δοκεῖν ἐπιδεικτικὸς εἶναί τις· (τῶν γὰρ ἀπειροκάλων τὸ πάθος) καὶ ὡς τελείαν βάσανον ἀρετῆς καὶ τοῦ διδάσκειν καιρὸν ταύτης ἐχούσης τῆς ἡλικίας. Greg. Naz. orat. 40. Sed nihilo secius Justinianus presbyterum ante 35. ætatis annum ordinari non permisit. *Presbyterum autem minorem triginta quinque annorum fieri non permittimus.* Justin. Nov. cxxiii. cap. 13. Aliis autem tempus illud minuere potius quam augere visum est. Et quidem Egbertus Eboracensis

hunc ipsum Concilii Neocæsariensis canonem ita intellexit, ut necessitate saltem cogente, presbyter ante præscriptam ætatem ordinetur. Præsentem enim canonem his verbis citat, *Ut nullatenus presbyter ordinetur ante tricesimum ætatis annum, nisi rationabili necessitate cogente, quia Dominus Jesus non prædicavit ante* xxx. *ætatis annum*. Egbert. Eborac. Excerp. can. 95. Et multa sane extant eorum exempla, qui ante istam ætatem non presbyteri modo, sed et episcopi ordinati fuerunt. Nam Eleutherius Illyrici episcopus ordinatus est, cum nondum vicesimum ætatis annum transegerat; ut testatur Nicephorus Callistus Hist. Eccl. lib. iii. cap. 29. Et Hincmarus Rhemensis in vita S. Remigii, eum vicesimo secundo ætatis anno archiepiscopum electum asserit. Quinetiam non obstante ipsa lege Mosaica, Levitæ a Davide recensiti sunt a vicesimo ætatis anno 1 Paral. xxiii. 27. atque etiam ab Hezekia, 2 Paralip. xxxi. 17. Sic etiam Timotheus episcopus a D. Paulo creatus fuit, cum adhuc juvenis esset. 1 Tim. iv. 12. Nimirum in hisce rebus non tam ætatis quam pietatis et doctrinæ ratio habenda est. Ut optime enim observat D. Chrysostomus, *ἴως γὰρ ἀντίῤῥοπον ἐπιδεικνύῃ βίον, οὐκέτι διὰ τὴν ἡλικίαν τις καταφρονήσει, ἀλλὰ καὶ θαυμάσει μᾶλλον*. Chrys. in ep. 1. ad Tim. λογ. ιγ΄. pag. 299. edit. Savil. Bevereg.

CANON XII.

P. 460. l. 16. Ἐὰν νοσῶν τις φωτισθῇ] Cornelius urbis Romæ episcopus in Epistola ad Fabium Antiochenum, quæ apud Eusebium extat lib. vi. cap. 43. de Novato loquens: καταλιπὼν γὰρ, inquit, τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ ἐν ᾗ πιστεύσας κατηξιώθη τοῦ πρεσβυτερίου κατὰ χάριν τοῦ ἐπισκόπου τοῦ ἐπιθέντος, αὐτῷ χεῖρας εἰς πρεσβυτερίου κλῆρον, ὃς διακωλυόμενος ὑπὸ παντὸς τοῦ κλήρου, ἀλλὰ καὶ λαϊκῶν πολλῶν. ἐπεὶ μὴ ἐξὸν ἦν τὸν ἐν κλίνῃ διὰ νόσον περιχυθέντα, ὥσπερ καὶ οὗτος, εἰς κλῆρον τινὰ γενέσθαι, ἠξίωσε συγχωρηθῆναι αὐτῷ τοῦτον μόνον χειροτονῆσαι. De baptisatis in ægritudine meminit etiam can. 151. hujus codicis et can. 48. collectionis Africanæ. Cyprianus lib. iv. epist. 7. qui et hujusmodi clinicos appellatos fuisse tradit. Erant autem clinicorum duo genera. Alii, qui fidem quidem Christianam amplexi, necdum tamen baptisati, si in morbos inciderent, in ipsa ægritudine, καὶ ἐν τῇ κλίνῃ, in lecto decumbentes baptisabantur. Horum meminit Epiphanius hæresi 28. οἱ μελλόντες τελευτᾷν, inquit, ἐὰν ὦσι κατηχούμενοι, πρὸ τοῦ τελευτῆς λουτροῦ καταξιοῦνται. Sic Prætorem Arinthæum in ipso vitæ exitu regenerationis lavacrum accepisse memorat Basilius epist. 5. Alii vero, qui professione Christiani, et pietatis doctrina instructi, ad extremum usque ætatis, baptismum consulto protendebant, simul et baptizari et mori volentes, ne post illum acceptum rursus peccarent: pervulgato quippe illis temporibus errore decepti, existimabant a peracto baptismo vitam immunem ab omni lapsu requiri, nec

ullam delinquentibus expiationem aliam deinceps reliquam esse: cui opinioni causam dedit male intellectus D. Pauli locus ad Hebræos cap. vi. 4. quo etiam Novatiani abutentes lapsis omnino veniam denegabant: sic Constantinus Imp. extremo vitæ suæ tempore, ab Eusebio Nicomediensi episcopo baptizatus est, ut præter Eusebium lib. iv. de ejus Vita cap. 62. alii etiam Ecclesiastici scriptores tradiderunt, Socrat. lib. i. cap. 26. Theodor. lib. i. cap. 32. Sozom. lib. ii. cap. 34. Hieronymus in Chronico, et Niceph. lib. viii. cap. 54. Constantius etiam moriens voluit baptisari ἀποθνήσκων ἔδοξε βαπτίζεσθαι, ut docet Athanasius de synodis Arimini et Seleuciæ. Idem de Theodosio Magno tradit Ambrosius in Orat. de ejus obitu, et Socrates lib. v. cap. 6. Hunc vero clinicorum morem, et in suscipiendo baptismo dilationem, acriter reprehenderunt orthodoxi patres. Tertullianus lib de Pœnit. *Omne præterea*, inquit, *cunctationis et tergiversationis erga pœnitentiam vitium, præsumptio intinctionis importat: certi enim indubitatæ veniæ delictorum, medium tempus interim furantur, et commeatum sibi faciunt delinquendi.* Gregor. Nazianzenus Orat. in sanctum Baptisma, *Baptisemur hodie, ne cras vi aliqua majore cogamur: ne beneficium tanquam injuriam prorogemus, nec expectemus ut plura peccata congeramus, quo plura nobis condonentur: nec graviori onere premamur quam vires nostræ ferre queant, ne una cum navi aquis obruamur, ac baptismi gratiam naufragio amittamus, ac dum plura spe atque animo concipimus, omnia perdamus,* &c. De clinicis etiam quidam accipiunt illud D. Pauli 1 Corinth. cap. xv. 29. τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, *quid facient ii qui baptisantur pro mortuis?* Hoc est, ut ipsi putant, qui tanquam mortui sive moribundi baptisantur. Ego vero, salvo meliore judicio, illud intelligendum puto, de iis qui, perverso quorundam hæreticorum more, vice mortuorum baptisabantur. Hunc morem indicat Epiphanius de Cerinthianis loquens hæresi 28. καὶ τὶ παραδόσεως πρᾶγμα ἦλθεν εἰς ἡμᾶς, ὡς τινῶν μὲν παρ' αὐτοῖς προφθανόντων τελευτῆσαι ἄνευ βαπτίσματος, ἄλλους δὲ ἀντ' αὐτῶν εἰς ὄνομα ἐκείνων βαπτίζεσθαι, ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐν τῇ ἀναστάσει ἀναστάντας αὐτοὺς δίκην δοῦναι τιμωρίας, βάπτισμα μὴ εἰληφότας. Id etiam Marcionitæ postea factitarunt, exemplum forte a Cerinthianis mutuati: sic enim de iis Chrysostomus in Epist. 1. ad Corinth. cap. xv. Homil. 40. ἐπειδὰν γάρ τις κατηχούμενος ἀπέλθῃ παρ' αὐτοῖς, τὸν ζῶντα ὑπὸ τὴν κλίνην τοῦ τελευτηκότος κρύψαντες, προσίασι τῷ νεκρῷ, καὶ διαλέγονται, καὶ πυνθάνονται εἰ βούλοιτο λαβεῖν τὸ βάπτισμα; εἶτα ἐκείνου μηδὲν ἀποκρινομένου, ὁ κεκρυμμένος κάτωθεν ἀντ' ἐκείνου φησὶ, ὅτι δὴ βούλοιτο βαπτισθῆναι, καὶ οὕτω βαπτίζουσιν αὐτὸν ἀντὶ τοῦ ἀπελθόντος. Hujusmodi Marcionitarum baptisma, vicarium vocat Tertullianus lib. de Resurrect. Carnis. *Si autem et baptisantur quidam pro mortuis, videbis an ratione certa illa præsumptione hoc eos instituisse portendit, qua alii etiam carni ut vicarium baptisma profuturum existimarent ad spem resurrectionis: quæ nisi corporalis, non alias sic baptismate corporali*

'etur, et propterea apud exorcistas maneret, in gravem in-morbum, quo se moriturum credebat, ac proinde in ipso, cumbebat, lectulo baptizatus est; ut Cornelius papa Roma-in Epistola ad Fabium Antiochenum tradidit, dicens de eo, ἀφορμὴ τῦ πιςεῦσαι γέγονεν ὁ Σατανᾶς, φοιτήσας εἰς αὐτὸν καὶ οἰκήσας τῷ χρόνον ἱκανόν· ὃς βοηθέμενος ὑπὸ τῶν ἐπορκιςῶν, νόσῳ περιπεσὼν χα-καὶ ἀποθανεῖσθαι ὅσον ἐδέπω νομιζόμενος, ἐν αὐτῇ τῇ κλίνῃ, ᾗ ἔκειτο, ;υθεὶς τὸ βάπλισμα ἔλαβεν. apud Euseb. Hist. Eccles. lib. vi. 43. Hinc cum iste Novatianus presbyter ordinandus erat, ersus clerus, multique a populo refragabantur, dicentes, non e quempiam in lectulo perfusum sive baptizatum in clerum ıam assumi, ὃς διακωλυόμενος ὑπὸ παντὸς τῦ κλήρου, ἀλλὰ καὶ λαϊκῶν ῶν, ἐπεὶ μὴ ἐξὸν ἦν τὸν ἐπὶ κλίνης διὰ νόσον περιχυθέντα, ὥσπερ καὶ αὐ-εἰς κλῆρον τινὰ γενέσθαι, ἠξίωσε συγχωρηθῆναι αὐτῷ τῦτον μόνον χειρο-αι. Ibid. Constat itáque, quod hoc μὴ ἐξὸν ἦν *non licitum* ut Clinicus presbyter fieret, etiam Cornelii et Novatiani us, hoc est, plusquam quinquaginta annis ante celebratum Neocæsareæ Concilium. Sin autem nulla hoc lege vetitum et, illicitum esse aut dici non potuit. Ac proinde nihil novi canone decernitur; sed vetus ea lex, antiquitus instituta, vatur. BEVEREG.

CUM

P. 277. l. 9. Μοῦθις ἔτος α΄.	Adde, At nullum *Muthim* habente ejusdem Eusebii Chronico, ex posteriore parte vocabuli Psammuthis ductum nomen videtur, fictumque hoc regnum ex illo.
P. 297. l. 7. ab ima pag. *plurimas Babyloniæ urbes instaurans.*	Ed. Pontaci, *plurima Babyloniæ urbis instaurans.* Ita et MS. Magdal. sed voce *urbis* omissa.
P. 305. l. 11. ab ima pag. reposuit.	Sed ante Scaligerum locum ita emendaverat Pontacus, *In Argis prima sacerdotio functa est Callytias filia Pyrantis.* Immo eodem Pontaco teste *Callitheam Pirantis filiam* et Fronto Ducæus in Clementem Al. et Leopardus in *Emendatt.* i. 13. adduxerant.
Ibid. l. penult. disciplinæ.	(*istius* præfixum est in Pontaci edit. quod desiderari tamen in multis MStis idem vir doctus notavit.)
P. 309. l. 20. quocum consentit Eusebius in Chronicis Lat.	Delendum.
P. 353. l. 23. de temporibus &c."	Pontacum istæc edidisse ex codice MS. Vaticano usque ad verba anni $\overline{V}$ DCCXXVI. p. 195. l. 21. notæ ejus ostendunt p. 236.
P. 361. l. 20. paulo minus 400. annos.	Chronica Eusebii ad ann. Abrahæ 836. *A primo anno Cecropis, qui primus apud Atticam regnavit, usque ad Captivitatem Trojæ—computantur anni* 375. Similia ad ann. 469.
Sub fin. Corrigendorum. Carthaginiensis.	Delendum.

CORRIGENDA IN VOL. III.

In Textu.

Pag. 7. lin. 3. consilium. P. 104. l. 3. Buslaoenis. P. 235. l. 5. Mundi pro Cœli. P. 309. l. 21. dele (for. quum), et post hunc adhuc, adde, (lego nunc adhuc, ἔτι νῦν). P. 326. l. 13. post αὐτὺς adde, for. vel ἑαυτὺς, ut monuit amicus, vel αὐτύς. P. 328. l. 12 ὁμοδόλως. P. 336. l. 2. ὑποσυρομένυς. P. 380. l. ult. ἐγίγνοιτο.

In Annotat.

P. 26. l. 31. adde post *edd. princeps utraque* et. P. 29. l. 21. adde, et *edit. utraque princeps,* verum ibi *factio sana* pro *factiosa.* P. 31. l. 17. ab ima pagina, adde post *per,* sed perscripta *edd. principes.* P. 34. l. 10. ab ima pag. aliquantulum. P. 109. l. 19. *pro,* Cum in hoc Concilio—idcirco—Sacrés, verba ita transponenda, Cum idcirco opinatus sit—Sacrés, in hoc Concilio &c. P. 112. l. 10. usitatum *pro* solitum. P. 120. l. 3. ab ima pag. adde punctum post *hujus.* P. 146. l. 12. dele, modo—ad. P. 152. l. 19. Commemoratione ergo *pro* Sola ergo delatione. P. 156. l. 20. post 52. 53. adde, ipsarum *Vindiciarum.* P. 158. l. 28. sit *pro* esset. P. 168. l. 33. κατὰ pro μετά. P. 173. l. 15. p. 168. pro 173. P. 227. l. 19. heic. P. 229. l. 15. ab ima pag. at *pro* sed. P. 247. l. 6. ab ima pag. usitatum *pro* solitum. P. 260. l. 21. adde, primi libri *ante* ejus. P. 271. l. 23. ut hoc solum *pro* ut nihil præterea. P. 275. l. 14. ab ima pag. repone, quam illa τῷ νεὼς indicata. P. 277. l. 17. item quæ infra. Ibid. l. 28. adversarius. adde, De Clementis autem Alexandrini cum Origine culta amicitia confer omnino fragmentum S. Alexandri ad p. 41. vol. ii. *Reliquiar.* P. 278. l. 4. ab ima pag. desumptam &c. venditatam. P. 293. l. 3. post revocavi, adde, Quam præstat itidem Rufinus MS. quem meis libris nuperrime addidi. P. 307. l. 12. post describit, fortius distinguend. P. 308. l. 11. nam quia &c. Confer. 1 *Pet.* xi. 12. P. 356. l. 22. γένωνται. adde, *Heb.* xiii. 22. τῦ λόγυ τῆς παρακλήσεως. P. 360. l. 27. μετάληψις. P. 366. l. 21. ἐπί τινων βίᾳ. adde, (Corrigo ἐπιτείνων βίᾳ). P. 368. l. 16. ἔθος. P. 371. l. 10. Boissonadius. P. 388. l. 6. ab ima pag. habendam esse &c. adde, Sin statuas pendere omnia verbo κελεύων, tum quidem εἶπε, vel simile quid, ante illa οὐ γὰρ εἶναι subaudiendum. P. 394. l. 6. ἔφασκον δὲ εἰ ἄρα. adde, (Lego ἔφασκον δεῖν ἄρα). Certe post προειρημένοις punctum delendum. Ibid. l. 2. ab ima pag. τύτοις. adde, (Corrigo ἐκείνοις). P. 395. l. 10. τῆς. P. 417. l. 2. ab ima pag. dele, et post Philogonium—unus. P. 419. l. 8. ἐπα-

CORRIGENDA IN VOL. III.

καταλαίσαντας. P. 420. l. 20. soliti sunt. Ibid. l. 32. descripseram &c. neglexi. P. 422. l. 3. ab ima pag. *τεταπεινωμένων*. Lenius distinguend. P. 435. l. 6. *κωλύονται* pro *οὐ δύνανται*. P. 437. l. 10. ab ima pag. torserat. P. 451. l. 27. Pithoeo. P. 452. l. 7. videtur. adde, Isidori Catal. rectius *Zelensis*. P. 468. l. 16. dele punctum post *λογίσθη*. Ibid. l. 18. *ὅτι*. P. 471. l. 27. 266 pro 216. P. 476. l. 5. cod. 3385. adde, Ita supra in S. Petri Al. *Canonibus* p. 329. l. 16. *κληρώσεως* pro *κλήσεως* in pluribus edd. vitiose positum fuerit. P. 479. l. 4. ab ima pag. *οἱ δὲ τῆς κατὰ Νι συνόδου* P. 482. l. 14. V. *pro* I.

Nonnullos istorum errorum detexit, viso tum primum volumine, cum omne hoc typis cusum esset atque absolutum, Samuel Parr, magni ingenii vir, et ex eleganti doctrina splendidaque oratione clarus, meus fautor atque amicus; porro autem hunc eximium et præstantem hominem prius ad calcem Voluminis Secundi, et supra ad pag. 438. tacito nomine indicavi.

TOM. III. FINIS.